


012

260/10

2012

Dr. Sr Manuel de Zarate ad vnum filio de J. Salvador el
A. de Oña



C V R S V S

VTRIVSQUE PHILO-
SOPHIAE

TAM RATIONALIS,
QVAM NATVRALIS,

DIALECTICAM;
METAPHYSICAM, PHYSICAMQVE
complectentis Disputationibus ac
quæstionibus illustrati,

AVCTORE

R. P. M. F. A N D R A E A D E L A
*Moneda Burgensi Sacra Theologia professore;
Et in eadem urbe, Regalis Diui Ioannis Baptista
Monasterij Abbate.*

TOMVS TERTIVS.

DE NATVRALI SCIENTIA;
seu Philosophia.

OPVS PHILOSOPHIAE AC THEOLOGIAE
candidatis perutile.



Conlicencia: En Burgos, por Miguel de Azpilcueta. Año 1661.

2 V 2 V 2 V 2 V 2

VI TRIVSVE PHLO

VI TRIVSVE PHLO

TAM RATIONALE

QVAM NATVRALE

DIALECTICAM

METHODICAM

PHILOSOPHICAM

PHILOSOPHICAM

PHILOSOPHICAM

PHILOSOPHICAM

PHILOSOPHICAM

PHILOSOPHICAM

PHILOSOPHICAM

TOMVS TERTIVS

DE NATVRA ALL SCIENTIAE

PHILOSOPHICAE

PHILOSOPHICAE

PHILOSOPHICAE

PHILOSOPHICAE

*ILLVSTRISSIMO DOMINO
 D. Didaco de Riaño & Gamboa, Iacobai Or-
 dinis equiti, Archidiacono Conchensi, post
 honorificam D. Bartholomai Salmant. To-
 gam. Pintiana Cancellaria Praefecturam,
 Supramos Consulatus, & Cruciatu gene-
 ralem expeditionem, Regij Sena-
 tus Praefidi, &c.*

DVOBVS praecedentibus Tomis deficiebat
 alter, ubi CVRSVS sisteret tandem, & cala-
 mus requiesceret à volatu. Sed dum suas ex-
 plicat PHILOSOPHIA pennas, dū exa-
 minat aërem, dum leuatur ad coelum; terrenis minime cō-
 tenta est, & altiorem sedem inquit. Et hanc ubi melius
 inueniet, **ILLVSTRISSE DOMINE**, quam
 in TE vno; non solum omni politurâ mentis exculto,
 non solum vero Philosopho, quia veræ sapientiæ amato-
 re; sed vterius Archiconsiliario Regio, & è suprema sede
 Hispanæ Monarchiæ coelum feliciter moderante? Sco-
 pus PHILOSOPHIAE est naturam entis mobilis
 introspicere, non per sublunaria hæc solum & caduca, sed
 cœlestia quoque vagantis; vt nihil intra nonam sphaeram,
 & vtrumquè axem moueatur, quod illa lynceis oculis non
 exploret. At quid opportunius clarissimo Nomini Tuo,
 dum nihil mouetur in Catholici Regis sphaerâ, quâ Deus
 à solis ortu vsque ad occasum, ab Austro ad Aquilonē di-
 scendit, quod iussu, consiliove Tuo directum non sit? Mi-
 ramur quotidie solem per varias Orbis. Plagas gyrâtem:
 miramur primigenium lucis coelo ac terræ impertiri splē-
 dorem: miramur facem ad studia nostra per vigilem, irre-
 quietam, nobilem: miramur vniuersalem corporum cau-
 sam; sine quâ, ne homo quidem hominem generat. Sanè

id magnum, & meritò exinde Sol inter cœli luminaria su-
 prema sibi vèdicat laudes. Sed quodammodo admiratio-
 ni & elogio obfistit magnitudo solaris, cui facile spatioso
 hemisphærio lucefcere; incorruptio, cui stabilitas pro cen-
 fu e st; insensibilitas, quâ licet oculus cœli, quibus benefa-
 ciat non agnoscit; necessitas, quâ non liberè, sed ad nu-
 tum intelligentiæ assistentis mouetur. Certè minora hæc
 prodigia, siue inculpato naturæ næuos in Phœbeâ lam-
 pade non negabit, nisi qui exiguam putauerit, aut impres-
 sionibus peregrinis obnoxiam; aut vegetatè animè So-
 li concesserit, vel (quod Manichæorum delirium fuit) li-
 bertatis arbitrium. At quis non miratur quomodo in TÈ
 solaris resplendeat nobilitas, non ab origine tantum (quæ
 notissima, & maiorum insignibus glorioffa) sed ab arbi-
 trio, prudentia, doctrina, cæterisque animi dotibus? Non
 vi, sed sponte; nec sine oculis, vt Sol, sed sapienter disfitas
 vtriusque Orbis Catholici plagas illuminas, vniuersamq;
 Hispaniarum sphæram **IUSTITIÆ & PRVDEN-**
TIÆ velut geminato axe gubernas. Et quidem in homi-
 ne mortali, ac lubrica fortunæ vicissitudine, tot annis in-
 valuisse, supremumque Regni ministerium pacifice con-
 seruasse, citra iniustitiam, & assentationis venenum, mira-
 bile est. Aliorum longe dispar euentus: qui dum ambitio-
 nis pennâ se tollunt, dum stabilendæ felicitatis causa cõ-
 tra ius & fas potentibus adulantur, opportuno culpæ rea-
 tu decidunt in profundum. Et, vt vester ille Emblemati-
 stes cecinit,

Alciat.

*Post magnam humani generis elademque, suamque,
 Cunctorum penas denique dant scelerum.*

Non ita eueniet TIBI, qui cum Matio apud Sallustium
 dicere potes. *Illis difficilè est in potestatibus temperare, qui
 per ambitionem sese prabo: simulauere: mihi, qui omnem ætatem
 in bonis artibus egi, benefacere iam in naturam versum est.* Et
 hoc ipsum per omnes Hispaniæ oras, cõmuni vulgatur iu-
 dicio; cui probata est integritas Tua, probata **CONS-**

TAN-

TANTIA, & pro veritate tuenda in fractus animi zelus. Certè cùn Regij Senatus Præsidibus frequens sit Principis adire vultum, & muneri proprij ratione reddere; mirum est quod in plurimis, gravissimisque negotijs, nullum in Te piaculum viderit oculata Maiestas. Argumentum hoc iustitiam Præsidis & integritatem Cassiodoro probat, dicente: *Manifestatio est conscientie bonæ, præsentiam iusti Principis expectisse; quam solus ille desiderare potest, qui de magna mentis puritate confidit. Aspectum solis, nisi clara lamina, non requirunt: quia illi tantum possunt rutilantes radios pati, quos cõstat oculos habere purissimos. Sic præsentiam Principis ambiunt, qui de cordis sinceritate præsumunt.* Sed quid in rebus immorer notis? Quid incorruptum animum tuum à pergrassante avaritiæ malo, & (vt ille cecinit) *auri sacra famè*, pluribus explicem? Sufficiat id leuiter tangere. Sufficiat dicere cum Nysseno nobilem hunc philargyriæ contemptum adhæsisse tibi: sed non sine scœnore diuitiarum. Mutabor v. rba eiusdem Græci Doctoris, integerrimum quendam virum sic alloquentis: *Liceat mihi cum bona venia tua dicere, quod non omnia lucra despicias, atque contemnis: sed quæ nemo superiorum adhuc attingere & assequi potuit, ea ambabus manibus solus complexus es. Pro veste enim aliqua prætiessa, pro mancipijs, pro pecunijs, ipsas hominum animas captas, & in dilectionis thesauro repositas tenes.*

Cassiod.
lib. 7. v. 11.
v. 11.

Vir. 3.
AEn.

Nyssen.

Est & alius titulus inscribendi nomini Tuo qualecumque opus nostrum, ob piam memoriam Reuerendissimi Fratris Tui, & quondam Generalis nostri, M. FR. MARTINI DE RIAÑO, Regij Concionatoris; qui huius Monasterij Burgenfis non solum fausta proles, sed decus & ornamentum fuit. Magni Viri illius memoria non modo in nostris animis permanet: sed in ipsis quoque æternatur lapidibus, & sepulchrali marmori affixa cum tempore de duratione contendit. Vix Religionis supremam ascenderat cathedram, vix supremum Generalatus

*Hierou.
epist. ad
Pammach.*

occupauerat apicem; cum præpopera mors lucem illam; vel in ipso ortu, ab oculis nostris eripuit. Sed nolo sopitum tanti casus dolorem viuidius excitare. Vt enim ait Hieronymus ad Pammachium, sanato vulnere, & in cicatricem superductæ cuti, si medicina colorem primum reddere voluerit, excitabit dolorem. Non tamen abstinēbo ab hac vna per eleganti eiusdē Maximi Doctoris clausula. *Quis (ait) parturientem rosam, & papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentium foliorum pādatur ambitione, immaturè demessum aquis oculis marcescere videt? Marcescere vidimus florem illum, immaturè demessum: sed non æquis oculis. Manebit apud nos, quasi immortalis amaranthus, donec è tumulo reuiuus erumpat. Ergo ab eiusdem Fratris Tui, Parentisque nostri filio quondam additissimo, & modo in Prælatura DIVI IOANNIS BURGENSIS successore, quamquam nimium impari, opus hoc exiguum suscipe, ILLUSTRISIME DOMINE; cui vitæ longitudinem, beatamquē canitiem, ac felicem exitum D.O.M. largiatur, vt inter æternitatis candidatos effulgeas, qui in terra splendes velut alter Sol. Sic de T E posteri, & ventura sæcula cum Nazianzeno dicere poterunt: *Quemadmodum sol matutini radijs in oculos suauissimè incidens, meridianis feruidior, & splendidior stat; eodem modo ille, cum haud parua pietatis officia primum ostendisset, postremo tam in magis splenduit. Sic opto, sic spero, sic animitus precor.**

*Nazianz.
orat. 19.*

ILLUSTRISIMAE D. T VAE
Seruus & cliens.

M. Fr. Andreas de la Alameda;

IMPE;

IMPERIO ET OBEDIENTIA (SVAVI
Reuerendissimi P. N. Magistri Fratris Didaci de Sylua)
Generalis Ordinis Sanctissimi P. N. Benedicti, Hispani-
cæ & Anglicanæ Congregationis, &c. Maiori Cura,
qua valui, legi & per legi librum, cui titulus, *Cursus natu-
ralis Philosophiæ*, à Sapientissimo P. Magistro Fratre An-
dræa de la Moneda, Regalis Monasterij Sancti Ioannis
Burgensis dignissimo Abbate, elucubratum: opus scho-
lasticum, ac more scholastico subtiliter digestum & distri-
butum: Dignumquæ omnino, vt post Rationalem, iam
typis mandatam, Naturalis Philosophiæ, ab eodem Au-
thore subsequatur: vtpotè à quo Ethica & Moralis, mo-
ribus & vitâ ad viuum exprimitur, etiam Rationalis & Na-
turalis scriptis & Commentarijs ab eodem illustretur; ne
aliqua ex suis tribus partibus Philosophiæ defraudetur.
Fœliciores, qui Rationalem didicerunt: Fœliciores, qui Na-
turalem addiscent: Fœlicissimi, qui Ethicam, suspiciunt,
admirantur, ac venerantur.

Hic Philosophiæ Naturalis, naturæ Principia, causas
& effectus, corporumquæ varias affectiones, incrementa
& corruptiones rimatur, discutit, atquæ scrutatur. Sed la-
boris tanti, tantaque operæ, (vt cum Seneca scilicet) quod
erit præmium? Quo nullum maius est (respondet Stoicus) nos-
se naturam. Neque enim habet in se huius materiæ tractatio,
quidquam pulchrius, (cum multa habeat futura) quâ quod
hominem magnificentia sui detinet; nec mercede, sed miraculo
colitur.

*Quest. nat.
li. 6. cap. 6.*

Hic, relictis inutilibus quæstionibus, luculentas, subli-
mes, scitu dignissimas, succi plenissimas, & amœnissimas
disputationes; & quæ ad Sacram Theologiam aditum cer-
tum parant, (vti Christianum & Benedictinum decet)
inuenio: & modo exemplis, modò similibus, modo argu-
men-

mentis & solutionibus, totam ferè Sacrà doctrinam
deatam, magna cum mei voluptate, reperio.

Hic (quod enisè iam dudam à tot, tantisque Doctoribus
Scholastici fuit desideratum) Diui P. N. Aafelmi, Can-
turio, sive Archiepiscopi Benedictini, Philosophorum ac
Theologorum antesignani, resolutiones placita, & do-
ctrinam, inter opera sua sparsam, diligentissimè conquisi-
tam, recognosco.

Hic Philosophiam Naturalem supernaturali Theolo-
giæ ancillari. Hic Ismaelem & Agar, Isaac & Saram con-
cordes, non sine maxima animi letitia congratulor. Vnde
sentio, & censeo, huiusmodi librum dignissimum in lu-
cem prodire; vt illis quindecim millibus & septingentis
Doctoribus Benedictinæ familiaræ, quos noster Ioannes
Thrichemius se vidisse testatur, omnimoda eruditione,
scientia & doctrina refertos, & alijs qui per subsequentes
centum sexaginta annos Ecclesiam & omnes scientias
illustrarunt, associetur. Ita subscripsi in Cœnobio Regali
Sancti Ioannis Burgenlis: nonis Februarij. M.DC.LX.

Magist. Fr. Gaspar de Tapia.

LICENTIA REVERENDIS-
simi P N Magistri Fr. Didaci de Sylua Ge-
neralis Sanctissimi P. N. Benedicti in
Hispania, & Anglia, &c.

NOS Magister Fr. Didacus de Sylua Congrega-
tionis Benedictinæ in Hispania, & Anglia Gene-
ralis, &c. Harum tenore facultatem facimus typis man-
dandi librum, cui titulus: *Cursus Naturalis Philosophiæ*, à P.
Mag. Fr. Andræa de la Moneda, Cœnobij nostri Sancti
Ioannis Burgensis Abbate, elaboratum: quem Docto-
rum etiam virorum Religionis nostræ iudicio examina-
tum, & approbatum, de mandato nostro, conspeximus.
Seruatis tamen omnibus, & singulis seruandis, iuxta De-
creta Sancti Concilij Tridentini, & Regias Sanctiones.
In quorum fidem hæc manu propria signata, & Secreta-
rij nostri subscriptione firmata decernimus: In nostro
Cœnobio Beate Mariæ de Obareræ, die . Februarij,
Anno 1660.

Magister Fr. Didacus de Sylua
Generalis Sancti Benedicti.

De mandato R^{mi} Generalis.

Fr. Benedictus de Salazar
Secretarius.

CENSURA D. PETRI FERNANDEZ DE
Pulgar Archiepiscopatus Burgenfis Visitatoris generalis, ex
commiffione D. Doctoris D. Didaci Treviño eiusdem
Diocesis Vicarij generalis.

CENSEAM? an Laudem hoc opus Philofophiæ appri-
mè elaboratum à Reuerendo admodum P. M. Fra-
tre Andræa de la Moneda Abbate Monachorum Bene-
dictinorum Sancti Ioannis Burgenfis? vtrique muneri
impar, fed vtriusque debitor fum. Censorem ago ex cõ-
miffione D. Doctoris D. Didaci Treviño huius Metro-
politane Diocesis Vicarij generalis, panegyricam ex
fuma voluptate, quam ex operis per lectione fum affe-
cutus. Debitis igitur fatisfacere defiderans dicam, quid
fentiam. In primis nihil inueni, quod non fit fidei noftræ
cõfonum, nihil bonis moribus difonum, nihil à vera Phi-
lofophia abfonum, imò ad recondita naturæ myfteria in-
telligenda conuenient: prælo ergo dignum. Hoc cenfo-
ris munus. Sed vt Laudes operis in fequar, aut potius fco-
pum profequar, non poffum non mirari, cum tot hæc
tẽporibus fint curfus Philofophici elaborati, & in publicã
luccm editi, quomodo ifte fuerit vtilis, ne dicam neceffa-
rius: nam, etfi, vt ait Plinius, fit *res ardua* vetuftis nouita-
tem dare, nouis auctoritatem, obfoletis auctorem, obfcuris
luccm, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus vero na-
turam, & naturæ fuæ omnia; cum omnes & Magni in ope-
ribus Philofophicis hæc omnia curauerint, qui fieri po-
tuit, vt pofteris aliquid agendum dereliquerint? Sed ò na-
turæ difficilia fecrera! Quid fuerit derelictum ostendit
hic Author, nam arduitate ab omnibus vinci defidera-
tam fuperans, & vetuftis dat nouitatem, & auctoritatem
nouis, auctorem obfoletis, obfcuris luccm, fastiditis gratiam,
& dubijs fidem, omnibus naturam, & naturæ fuæ omnia.
Naturam etiam, quæ nec abundat in fuperfluis, nec defi-
cit in neceffarijs, imitatur, aliorum opinionones accurate
refe-

*In præ-
fatione na-
turalis his-
torie ad Ves-
pafianum.*

referens, modeste refellens; propriam propriè dislucidans, & acriter defendens: omnia brebiter. Multum vitæ suæ, imò Thomistica schola debet auctori, vnde gratum iudico fore veritatis indagatoribus non solum in lucem edi, sed ad Theologica elaboranda, & cudenda trāsire, in votis habet; vt adimpleat expecto, & peto. Nec minimum erit incitamentum iocunditas vtilitati coniuncta, qua hoc opus (vt credo) ab omnibus legendum, & spes, quæ iam iam iactis his Theologicis præualidis fundamentis, vtilitatis ab auctore desideratæ præuidetur. Alacriter, inquit Cassiodorus, incumbendum est inchoatis cum iam vicinitas perfectionis arripserit, quando spes effectus tædium laboris excludit, & magnum genus incitamenti credere desiderata compleri. Ast, inquis, in Abbatie per illustris Cœnobij munere constitutus sum Politia monastica confitetur alumnum, quem opera conclamant parentem; qualiter ergo poterit nostro desiderio suum adaptare? Sed adhuc petimus ne labori pareat, cum priuatis vacans possit ab vtilitate communi non vacare. *Habetis* (asserō cum Cassiodoro) *euidens nostrum in hac parte iudicium, vt post illius apicis culmen, hoc est prælaturæ, ad alteram conscenderet dignitatem, doctoris vtique vt iam conscendit, nec passi sumus, deprecamur vnquam, non esse, ociosam, quem merita non sinebant esse priuatum. Sereni solis consuetudinis æstimandus, qui licet susceptum dum peragat, alterum tamen eadem gratia claritas illuminat. Hunc ergo tot meritis absolutè relucens fauor vester excipiat, hunc frequenter assiduus labor versetur hunc laudibus benevolentia prosequatur, debetis enim, ait idem qui proximè (Cassiodorus) bene gerentibus, vt eos laudis vestræ committeretur assensus. Nam si equorum Cursus hominum clamoribus incitatur, & sonantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas appetatur, quantum inde homines stimulari posse credimus, quos ad Laudis auiditatem natos singulariter inuenimus.*

Lib. 4.
privatum,
 cap. 17.

Lib. 1.
 cap. 13.

Cum ergo ex his laboribus non solum auctoris laus, sed & gloria Dei, cui ex vitæ professione, & virtutum cumulo auidè intendit, consequatur, præbete Laudis assensum: vox enim est iuxta poscentis. Nec est difficile beneficium, quod posco, cum largitate non patiatùr detrimentum, quin potius eruditionis afferat incrementum. Hæc mihi mens saluo, &c. Burgis quinta die Aprilis, Anno 1660.

D. Petrus Fernandez
de Pulgar.

Licencia del Ordinario.

NOS los Prouisores en todo el Arçobispado de Burgos, por su señoria Illustrissima D. Antonio Payno, Arçobispo del dicho Arçobispado, del Consejo de su Magestad, &c. Auiedo visto el libro intitulado: *Segundo tomo, Cursus vtriusque Philosophiæ, tam Rationalis, quam Naturalis*, Compuesto por el R. P. Maestro Fr. Andres de la Moneda, Abad del Real Conuento de S. Iuan, extramuros desta Ciudad, Orden de San Benito, Maestro de Theologia. Y la censura de Don Pedro Fernandez de Pulgar, Visitador genetal del Arçobispado de Burgos, a quien por Nos fue remitido, para que le vièse, y examinasse; y que della resulta no tener cosa contra nuestra santa Fè Catholica, y buenas costumbres, antes mucho de utilidad y erudicion. Por la presente damos licencia, para que qualquier impressor de los aprobados, sin incurrir en pena alguna, le pueda imprimir, y dar a la estampa. Dada en la Ciudad de Burgos a 8. de Abril, de 1660.

Doctor D. Diego Treuiño.

Por mandado de los señores Prouisores:
Iuan Antonio Garcia.

CENSURA R. P. MAGISTRI FRATRIS
Eugenij de Mora Pasamontes in Sacra Theologia Magistri
Ordinis Predicatorum & Prioris Monasterij Passionis cuius
supremo Regio Senatu hic fuit Liber
Commisus.

DE supremi Senatus mandato vidi, & consideraui
hæc commētaria in Aristotelis Philosophiam sum-
ma industria, & ingenij acumine, & dexteritate elaborata
à R. A. P. M. Fratre Andræa de la Moneda Abbate in Re-
gio Cœnobio Benedictino Burgenfi. Opus quidem dig-
num quod Lucem videat, & typis mandetur: doctrinam
enim sanam in fide, integram in moribus continet. In su-
per cum breuitate (ut enim B. Gregorius tertius in præfa-
tione ad Librum de Dinerfis criminibus, & remedijs eo-
rum, qui circumferuntur in sexto Tomo Bibliothecæ pagina
399. *Breuis enim lectio avidius legitur, citius intelligitur, & me-
moræ facilius commendatur, & firmiter retinetur.*) claritatem,
cum claritate profunditatem, & firmitatem connectit. Et
quid mirum; si semper præ oculis habet Angelicum Præ-
ceptorem, & veritatem eius illibatam? Datum Matriti in
Conuentu S. Mariæ nuncupato de la Passion Ordinis Pre-
dicatorum, Die 24 Augusti. Anni Domini 1660.

*Fr. Eugenij de Mora
Pasamontes.*

SVMA DEL PRIVILEGIO:

Tiene el Reuerendo Padre Maestro Fr. Andres de la Moneda Abad del Conuento Real de San Iuan de Burgos, de la Orden de San Benito, licencia, y Priuilegio de su Magestad, por diez años, para imprimir, y vender, vn libro que ha compuesto, intitulado : *Curfus Vtriusque Philosophiae, tum Rationalis, quam Naturalis tomus tertius*, como parece por el testimonio que diò Martin de Villela Secretario de Camara. En Madrid à 21. de Agosto de 1660.

T A S S A:

Està tassado este Libro, por los Señores del Consejo à quatro maravedis el pliego, como consta de el testimonio de Miguel Fernandez Noriega, Secretario de Camara. En Madrid à 20 de Julio de 1661.

LECTORI AMICO.

NAM quem alterum **LECTOREM**, nisi **AMICVM**,
alloquar? Cum alijs enim, qui non amâter, sed iniuriôse
legunt, & quæ ingenio expugnare nequeunt, venenata lin-
gua ac dentibus rodent, frustra tempus infumam. Sunt enim
qui *blasphemant quæcumque ignorant*: & rationem scitè Tertul-
lianus adiunxit. *Quia ignorant*. Ergo omittis rabulis, & vi-
pereca zoilorum colluvie, te vnum loquor, quisquis sapientiæ
amator es, & assuetus potius exercitio mentis, quam dencis.
Aspernantur aliqui Philosophiæ studium, velut exile & le-
ue; quibus aduersatur Cicero, dicens: *Nultum bonum est Phi-
losophia præstabilis, neque datum mortalium generi deorum mu-
nere, neque dabitur*. Nec mirum: quia, teste Aristotele, *Philo-
sophia docet homines suum cognoscere creatorem*, in quo suprema
nobilitas creaturæ rationalis resplendet. Et quidem quan-
tum ad Sacræ Theologiæ, ac scripturæ notitiâ conducit
amena hæc & amabilis scientia, testimonio sint quotquot
terrore magnum illud pelagus navigare tentant absque re-
migiò Philosophiæ. Succubunt certe, & difficultatum mer-
si voragine decidunt in profundum. Nec mirum si cadant,
cum non hic, aut ille tantum, sed integra ætas absque studio
Philosophiæ cæca sit. Pro quo verba hæc **Ænææ Sylvijs**, qui
postea in Pontificatu dictus est **Pius II.** transferre libuit.
*Philosophia omnium mater artium, quam Plato donum, Cicero in-
uentum vocat, absque litteris haud facile percipi potest. Hæc te pri-
mam ad diuinum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in
generis humani societate, tandem ad modestam animum erudit, &
ab animo, tanquam ab oculis, caliginem remouebit, ut iuxta, prima,
media, & vltima videat. Quis igitur litteris insudare noluerit, quâ-
do tantum ex his fructus percipiunt, in quibus est boni ac mali notitia,
que vobis præterita referat, presentia moderetur, futura indicet*
**SINE LITTERIS OMNIS ÆTAS COE-
CA EST.** Hactenus illa. Ergo accingere, **LECTOR**,
ad querendum talem thesaurum: in quo necessarium est non
solum aurum, argentum ve reperias: sed terram quoque, dum
fodiente intellectus ligone diuitias quæris. Ideo, si qua in
hoc volumine inueneris terrea potius, quam argentea, &
aurea, non mireris: talis enim thesaurorum conditio est.

V A L E.

Tertul.

Cicero de
Creat. Cali,
& inuadi,

Arist. de po-
mo & morte

Æn. Sylv.

ERRA-

COMMEN-
TARIA IN ARISTO-
TELIS PHILOSOPHIAM.

PARS PRIMA.

PRAEFATIO.

EXACTA iam laboriosa, ac difficili via, per implexos Dialecticæ calles, ingredimur amœnissimos Philosophiæ campos, purioribus sapientiæ radijs ridentibus, uberiori iucunditatis fluente irrigatos; ubi mens suis hæctenus actibus intenta, inque suos ipsa sinus abdita, iam tandem in apertam rerum corporearum lucem emergit, & fessam aciem, amœniori obtutu recreat, ubi suis euoluta latebris, in pulcherrimo hoc vniuersitatis theatro liberè expatiatur; hic tellurem orbis medio pendulam, depressam in valles, arrepen-tem in colles, surrectam in montes, arboribus frondeam, floribus roseam, fructibus foetam, atque animantibus viuendam inspicit. Hic liquentis elementi pellucidas vndas, crispatos vertices, & per occultos, apertosque terræ meatus euntia, & redeuntia flumina demiratur. Hic in infinitam aëris regionem attollitur, quæ tot volucrum remigio tranatur, quæ ventorum prælijs, imbrium fluminibus, grandinum procellis, tonitruum bombis, nubiumq; collisionibus æstuat. Hic demum altius euecta, coeli ambitionem, auratum solis orbem, candentem lunæ globum, minorum syderum multitudinem, ac varietatem pererrat. Porro tamen Philosophia in rationalem, ethicam,

Questio Proœmialis de obiecto Philosophiæ.

Et naturalem, communi omnium plausu scinditur, quæ quidem partitionem fulgentissimum Ecclesiæ lumen Augustinus, lib. 2. de Civitate approbat, hisce ferè verbis. Quemadmodum tria sunt, quæ in quolibet artifice spectantur, ut aliquid efficiat, natura scilicet doctrina, & usus; sic triplex à Peripateticis inveniri debuit disciplina, naturalis propter naturam, rationalis propter doctrinam, & moralis propter usum. Per rationalem, seu Dialecticam, rationis actus, & conceptus inter se ordinantur, ut vidimus in primo nostri cursus opere; per ethicam hominum mores componuntur; per naturalem tandem, seu physicam rerum naturalium cognitio adipiscitur. Physis enim græcè idè quod natura sonat, vnde Physica, seu Philosophia, idem quod scientia naturalis, de qua nobis in præsentiarum sermo erit, ac labor.

QVÆSTIO VNICA PROËMIALIS.

*Quod nam sit obiectum à naturali
Philosophia per se primo atactum.*

§. I.

Lux tituli, & quæstionis.

I. **S**UPPOSITIS his, quæ in q. 1. primæ partis Logicæ dixim⁹ de obiecto in cõmuni cuiuscumquæ scientiæ, & habitus, nunc specialiter notandum venit primò rationem formalem sub qua Philosophiæ explicari per actualitatem materiam sensibilem concernentem, & à materia singulari abstractam. Ex qua suppositione colliges Deum, & Angelos, non esse comprehensos sub obiecto formali naturalis Philosophiæ: tum quia in illis non datur actualitas, quæ materiam sensibilem concernat: tum quia abstrahunt à materia sensibili, & intelligibili. Nec ob-

stat, quod Philosophus 8. Physic. disputat de Deo. Nam ibi solum disputat de illo tanquam de causa entis mobilis, non verò tanquam de ente mobili à Philosophia per se atacto.

2. Secundò notandum venit, quod non omnia quæ abstrahunt à materia singulari, etiam si materiam sensibilem concernant, attinguntur per se à Philosophia: nã partes entis mobilis sunt cum illo in eodem immaterialitatis gradu, & per se ab illo requisitæ; & tamen non inspiciuntur per se, sed per accidens à Philosophia; quia nec sunt, nec attinguntur propter se, sed propter perfectam entis mobilis cognitionem; non aliter ac cum aliquis intendit finem, intendit non per se, sed per accidens media necessaria ad talem finem: quia licet media per se requirantur ad talem finem, tamen non intenduntur propter se, sed prop-

propter finem. Ex quo sequitur quod licet regulariter in quacumque scientia assignemus per modum obiecti formalis aliquod prædicatum commune omnibus quæ tractantur in scientia, quod contineat non solum subiectum de quo demonstrantur passionis, sed etiam partes, & reliqua quæ cognoscuntur in tali scientia; quæ ratione solet dici Theologiam agere de Deo, & de his, quæ sunt ad Deum, & Mathematicas agere de rebus à materia sensibili, non tamen intelligibili separatis; tamen propriè non assignamus obiectum formale; nam hoc solum est subiectum de quo per se demonstrantur passionis. Unde cum dicimus, Philosophiã agere de omni ente, quod abstrahit à materia singulari tantum; non assignamus propriè obiectum Philosophiæ, sed statuiamus prædicatum aliquod continens sub se omnia, quæ tractantur in Philosophia per se, vel per accidens: quare obiectum formale Philosophiæ solum est quod per se, vt primum principium proprietatum abstrahit à materia singulari tantum. Ni dicas obiectum formale Philosophiæ esse id quod per se, & sine ordine ad aliud continetur sub ente mobili, quod cum concernentia materiæ sensibilis à materia depuratur singulari: nam in hoc sensu iam excluditur omne id, quod ratione alterius à tali attingitur scientia.

Tom. I. pars I.

3. Merito, in hoc certamine ommittenda est opinio illorum antiquorum, qui Aristotelis tempora præcesserunt, & existimauerunt nullum peculiare obiectum Philosophiæ correspondere: nam hic dicendi modus, non opinio, sed manifestus error debet appellari: quia peculiaris scientia peculiare debet habere obiectum; sed Philosophia, in omnium ore, est peculiaris, & determinata scientia: ergo peculiare possidet obiectum. ¶ Similiter ommittenda est opinio aliorum existimantium obiectum Philosophiæ coincidere cum obiecto Metaphysicæ: quia distinctæ scientiæ distincta debent habere obiecta; sed Philosophia, & Metaphysica sunt habitus, & scientiæ distinctæ: ergo distincta debent habere obiecta.

§. II.

Reservatur sententiæ.

4. **H**is vt magis certis stabilitis, prima in hac re sententiæ, asserit corpus mobile, seu naturale, esse obiectum formale Philosophiæ. Ita Albertus Magnus, tit. 1. Philosophiæ. Auicena. lib. suffi. scientiarum.

5. Secunda affirmat, substantiam naturalem, seu mobilem, esse obiectum formale Philosophiæ. Ita Magister Sotus, & nouissimè Magister Lerma, in præfenti, & alij ex Thomistis.

A 2

6. Ter:

Quæstio Proœmialis de obiecto Philosophiæ.

6. Tertia defendit corpus mobile, substantiam mobilem, & ens mobile secundum rem, esse obiectum formale Philosophiæ: quia omnia hæc concreta supponunt pro natura composita ex materia, & forma substantiali. Sic complutenses, qui specialiter addunt obiectum formale Philosophiæ congruentius ex primi per ens mobile, quàm per substantiam mobilem, seu corpus mobile.

7. Quarta docet ens mobile abstrahens à mobili radicali, & proximo, & etiam à composito, tam accidentaliter, quam substantialiter mobili, esse obiectum formale à Philosophia per se primo tractatum. Pro secunda parte huius sententiæ stat Cardinalis Caietanus, singulari opusculo de obiecto Philosophiæ. Magister Ioannes à Sancto Thoma, in presenti, & alij doctissimi ex nostra familia. Pro prima vero parte huius sententiæ neminem vidi; sed cõsequenter ad ea quæ dicta sunt de obiectis Logicæ, & Metaphysicæ debet defendi; & ideo abique auctoritate Doctorum sola doctrina sicut cõsequenter illam defendo.

8. Pro cuius intelligentia nota primo aliud esse ens mobile abstrahens à composito substantiali, substantialiter, & accidentaliter mobili; & aliud ens mobile abstrahens à mobili substantiali, & accidentali: nam prima abstractio est intra prædicamentum substantiæ per ordinem ad diuersa principia; secunda vero formaliter non est in prædi-

camento substantiæ, sed abstrahit à prædicamento substantiæ, & accidentis: nam principium substantiale, vel radicale motus est in prædicamento substantiæ, & principium accidentale, seu proximum est in prædicamento qualitatis. Vnde hæc principia licet in esse rei sint prædicamentaliter diuersa; tamen in esse obiecti sunt formaliter vna: quia conueniunt vniuocè in hoc quod est esse principium motus physici materiæ sensibilis concernentis, & à materia singulari abstrahentis.

9. Nota secundò, quod *ly mobile* in presenti non limitatur terminatiuè, pro termino specificatiuo motus physici; sed adinè, pro principio effectiui motus physici. His ergo suppositis in fauorem huius sententiæ sit.

§. III.

Prima Conclusio.

10. **E**NS mobile, seu compositum ex materia, & forma substantiali, quod abstrahit à composito substantialiter, & accidentaliter mobili est obiectum à Philosophia per se primò tractatum. Probat. Philosophia naturalis per se primò, & in recto agit de cœlo; sed cœlum non est substantialiter, sed accidentaliter mobile; cum ex se sit substantialiter in corruptibile; ergo ens mobile quod abstrahit à composito substantialiter, & accidentaliter mobi-

Quæstio Proœmialis de obiecto Philosophiæ. 5

mobile est obiectum à Philosophia per se primo tractatum.

11. Dices, Philosophum disputare de ente accidentèliter mobili in ordine ad ens substantialiter mobile. Sed contra est; nam ens accidentaliter mobile; nõ est (vt dixi in notabili primo) in prædicamento accidentis, sed in prædicamento substantiæ, & sic non ordinatur ad ens substantialiter mobile. Sed etiam si admitamus gratis, substantiam ordinatam ad motum accidentalem ordinari ad seipsam prout ordinatam ad motum substantialem, adhuc obiectio non habet vim: nam nostra conclusio nõ asserit substantiam, ad motum accidentalem, vt accidentalem, ordinatam esse obiectum Philosophiæ; sed substantiã abstractam à substantia quæ ordinatur ad motum substantialem, & accidentalem, in qua abstractione expressè non includitur ordo ad motum substantialem, nec accidentalem, sed solum ad motum physicum abstrahentem à motu substantiali, & accidentali, esse obiectum formale Philosophiæ.

12. Replicabis; ergo Philosophus per se primò non agit de cælo. Hæc consequentia probatur, Philosophus, per nos, nõ agit per se primò de substantia ad motum accidentalem, vt accidentalem ordinatam; sed mobile substantiale cæleste solum respicit motum accidentalem; ergo Philosophus per se non disputat de cælo. ¶ Respondetur negando consequentiã.

Tom. 1. pars 1.

Ad probationem concedo maiorem; & distinguo minorem: mobile cæleste solum ordinatur ad motum accidentalem in esse rei, concedo minorem: in esse obiecti, nego minorem; & consequentiam: nam motus accidentalis, nõ vt accidentalis, sed vt physicus inspicitur à Philosophia; non aliter ac ens rationis attingitur per se primò a Logica, etiam si in esse rei ab ente reali dependeat: quia solum in esse obiecti vt habet rationem formæ artificiosæ non exprimentis dependentiam ab alio spectat per se ad Logicam.

13. Inquires, sub qua ratione compositum substantiale ex materia, & forma substantiali coalescens sit obiectum formale Philosophiæ? Respondetur compositum substantiale sub ratione corporis substantialis, seu mobilis, & substantiæ mobilis, esse materialiter, & in esse rei; obiectum Philosophiæ; sub ratione verò entis mobilis, seu principij motus esse formaliter, & in esse obiecti obiectum Philosophiæ formale. Ratio huius resolutionis sumitur primò ex Philosopho 11. Metaphysicæ, text. 3. vbi sic ait: *quod physica speculatio de ente est, non prout in se, sed prout motum participat*; ergo obiectum formale Philosophiæ solum est ens mobile: cum solum assignetur à Philosopho pro obiecto ens quod motum participat. Secundò accipitur ex Diuo Thoma in proœmio Physicorũ: *vbi sic fatur: obiectum Philosophiæ*

Questio Proœmialis de obiecto Philosophiæ.

est ens mobile simpliciter; non dico corpus mobile; quia omne mobile esse corpus probatur in hoc libro; nulla autem scientia probat suum obiectum.

14. Ex quibus verbis sic probò quæsitam resolutionem. Obiectum formale scientiæ debet supponi, vt certum, & euidens principium; sed non est certum, & euidens, quod omne id quod est aptum moueri sit corpus mobile, vel substantia mobilis: tum quia hoc probatur in secundo libro physicorum: tum quia mobile proximum, & accidentale est aptum moueri; & tamè est certum quod omne quod est aptum moueri est ens, vel principium motus; ergo obiectum formale Philosophiæ est ens mobile, seu principium motus physici; ergo corpus mobile, & substantia mobilis solum in esse rei, & ratione entis, seu principij motus percipiuntur à Philosophiâ. ¶ Confirmatur. Prima passio à Philosophiâ demonstrata est motus; sed in definitione motus non ponitur substantia mobilis, nec corpus mobile, (quod formaliter, & per se solum est principium quantitatis) sed solum ratio entis; ergo solum ens mobile est formaliter, & in esse obiecti obiectum Philosophiæ. ¶ Confirmatur secundo: nam, vt constabit ex secunda conclusione; principium motus, quod abstrahit à substantiali, & accidentali est obiectum formale Philosophiæ: ergo mobilitas nõ aduenit formaliter substantiæ, nec corpori: cum istæ rationes nõ

inueniantur in principio accidentali motus physici, sed solû in ente, vel principio motus.

15. Dices primò. Sub ente mobili non continetur ens quietabile, de quo disputat Philosophus; ergo obiectum formale Philosophiæ non est ens mobile. ¶ Respondetur negando antecedens: quia quies vt priuatimè opposita motui est contenta in ipso motu: cum omne priuatium sit perpositiuum oppositum definitum; & ideo eo ipso quod ens mobile sit obiectum formale Philosophiæ, sequitur etiam quod ens quietabile sit ab illa vt obiectum secundum actum. ¶ Secundò respondetur negando antecedens: etiam si quies accipiatur positimè pro termino motus: nam terminus, seu finis positiuus sufficienter explicatur, & cognoscitur per motum; vt constat in lapidibus, quorum quietem, & locum naturalem esse centrum, cognoscitur sufficienter per motum deorsum, quem habent.

16. Dices secundo. Medicina agit de motu alterationis; ergo motus non est propria passio Philosophiæ, sed etiam aliarum scientiarum. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: agit de motu alterationis absolute, & reduplicatiuè nego antecedens, prout ad corporis sanitatem ordinatur concedo antecedens, & nego consequentiam: nam medicina solum materialiter, & præsuppositimè agit de motu alterationis, quatenus

Quaestio Prooemialis de obiecto Philosophia. 4

renus est ad sanitatem corporis ordinatus.

17. Dices tertio, Omnis res creata congruentius explicatur per genus proximum, quam per subalternum; sicut homo congruentius explicatur per animal, quam per sensibile; ergo obiectum Philosophiae perfectius explicatur per corpus, quod est genus proximum mobilitatis, quam per ens, quod est ratio analogica, & remotissima mobilitatis. ¶ Respondetur primo distinguendo antecedens: omnis res explicatur congruentius per genus proximum, quam per subalternum, quando cetera sunt paria concedo antecedens: quando aliter accidit nego antecedens: & consequentiam: in presenti autem non sunt cetera paria: quia non est certum, quod solum corpus est principium motus; & ideo debet à Philosopho à priori probari, quod obiecto scientiae repugnat. ¶ Secundò, & melius respondetur; concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam mobilitas formalis propria Philosophiae non aduenit corpori, sed enti materiali sensibili, quod abstrahit à corpore substantiali physico, & à qualitate materiali sensibili: aliàs qualitas materialis non esset apta moueri. Vnde licet mobilitas radicalis, ut talis, fundetur in corpore substantiali; & proxima, ut talis in qualitate materiali, tamen mobilitas primario a Philosophia tractata solum fundatur in ente, seu in prin-

cipio mobili, quod abstrahit à substantiali, & accidentali.

18. Dices quartò, Vel per ly *mobile* intelligimus differentiam accidentalem superadditam enti in communi, quod quidem est obiectum Metaphysicæ, & tunc Physica subalternabitur Metaphysicæ, sicut Musica Arithmeticæ; quia addit differentiam accidentalem supra illius obiectum; vel per ly *mobile* intelligimus differentiam essentialem contrahentem Metaphysicæ obiectum; & tunc Physica erit pars Metaphysicæ; quia partem entis considerat essentialiter illi inferiorem; sicut scientia de triangulo est pars Geometriae; quia considerat partem obiecti illius, sed neutrum istorum dici potest: ut potè quia Physica, & Metaphysica sunt scientiae ex æquo distinctae; ergo ens mobile non est obiectum Philosophiae.

Respondetur concedendo quod ly *mobile* non importat differentiam prorsus accidentalem superadditam ad obiectum Metaphysicæ: nam cum ens propter sui illimitationem; & transcendentiam omnia amplectatur, & sit de intrinseca ratione omnium rerum, nihil illi potest superaddi, quod sit extra essentiam ipsius. Vnde nec Philosophia potest dici Metaphysicæ subalternari: cum eius obiectum non addat supra obiectum Metaphysicæ differentiam accidentalem; nec quod sit pars Metaphysicæ: quia quamuis eius obiectum sit obiecto Metaphysicæ inferius;

Quaestio Proximalis de obiecto Philosophia.

ramen non habet eandem abstractionem, quod est necessarium, ut vna scientia sit alterius pars: ut constat in scientia de triangulo, quae dicitur pars Geometrie: quia eandem cum Geometria habet abstractionem.

§. IV.

Secunda conclusio.

ENS mobile quod abstrahit à cōposito substantiali substantialiter, & accidentaliter mobili, & à principio accidentali, seu formali accidentaliter mobili est obiectum formale Philosophia: ita ut obiectum formale, & adaequatum sit ens mobile, seu principium motus physici, quod abstrahit à principio radicali, & formali motus physici sensibilis. Est etiam in fauorem quartae sententiae: & probatur primo ex Philosopho 3. Physic. ubi sic primam passionem à Philosophia demonstratam definiuit: *motus est actus entis in potentia, prout in potentia*: sed in hac definitione non exprimitur ratio entis substantialis, nec accidentalis, sed solum ratio entis ut sic; ergo ens mobile quod abstrahit à principio radicali, & formali, est obiectum formale Philosophia. Consequentia probatur. In praedicta motus definitione explicatur ens mobile prout est principium formale motus, & prout per se inspicitur à Philosophia; sed expresse non ponitur ut subs-

tantiale, nec ut accidentale; ergo tantum ens mobile quod abstrahit à radicali, & formali est obiectum primum Philosophia.

20. Secundò probatur ratione. Ex eo ens quod abstrahit à substantialia, & accidenti, ab ente reali, & rationis est obiectum formale Metaphysicae, quia secundum rationem abstractam, nec accidens, nec ens rationis exprimitur dependentiam; sed principium formale motus physici secundum rationem principij effectiui motus physici non exprimit dependentiam; ergo haec ratio à radicali, & formali principio abstracta est obiectum formale Philosophia. ¶ Confirmatur primò. Motus, & non ens mobile formale, seu principium proximum motus, est prima passio à Philosopho demonstrata; ergo mobile formale non attingitur ut mobile formale, sed ut principium motus, in qua ratione non exprimit dependentiam: alias hoc mobile formale esset prima passio Philosophia contra communem Philosophorum consensum: cum ut sic dimanet à principio radicali antecedenter ad motum. ¶ Confirmatur secundò. Secundum communem Philosophorum consensum ens mobile, seu substantia materialis, & non corpus mobile est obiectum formale Philosophia; sed ens mobile, seu principium motus etiam reperitur in mobili proximo; ergo ens mobile quod abstrahit à radicali, & proximo est Philosophia formale obiectum.

Questio Proximalis de obiecto Philosophia. 5

21. Dices primò. Principiū formale motus per se ordinatur ad radicale: cum in virtute illi⁹ producat motum: ergo principium quod abstrahit à formali, & radicali nō est obiectum formale Philosophia. Respondetur distinguendo antecedens: principium formale motus ordinatur ad radicale, vt est formale, & proximū concedo antecedens: vt principiū motus nego antecedens: & consequentiam: nam principium formale, non quia principium, sed quia formale ordinatur ad radicale: explicatur hoc in accidentes: quod attingitur per se primò à Metaphysicis: quia secundum rationem entis non exprimit dependentiam: etiam si ratio differentialis contractiva illam habeat.

22. Replicabis acutè satis. Artificium logicum quod abstrahit ab artificio formali, & obiectiuo non est obiectum formale Logica: quia artificium formale vt tale dicit ordinem ad obiectiuum; etiam si in esse artificij non exprimat talem ordinem; sed ens mobile formale, vt tale dicit ordinē ad radicale; etiam si vt ens mobile illū non dicat; ergo ens mobile quod abstrahit à radicali, & formali non est obiectū formale Philosophia.

23. Et si dicas Logicam nō respicere artificium vt sic, sed artificium per modum sciendi, scilicet per modum definitionis, & diuisionis, quod in actibus exprimit ordinem, & dependentiam. Con-

Tom. 1. part. 1.

tra est: nam artificium definitionis v.g. quod est in actibus, non dependet ab obiectiuo; quia artificium definitionis est, sed quia artificium definitionis est formale: alias artificium obiectiuum etiā dependeret: cum essentialiter includat rationem artificij; ergo vt artificium definitionis poterit per se primò, & vt obiectum formale attingi.

24. His ergo non obstantibus responderetur artificium Logicum in modo sciendi formali repertum non considerari à Logica, vt obiectum formale primarium: non solum quia reduplicatiuè in esse artificij formalis dicit dependentiam: sed quia adhuc in esse artificij illam exprimit: ratio est: nam artificium Logicum, quod est in actibus solum secundum quid, & in esse representatiuo est tale: non aliter ac homo pictus solum secundum quid, & in esse representatiuo est homo: at verò principium mobile in principio formali repertū, non secundum quid, & in esse representatiuo, sed simpliciter est tale. Ex qua resolutione colligo independentiam non reperiri in omni artificio logico, sed in artificio, quod simpliciter participat rationem artificij: non aliter ac independentia non reperitur in omni homine, sed in homine, qui simpliciter rationem hominis participat.

25. Dices secundò. Ens mobile quod abstrahit à cōposito substantialiter, & accidentaliter mobili,

Quaestio Prooemialis de obiecto Philosophia.

bili, & à mobili substantiali, & accidentalì, non est vnum vnitatè vniuoca, sed solum vnitatè analogà: ergo vt sic nequit Philosophiã specificare. Respondetur distinguendo antecedens: non est simpliciter vnum in esse rei concedo antecedens: in esse obiecti nego antecedens: & consequentiam: nã ens mobile in his abstractionibus concernit materiam sensibilem, & abstrahit à materia singulari: analogia enim in esse rei, nō obstat ad vniuocationem in esse intelligibili: vt constat ex dictis in 2. p. log. d. 1. q. vnica. §. 3. per totum.

26. Dices tertio. Caelum empiricum non est mobile: & tamen per se primò consideratur à Philosopho naturali; ergo obiectum adæquatum Philosophiæ non coalescit solum ex ente mobili. Respondetur distinguendo maiorem: Caelum empiricum non est mobi-

le proximè concedo maiorem: radicaliter nego maiorem: & concessa minori: nego consequentiam nam Caelum empiricum radicaliter est principium motus accidentalìs, licet proximè non sit mobile: quia supra se nō habet aliquid à quo proximè moueatur.

27. Pro complemento quaestionis, inquires: an Philosophia sit practica, vel speculatiua? Respondetur esse speculatiua: quia ex fine intrinseco non respicit entis mobilis constructionem, sed illius contemplationem.

28. Dices. Medicina est practica; & tamen est pars Philosophiæ: ergo saltem quoad hanc partem erit practica. Respondetur negando minorem: nam obiectum Medicinæ, quod est corpus vt sanabile est formaliter distinctum ab obiecto Philosophiæ, quod est ens mobile, seu principium motus naturalis sensibilis.



LIBER

PRIMVS
PHYSICORVM.

SUMMA TEXTVS.



PHILOSOPHVS in hoc primo libro disputat de rerum naturalium principijs, & elemētis; quem nouem absoluit capitibus; in quibus refert, & reijcit antiquorum placita, & proprium statuit; sed quia illa, quæ alicuius sunt ponderis peculiaribus sunt examinanda quæstionibus, litteram textus breuiter

referemus.

In primo capite docet omnem disciplinam esse à principijs, & elementis incipiendam; quia tunc vnquamque rem scire putamus, cum causas primas vsque ad elementa cognoscimus: ex quo infert naturale esse nobis ab vniuersalibus ad minus vniuersalia in cognitione procedere: nam totum sensu notius est; & vniuersale, totum est quoddam, cum multa complectatur tanquam partes: vnde Pueri in principio omnes viros, Patres; & foeminas, Matres appellant: postea verò illos in maiori discernunt ætate.

In secundo, tertio, & quarto capite antiquorum refert sentētijs: nam alij asserēbāt principia naturalia esse vnum, & immobile principium, vnum, scilicet, ex elementis: alij esse quatuor elementa: alij esse infinita: primam refutat: tum quia principia sunt contraria: tum quia tollit motum: dum vnicum principium immobile constituit. Secundam reijcit: quia elementa fiunt ex alijs. Tertiam denique repro-

reprobāt : tum quia absq; necessitatē multiplicat in infinitum prin-
cipia: tum quia infinitum non valet à nobis perfecte cognosci.

In quinto capite supponit prima principia esse contraria: tum
quia omnes Philosophi veritate conuicti id affirmant: tum quia pri-
ma principia sunt, quæ neque ex se se mutuò, neque ex alijs; & ex ip-
sis omnia esse oportet.

In sexto capite defendit principium non esse vnum: quia pri-
ma principia debent esse contraria, neque infinita: quia genera-
tio ex finitis fieri potest: sed esse tria, videlicet, materiam, for-
mam, & priuationem: nam ad generationem sufficiunt forma, &
priuatio, & subiectum, quod vtrique possit coniungi.

In septimo capite declarat doctrinam præcedentis. Et in octa-
uo, & nono aliquos antiquorum errorès circa principia naturalia
adducit, quos ex doctrina supra tradita reiecit.

P R I M A

DE PRINCIPIIIS ENTIS NATURALIS IN COMMUNI.



HÆC prima nostra de sudationis disputatio versatur circa prima Philosophi capita, in quibus Philosophus passus natura sequens, à principijs rerum naturalium exorditur; & iuxta methodum à se assignatum prius agit de ipsis in communi, quã in particulari; ut è tenebris confusionis paulatim eruat prima rei naturalis elementa. De his ergo in communi presens statuitur disputatio.

QVÆSTIO I.

Utrum definitio principiorum ab Aristotele tradita sit legitimæ

§. I.

Prænotantur aliqua.

PRO quæstionis intelligētia nota, discrimen quod datur inter principium, causam, & elementum: nam principium prout ad presens attinet, est illud, quod

habet connexionem cum principio non dependenti: causa verò est, quæ habet connexionem cum effectu ab ipsa dependente: elementum verò supra connexionem principij, & dependentiam causæ addit intrinsecam influētiam, seu intrinsecam causalitatem. Vnde quidquid est elementum, est principium, & causa; non tamen è contra: & quidquid est causa, est principium, non tamen è contra. Philosophus ergo in hoc libro, cap. 5. tex. 42. sic entis naturalis explicauit principia. *Sua quæ nec ex se*

Disputatio prima. Quæstio prima.

se se mæno, neque ex alijs, & ex ipsis omnia esse oportet.

§. I I.

Vera definitionis explicatio.

2. **V**T definitionis veritas clarior appareat, relictis varijs explanationibus, sic illam explico: *ly qua nec ex se se mæno* denotat vnum cõprincipium non fieri ex alio: *ly nec ex alijs* denotat simplicitatem primorum principiorum alijs non essent prima: *ly & ex ipsis omnia esse oportet*: denotat omnia entia naturalia fieri ex ipsis tanquam ex elementis primis: nam particula *ex & omnia esse oportet* designant causalitatem intrinsecam. Ex qua explicacione cõstat solam materiam, & formam esse principia à Philosopho definita: nam tantum illa constituunt ens naturale, quod vt ens positium nequit à priuatione causari.

3. Dices. Ens mobile depēdet à priuatione; ergo priuatio est principium entis naturalis à Philosopho in hac definitione inclusum. ¶ Respondetur distinguēdo antecedens: dependet à priuatione tāquam à principio proprio, nego antecedens, tanquam à metaphoricò, concedo antecedens: & eodem modo distinguo consequens: nam in hac definitione solum est definitum id quod propriè habet rationem principij; licet impropiè sit etiam definitum id

quod impropiè participat rationem principij.

4. Inquires: quare influxus priuationis sit metaphoricus? Dico duplici ratione esse metaphoricū: prima: quia priuatio formę est nihil: quod iuxta illud Philosophi: *ex nihilo nihil fit*, non valet propriè influere: secunda: quia priuatio solum causat, vt recedens à materia, in qua præintelligitur esse; sed recessus non est influxus verus, & proprius; sed impropius, & metaphoricus; ergo priuationis influxus non est proprius, & verus. Hanc rationem vidit noster Anselmus in Monologio cap. 5. dum dixit: *quia nullo modo intelligi potest, vt quod aliquid est sit per nihil; cum vox omnium sit, quod nihil de nihilo.*

§. I I I.

Obijciuntur aliqua.

5. **O**bjicies primò. Forma materialis educitur de potentia materię: ergo principium formale fit ex alterutro, scilicet ex materiali. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: fit ex materiali, tanquam ex termino à quo extrinseco, concedo consequentiam: tanquam ex principio intrinsecè constituyente nego consequentiam: quia quando Philosophus dixit: vnum principium non fieri ex alio: intelligi debet, tanquam ex parte componente: vt constat ex illis verbis definitionis:

nis: omnia ex ipsis esse oportet. ¶ Secundo responderetur negando consequentiam: nam ad hoc, ut aliquid dicatur absolute fieri, aut produci debet esse terminus primarius actionis productivæ; qualis est totum, & non pars, quæ solum coproducit ad totius productionem: unde quædo dicimus unum principium non fieri ex alio, loquimur de eo, quod proprie, & absolute fit, scilicet, de eo, quod fit *ut quod*; non verò de eo, quod tantum fit *ut quod*.

6. Obijcies secundo. Secundum Philosophum principia entis mobilis sunt contraria; sed hæc oppositio non datur inter materiam, & formam, sed inter privationem, & formam, quæ ab eodem subiecto se expellunt; ergo privatio proprie est entis naturalis principium in hac definitione explicatum. Maior constat ex Philosopho in hoc cap. ubi sic ait: *contrariis autem primis hæc insunt; quia namque sunt prima; ideo non ex alijs: quia vero contraria sunt; ideo non ex se se mutuo fiunt*; ergo principia entis naturalis sunt contraria. ¶ Primo responderetur contrariam oppositionem non reperiri inter principia propria; sed inter principium proprium, & metaphoricum. ¶ Secundo, & melius, iuxta mentem Philosophi responderetur, distinguendo maiorem: principia sunt contraria contrarietate principiorum, concedo maiorem: contrarietate effectuum, nego maiorem: & minorem: nam contrarie-

tas principiorum non consistit in hoc, quod principia ab eodem subiecto se expellant; sed in hoc, quod non fiant ex alterutris: constat hæc solutio ex ipsis verbis Aristotelis ut in 5. cap. *quia vero contraria: ideo non ex se se mutuo fiunt*.

9. Obijcies tertio. Materia in opinione probabili habet partes entitativas; ergo unum principium fit ex alijs, quod est contra simplicitatem primorum principiorum.

¶ Responderetur iuxta hanc opinionem concedendo antecedens: & distinguendo consequens: unum principium fit ex alijs improprie concedo consequentiam: proprie nego consequentiam: materia enim licet constet ex partibus entitativis substantialibus; non fit ex partibus diversæ speciei: cum qualibet pars materiæ, sit materia; & ideo proprie non fit ex alijs.

8. Obijcies quarto. Materia (saltem incompletè) constat genere, & differentia; ergo falso dicitur quod principia entis naturalis non constant ex alijs. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam per illam particulam, non negatur, quod principia constant ex alijs principijs metaphysicis, sed quod constant ex alijs principijs physiceis.

9. Obijcies quinto. Quod convenit prædicato communi, debet convenire particulari sub illo contento, iuxta illud, *dicti de omni*; sed particulari repugnat, quod omnia fiant ex ipsis: utique quia ex principijs

Disputatio prima. Questio secunda.

cipijs aquæ sola aqua potest fieri; ergo definitio principiorū vt sic, vt falsa debet rejci. ¶ Respondeatur negando maiorem: si prædicatum sit copulatiuum: nam hoc non potest particulari conuenire, eo modo quo conuenit communi; sed solum per distributionē acōmodam: vnde sicut ex principijs naturalibus in cōmuni fit ens naturale in generali, & in communi: & ex omnibus omnia; sic ex principijs aquæ fit aqua; & ex principijs aquæ in singulari, hæc aqua. Hęc doctrina constat ex dictis in parua summa. cap. 15. vbi dixi suppositionem copulatiuam esse acceptionem termini pro omnibus suis significatis non seorsim, sed copulatiuē sumptis. Quare hæc propositio: in omnem terram exiuit sonus Apostolorum; non potest de hoc, vel illo Apostolo in particulari verificari, sed de omnibus simul sumptis.

10. Obijcies sexto. Omnis res definitur in singulari numero; sed hæc definitio datur in plurali: vt ex se constat; ergo est vitiosa.

¶ Respondetur negando absolute maiorem: nā quamuis verum sit, quod naturæ vniocæ soleant definiti in singulari; non ob id sequitur omnes definitiones debere esse in singulari: tum quia definitio sicut abstrahit à tempore; sic etiā à numero plurali, vel singulari: tum quia aliquando exactius explicatur res in plurali, maxime illæ quæ non important rationem vniocæ; quales sunt hæc

principia, de quibus in presenti fit sermo: bene tamen possumus ex hac definitione in plurali formare definitionem principij in singulari: dicendo: quod principium est id, quod nec ex alio, nec ex alijs, ex illo tamen omnia esse oportet.

QVAESTIO II.

Quot sine entis naturalis principia?

§. I.

Communis suppositio impugnatur.

- 1.** Relictis antiquorum placitis, & erroribus, quos late rejicit Aristoteles in hoc libro, ipsius tantum doctrinam circa numerum principiorum declarare intendimus. Pro cuius captu nota primo, ens naturale posse in duplici statu considerari; in facto esse, & in fieri: in facto esse, seu in statu perfecto (quod idem est) importat entitatem ex suis partibus causatam: in fieri vero (in opinione plurium Thomistarum) importat solam entis naturalis actiuam productionem, seu generationem.
- 2.** Hanc entis naturalis in fieri explicationem, nūquam percipere potui: nam generatio entis naturalis solum est entis naturalis fieri effectiuum, non vero formale, & materiale; quæ necessario debent dari in fieri entis naturalis: ratio est, quia in facto esse entis naturalis dantur materia, & forma;

ma; sed quidquid est in facto esse, seu in esse perfecto fuit in fieri, seu in esse viali; ergo fieri entis naturalis non solum coalescit ex fieri effectiuo, seu ex generatione, sed etiam ex materia, & forma, seu ex principijs intrinsicis illius. Explicatur hæc ratio. Generatio entis naturalis eodem modo se habet ad entis naturalis effectiōē, ac actio de albatu in ordine ad albi productionē; sed actio de albatu nō potest album producere in facto esse, absque eo quod in fieri detur subiectum, & albedo: Ex quibus resultet hoc cōcretum album: ergo similiter actio generatiua nequit ens naturale producere absque eo quod in fieri dentur principia intrinseca, ex quibus ens naturale coalescat.

3. Quare relicta hac suppositione, cum in consequentia ab illis præfixa in exordio quæstionis, quia in corpore fatentur tria esse principia entis naturalis in fieri, videlicet materiam priuationem, & formam; dico ens naturale in fieri importare materiam, & formā in fieri: ita vt pro illo statu imperfecto, & viali detur principium effectiuum vt influens, causa materialis vt tendens ad receptionem formæ: & causa formalis vt tendens etiam ad materiæ informationem.

4. Nota secundō, quod actio productiua entis naturalis in ordine ad diuersos terminos habet diuersas formalitates, & expressiones: nam vt ab agente in passo expri-

mit formalitatem actionis, & vt in passo ab agente formalitatem passionis: & tandem vt est ratio quare transeat primum subiectum de non esse formæ ad esse formæ exprimit formalitatem mutationis. In præsentem autem solum loquimur de actione generatiua prout exprimit formalitatem mutationis.

5. Vltimō nota Philosophum in præsentem non numerasse principia extrinseca entis naturalis, scilicet, causam efficientem, & finale: (quia ista sunt omni enti creato communia: nunc sit mutationi subiectum; nunc non) sed solum principia intrinseca à mutatione indispensabiliter exigita. His ergo suppositis, sit.

§. II.

Conclusio.

6. **P** Principia entis naturalis per generationem sub expressione mutationis facti, absolutè, & simpliciter loquendo, sunt tantum duo, tam in fieri, quam in facto esse: materia, scilicet, & forma; metaphoricè autem loquendo aliud admitto tam in fieri, quā in facto esse, scilicet, priuationē, ad mutationem indispensabiliter requisitam. ¶ Prima pars nostræ conclusionis constat ex §. 2. quæstionis antecedētis: & amplius probatur. Illud est principium simpliciter dictum tam in fieri, quam in facto esse, quod habet verum,

Disputatio prima. Questio secunda.

& realem influxum; sed respectu entis naturalis tantum materia, & forma habent verum, & realem influxum: ergo tantum materia, & forma sunt simpliciter, & absolute entis naturalis principia, tam in fieri, quam in facto esse. Maior constat ex definitione principiorum. Minor constabit ex dicendis infra: & nunc probatur ex Philosopholib. 1. tex. 67. vbi absolute non dixit esse tria principia entis naturalis; *sed esse quodammodo duo, quodammodo tria*: idest, esse duo simpliciter, & absolute; & tria, sic simpliciter dictis intret metaphoricum principium. Hoc principium quod a nobis metaphoricum appellatur, vocatur a Iohanne a Sancto Thoma, qui contrariam tenet sententiam, principium per accidens; sed immerito: quia principium per accidens entis naturalis est illud, sine quo potest ens naturale fieri; sed sine priuatione ens naturale nequit fieri per actionem, quæ habeat rationem transmutationis: cum secundum Philosophum transmutatio indispensabilem exigat transitum de non esse termini ad esse termini; ergo non est principium per accidens; sed per se, saltem metaphoricum, entis naturalis per mutationem facti.

7. Secunda pars conclusionis nostræ quoad primam partem constat ex dictis questione antecedenti §. 2. & etiam ex auctoritate

Philosophi: ampliusque probatur: nam ad fieri, seu ad generationem, sub expressione mutationis, tria essentialiter requiruntur, scilicet, *subiectum, terminus a quo, & ad quem*; cum secundum vniuersalissimam rationem sit, *transitus mobilis ab uno termino ad alterum*; ergo principia entis naturalis in fieri sunt tria iam assignata. Confirmatur. Generatio entis naturalis, sub expressione mutationis, est essentialiter *transitus subiecti de non esse, ad esse*; ergo postulat subiectum, quod stet sub utroque. Antecedens probatur. Mutatio substantialis cum non possit producere ex nihilo, supponit subiectum: & cum non possit producere id quod iam est in subiecto productum, essentialiter postulat priuationem, tanquam terminum a quo recedit: & esse, seu formam, tanquam terminum ad quem accedit; ergo principia entis naturalis in fieri sub expressione mutationis sunt tria.

8. Quoad secundam partem, quæ specialis est: constat primo ex expositione communi, qua exponitur ab omnibus definitio materiæ a Philosopho tradita cap. ult. huius libri, tex. 82. vbi sic fatetur: *materia prima est primum subiectum ex quo aliquid fit, cum in fit, &c.* Sic vertunt Doctores: *cum in fit*; vt distinguatur a priuatione, quæ solum per recessum causat: tunc sic priuatio in facto esse adæquatè recedit; ergo in facto esse suâ exercet causalitatem.

9. Constat secundò: nam priuatio fieri habet influxum metaphoricum; ergo & in factò esse. Consequentia probatur. Ex eo priuatio influit metaphoricè in fieri: quia in fieri initiatiuè recedit, vel quia incipit recedere; sed in factò esse absolutè recedit; ergo in factò esse influit. Maior probatur. Assistentia adæquata, & totalis priuationis in fieri obstat ad influxum formæ in fieri; & è contra: recessus quasi inadæquatus, vialis, seu initiatiuus deseruit ad influxum formæ in fieri; ergo ex eo influit in fieri: quia in fieri incipit recedere; sed in factò esse adæquatè, & totaliter recedit; ergo etiam in factò esse influit. ¶ Confirmatur, seu explicatur hæc ratio. Ex eo materia primam in factò esse est principium entis naturalis: quia in factò esse absolutè, & simpliciter complet receptionè, quam in fieri initiavit; sed priuatio in factò esse absolutè, & simpliciter complet recessum quem in fieri initiavit; ergo in factò esse est saltem metaphoricum, entis naturalis principium.

10. Dices. In factò esse non datur priuatio formæ, sicut in fieri; ergo in factò esse non habet nec influxum metaphoricum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam priuatio in fieri non est principium entis naturalis: quia in talitate existit: sed quia initiavit recessum quem in factò esse complet: alias (vt dixi in ratione no-

stræ conclusionis) non deserui-
ret, sed obstaret ad constitutio-
nem in fieri entis naturalis: quia
entitas constituitur in fieri, in quã-
tum forma incipit informare ma-
teriam: & in quantum materia in-
cipit recipere formam, & deserere
priuationem.

§. III.

Aliquæ obiectiões.

11. **O**bjicies primo. Priuatio
nò est principium intrin-
secum entis naturalis in fieri, nec
in factò esse; ergo priuatio, nec
metaphoricè potest assignari, vt
principium entis naturalis. ¶ Res-
pondetur distinguendo antece-
dens: non est principium intrinse-
cum per modum partis intrinsecæ
concedo antecedens: per modum
principij intrinsecè connotati à
mutatione, nego antecedens: &
consequentiam: nam vt sit princi-
pium intrinsecè metaphoricum,
non requiritur, quod constituat
ens naturale, sed quod ab actione
generatiua sub expressiõne mu-
tationis intrinsecè connotetur.

12. Replicabis. Ideo per nos pri-
uatio est entis naturalis princi-
pium intrinsecum: quia intrinsecè
connotatur à mutatione: sed mu-
tatio etiam intrinsecè connotat
causam efficientem; ergo causa
efficientis est principium intrinse-
cum entis naturalis. Minor pro-
catur. Mutatio non est realiter
distincta ab actione; sed actio ef-

Disputatio prima. Quæstio secunda.

essentialiter connotat agens; ergo mutatio ab actione indistincta essentialiter connotat agens. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem. Ad probationem concedo maiorem: & minorem: & nego consequentiam: nam argumentum procedit à sensu materiali, ad formalem: & ideo non valet consequentia propter appellationis variationem.

13. Non quiesces. Sicut mutatio præscindit ab actione, sic à passione; sed quia præscindit ab actione, quæ essentialiter connotat agens, illud mutatio non connotat; ergo quia præscindit à passione, quæ essentialiter connotat passum, vel materiam; ideo illam mutatio essentialiter non connotabit: ac per consequens non erit entis naturalis intrinsecum principium. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam mutatio, vt distincta ab actione, & passione respicit primum subiectum, vt transmutabile: cum essentialiter sit actus imperfectus, medio quo subiectum transit de non esse formæ, ad esse formæ: at vero vt talis non respicit agens; & ideo excluditur à ratione principij intrinseci.

14. Obijcies secundo. Ex eo forma est principium entis naturalis in fieri: quia est generationis finis; sed finis est principium extrinsecum, de quo per se non disputat Philosophus; ergo forma non est principium entis naturalis in

fieri. ¶ Respondetur negando antecedens: nam forma non est principium entis naturalis in fieri; quia est finis non ultimus generationis ad compositum tãquã ad finem ultimum ordinatæ; sed quia ex se est pars intrinseca compositi naturalis à mutatione exigita, vt possit naturale compositum efformare.

15. Obijcies tertio. Ex eo priuatio formæ producendæ est principium transmutationis: quia est terminus à quo illius; sed forma præexistens in materia etiam est terminus à quo mutationis; ergo etiam est principium entis naturalis in fieri. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: ex eo priuatio formæ producendæ est principium transmutationis: quia est terminus à quo per se requisitus concedo maiorem: præcisè quia est terminus à quo nego maiorem: & distingo minorem: forma præexistens in materia est etiam terminus à quo, per se nego minorem: per accidens, & præsuppositiuè concedo minorem: & nego consequentiam: nam forma præexistens in materia non est de conceptu transmutationis: tum quia non intrat in conceptu definitiuo illius: tum quia nulla actio per se respicit destructionem alicuius rei: iuxta illud Philosophi: *nullum agens intendens in malum operatur.*

16. Replicabis. Aliquando est necessaria forma determinata in materia, vt detur generatio alterius;

rius: vt constat in forma cadaue-
rica, quæ necessario præsupponit
vitalem; & in vitali, quæ etiam ne-
cessario præsupponit embrionis
formam: ergo istæ formæ erunt
principia in fieri. ¶ Responde-
tur hanc necessitatem non esse ex
parte transmutationis; (quæ per
se solum respicit formæ introduc-
tionem, & non alterius corrup-
tionem, vel præexistentiam) sed
solum ex parte materiæ, quæ non
potest disponi in ratione subiecti
proximi harum formarum, nisi
prius fuerit sub his formis deter-
minatis, in quibus proximè dispo-
nitur ad receptionem alterius. Si-
mili solutione respondendum est
ad aliam objectionem, quæ fit de
dispositionibus receptis in mate-
ria: nam eæ etiam requiruntur in
materia, nõ vt principium distin-
ctum; sed vt cum illa vnum cõsti-

tuant principium.

17. Non quiesces. Priuatio for-
mæ introducendæ, etiam se tenet
ex parte materiæ; & tamen consti-
tuit distinctum principium; er-
go ex eo quod dispositiones se te-
neant ex parte materiæ, non se-
quitur, quod non constituent dis-
tinctum principium. ¶ Respon-
detur distinguendo maiorē: pri-
uatio se tenet ex parte materiæ:
cum diuerso modo causandi, cõ-
cedo maiorem: cum eodem modo
causandi, nego maiorem: & con-
cessa minori: nego consequentiam:
nam dispositiones solum in gene-
re causæ materialis causant ens
naturale: at vero priuatio habet
distinctum modum causandi, sci-
licet recedendo per modum ter-
mini à quo: & ideo priuatio, & nõ
dispositiones in esse principij po-
nuntur in numero cum materia.

DISPUTATIO

SECUNDA

DE PRIMO PRINCIPIO

ENTIS NATURALIS, SCILICET, DE MATERIA PRIMA.

LICET dignitatis ordine materia prima inter entis naturalis principia primum non obtineat locum; cum iuxta omnium Doctorum placita sit minima entitatis, & ferè nihil: Ut videre est apud Augustinum, lib. 10. confessionum, cap. 7. ceterum, quia natura ordine prima iudicatur; ideo prius de materia prima, quam de reliquis principijs disputatio proponitur.

QVAESTIO I.

An sit, & quid sit materia prima?

§. I.

Resolutio prima partis.

OMnes Philosophi, cum Aristotele, & Diuo Thoma supponunt dari subiectum primum, seu materiam primam. Quae suppositio evidenti, & efficaci probatur ratione: nam actio generatiua, prout à creatiua distincta, supponit subiectum commune, ex quo educit formam substantialem materialem; & à quo expellit praëxistentem; sed hoc est

materia prima; ergo defacto datur in rerum natura. Maior probatur. Agens naturale prout distinctum à supernaturali, agit; sed non ex nihilo: tum quia hoc est proprium Dei: tum quia secundum Philosophum; *ex nihilo nihil generatur*; ergo ex aliquo subiecto praësupposito, quod materia prima ab omnibus appellatur.

2. Dices. Quando ex corruptione specierum sacramentalium producuntur vermes, tunc nõ datur subiectum primum, ex quo educatur forma vermis; cum secundum fidem, materia, & forma panis sint cõuersæ in corpus Christi; ergo ex productione naturali non sequitur materiae primae existentia

tentia. ¶ Responderetur distinguendo maiore: in casu obiectio- nis, non datur subiectum primum formale, concedo maiorem: æqui- ualens, seu virtuale, nego maio- rem: nam in tali generatione, tes- te Dico Thoma. 3. p. q. 77. art. 5. quantitas panis virtute primi mi- raculi gerit vices materiæ primæ: vel, si manis, dic cum alijs Deum conuertere quantitatem panis in materiam primam; vt ex illa edu- cantur vermes: vel cum alijs Deū creare materiam primam; vt ex illa educatur vermiformis: vel cum alijs, Deum reproducere ma- teriam panis in Corpus Christi conuersam, vt fiat naturaliter ta- lis generatio.

§. II.

Diuisiones materiæ.

3. **M**ateria vt sic prima sui di- uisione diuiditur in pri- mam, & secundam: prima est en- titas partialis, quæ respicit actum primum substantialem, scilicet, for- mam substantialem, vt sic: secun- da est entitas completa, quæ res- picit actum secundum accidenta- lem, scilicet, accidentalem for- mam.

4. Rursus materia prima (de qua in præsentia) diuiditur in po- tentiam passiuam, remotam, & proximam: remota dicit transcen- dentalem respectum ad formam substantialem vt sic, tanquam ad terminum proxima verò est

Tom. 1. pars 1.

ipsamet entitas materiæ primæ: quæ vt connotans dispositiones formæ determinatæ, ab agen- te naturali prouenientes, respi- cit hanc potius, quam illam for- mam: vnde ratione harum dis- positionum essentia materiæ, quæ ex se erat indifferens ad omnes for- mas, determinatur à formæ, de- terminatæ receptionem: sicut in- tellectus ex se indifferens ad om- nium rerum cognitionem, deter- minatur per speciem albi. v. g. ad albi cognitionem. His ergo sup- positis, sit.

§. III.

Conclusio.

5. **M**ateria prima essentia- liter est primum subie- ctum, vel potèntiale receptaculum formarum substantialium. Hæc nostra conclusio constat ex defi- nitione materiæ ab Aristotele tradita cap. vlt. huius libri. text. 82. vbi sic ait: *materia est primum subiectum cuiuscumque rei, ex quo ali- quid fit, cum insit: primum, & per se, & non secundum accidens. Ly subiectum* ponitur loco generis; in quo con- uenit cum materia secunda acci- dentium receptiua. *Primum* loco differentie, in quo differt ab illa. *Ex quo aliquid fit* ponitur ad deno- randum fieri ex ipsa compositum substantiale, tanquam ex princi- pio intrinseco: nam licet à causa efficienti fiat aliquid tanquam à quo; non tamen tanquam ex quo.

B 4

Par.

Disputatio secunda. Quæstio prima.

Particulâ *cum in se* exprimit permanentiam in composito: & distinguit materiam primam, nõ solum à materia transeunte, quales sunt substantiæ totales, quæ per sui corruptionem, vel diuisionem in alteram substantiam totalem conuertuntur: vt elemëta, ex quibus fit mixtum; & panis ex quo per cõuersionem fit Corpus Christi; sed etiam à priuatione, quæ nõ per sui permanentiam, sed per sui recessum causat. *Primo, & per se, & non secundum accidens*, additur ad denotandum materiam vniri formæ per suam entitatem, & fieri ex ipsa cum forma substantiali vnum per se. Ex hac ergo definitione sic explicata, probo conclusionem. Id, sine quo aliqua res nequit intelligi, est de conceptu quidditativo ipsius rei; sed materia nequit intelligi absq; ratione primi subiecti; ergo ratio primi subiecti est de essentia materiæ primæ; ergo & ratio potentiæ receptiuæ: nam primum subiectum per viam rationis formæ est receptaculum primi actus. Minor constat ex definitione Philosophi: & amplius probatur, à simili: nam secundum Philosophum: *contrariorum eadem est ratio, & disciplina*: sed forma substantialis, quæ est materiæ primæ opposita, nequit intelligi absque formalitate actus primi; ergo neque materia prima absque formalitate primi subiecti. ¶ Confirmatur primo. De intrinseco conceptu formæ substantialis est quod sit actus informatiuis materiæ pri-

mæ; ergo de intrinseco conceptu materiæ primæ erit, vt sit potentia actuabilis per illam: tum quia forma, & materia se mutuò essentialiter respiciunt, vt actus, & potentia eiudem generis: tum quia sunt partes eiudem cõpositi substantialis; sed forma essentialiter ordinatur ad materiam per modum actus; ergo materia ad formam per modum potentiæ. Explicatur secundo eadem ratio. Materia prima essentialiter ordinatur ad cõpositum substantiale; sed non vt actus à quo prouenit species; ergo vt potentia, à qua prouenit indiuiduatio; ergo ratio potentiæ receptiuæ est de illius essentia: cum non sit excogitabilis alius conceptus à quo dimanet formalitas potentiæ receptiuæ. ¶ Confirmatur secundo, hæc ratio. In omnium ore materia prima essentialiter excludit omnem actum informantem: alias nõ ipsa, sed subiectum quod informaret esset primum subiectum; ergo materia prima essentialiter est potèntiale subiectum formarum substantialium: cum potentia essentialiter ordinetur ad actum sui generis.

6. Probatur secundo. Si materia non essentialiter, sed solum secundum accidens esset potèntiale receptaculum formæ, sequeretur, quod ex ipsa, & ex forma non fieret vnum per se, sed per accidens: vtique quia non alia ratione probat Philosophus 8. Metaph. tex. 6. fieri vnum per se ex materia, & forma, nisi quia ex potèntia, & actu eius.

eiusdem generis substantialis naturaliter sit unum per se; sed si potentia materiae conueniret secundum accidens, hoc est accidentaliter, & non substantialiter non esset eiusdem generis substantialis cum forma; ergo non fieret ex ipsa cum forma unum per se, sed per accidens; ergo ut non sequatur hoc inconueniens, dicendum est materiam essentialiter esse potentiale receptaculum formarum.

§. IV.

Quaestio pro conclusionis captu.

7. **I**nquires primo: an potētia proxima materiae distinguitur realiter, à remota ipsius materiae? Respondetur esse distinctā ex parte connotati: non verò ex parte reſti. Ratio est: nā ipsa materia in reſto ut cōnotans in obliquo dispositiones formae determinatae constituitur in ratione potētia proxima; ergo potētia proxima materiae ex parte reſti non est distincta à potētia radicali ipsius materiae.

8. **D**ices. Materia proxima media dispositione accidentali recipit formam substantialem: ergo in reſto constituitur in ratione potētia proxime per dispositionem accidentalem ab illa realiter entitatiuè distinctam. ¶ Respondeatur negando antecedens: nā materia media dispositione accidentali in reſto se habente, non recipit formam substantialem: tum

quia cum illa non fieret unum per se: cum secundum Philosophum, ex duobus entibus in actu non sit unum per se: tum quia dispositio adueniens materiae antecedenter ad formam substantialem est actus primus materiae; sed totum hoc repugnat materiae: ut constabit ex dicendis infra, in libris de generatione; ergo per dispositionem accidentalem in reſto in materia receptam non constituitur in ratione potētia proxime.

9. **R**eplicabis. In via Diui Thomae ratio proxima, & formalis productiua substantiae, est accidens: quia substantia ex se solum est radicaliter productiua; sed materia prima ex se antecedenter ad dispositionem accidentalem solum est radicaliter receptiua; ergo accidentalis dispositio non se habet in obliquo ut conditio, sed in reſto ut ratio formalis receptiua. ¶ Respondeatur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: materia prima ex se est solum radicaliter receptiua defectu conditionis concedo minorem: defectu rationis formalis nego minorem: & consequentiam: nam licet verum sit, quod substantia in ordine ad productionem, & materia in ordine ad receptionem non habeant ex se absque aliquo accidenti exercitia: tamen accidens in substantia est requisitum ut ratio formalis producēdi: & in materia solum ut conditio sine qua non. Ratio est: quia operario accidentalis specificans virtutem proximam operandi

Disputatio secunda. Quæstioprima.

randi non valet specificare substantiam: at verò actus primus quia substantialis est, optimè valet specificare potentiam passivam primi subiecti. Sed hoc latius infra. lib. 2. disp. 4. q. 1.

10. Inquires secundò: an essentia materię primæ formaliter consistat in ratione potentię proximæ, vel remotæ? ¶ Respondetur consistere in ratione potentię remotę. Ratio est: nam ratio potentię proximæ ex parte reæ, logicè accidit essentiæ materię primæ: ergo essentia materię primæ solù saluatur in potentia remota. Antecedens probatur. Illa formalitas accidit, sine qua res potest intelligi, sed materia potest intelligi vt carens dispositionibus, id est, absque illarum connotatione; ergo potentia proxima accidit materię primæ. Explicatur hæc ratio. Illa potentia est de essentia materię, quæ respicit omnes formas; sed potentia proxima materię, vt stat sub tali expressione solum respicit formam determinatam: vtique quia vt stat sub dispositionibus animę rationalis, solum respicit animam rationalem; ergo potentia proxima etiam ex parte reæ accidit materię primæ, non vt accidens metaphysicum, sed vt logicum indistinctum, ad modum quo singularitas accidit naturæ specificæ; vel ad modum quo appetitudo ad substandum accidentibus accidit substantię.

(?)

§. V.

Obijciuntur aliqua.

11. **O**bjicies primo. Materia prima non est primū subiectum omnium formarum: vtique; quia actu non potest illas recipere; ergo definitio Philosophi cum nostra conclusione adolefcit.

¶ Respondetur distinguendo antecedens: actu non potest illas recipere simul, & collectiue, concedo antecedens: vagè, & diuisiue, nego antecedens: & consequentiam: nam potentia materię solum successiue est subiectum omnium formarum.

12. Replicabis. Materia prima est vna in specie; ergo non est subiectum omnium formarum: cum non possit specificari à formis, quę specie differunt. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam licet omnes formæ in esse rei sint specie distinctæ: tamen in esse obiecti: hoc est, vt conueniunt in ratione actus primi substantialis habent vnitatem sufficientem, vt possint speciem materię præstare.

13. Obijcies secundo. Materia prima, vt exprimit rationem potentię proximæ, recipit per suam entitatem, & non per accidens superadditum, formas substantiales; ergo potentia proxima est de essentia materię primæ. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: materia recipit per suam entitatē,

& non

& non per accidens, phylicum, seu metaphylicum concedo antecedens: logicum nego antecedens: & consequentiam: nam (vt dixi supra) ratio potentia proxime ex parte recti accidit materiae primae logice.

14. Obijcies tertio. Materiae essentialiter est receptaculum potentiale; vel (vt alij volunt) potentia receptiva omnium formarum; sed dum actu possidet formam substantialem, non est potentia receptiva, vel receptaculum potentiale: vtique quia receptaculum formae, seu potentia receptiva, dicitur potentiam ad habendam illam formam, quam actu non habet; ergo essentialiter materia prima non est receptaculum potentiale, seu potentia formae receptiva. Nisi dicas essentialiter materiae variari per status. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & negando minorem: nam dum actu possidet formam, est receptaculum potentiale, & potentia receptiva illius: actus enim secundum Philosophum non destruit, sed perficit potentiam: & ideo a possessione actus ad potentiae possessionem valet consequentia: vt in hac intelligo; ergo possum intelligere. Quae consequentia est legitima, dum actu intelligo. Sed ne aequiuocatione fallaris, nota discrimen, quod versatur inter hos terminos, esse potentiam, & esse in potentia: nam esse in potentia importat priuationem actus, quam terminus potentia non importat: & ideo dum ma-

teria habet actum substantialem, est potentia actus, licet non sit in potentia ad illum.

15. Obijcies quarto. Materia essentialiter est indifferens ad omnes formas; sed dum actu habet vnam, est ad illam determinata; ergo per aduentum formae amittit essentialiter. ¶ Respondetur distinguendo minorem: dum materia actu habet vnam formam, est ad illam determinata per accidens: concedo minorem: per se nego minorem: & consequentiam: nam materia actuata per formam, ex se, est indifferens ad omnes; & in hac indifferentia, illius consistit essentialiter: non aliter ac essentialiter dispositio ex se facilis mobilis a subiecto saluatur etiam si ratione subiecti sit difficilis mobilis a subiecto.

16. Replicabis. Essentialiter materiae primae, vt connotat dispositiones formae determinatae, habet rationem potentiae proxima; sed sola connotatio non videtur sufficiens, vt trahatur materia de perfectione essentiali ad perfectionem accidentalem; ergo potentia proxima non accidit materiae. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam sola connotatio realis alicuius entitatis sufficit ad hoc, vt ab intellectu talis res distinguatur in duplicem formalitatem: vt constat in entitate actionis, quae per ordinem ad diuersos terminos diuiditur ab intellectu in diuersas formalitates: ita vt vna alteri accidat: sic in

Disputatio secunda. Quæstio secunda.

in præsentia: diuersa connotatio
materiæ sufficit ad hoc, vt mate-
ria distinguatur ab intellectu in
diuersas formalitates: ita vt pri-
mordialis cōnotatio in ordine ad
formas obtineat perfectionem es-
sentia, & subsequuta accidentis
logici.

QVÆSTIO II.

*An materia prima sit experta, nedum
actus formalis, sed etiam en-
titatiui?*

§. I.

Notantur aliqua.

1. **V**t ad certaminis examē,
quod inter Auctores mul-
tum habet de nomine, & parū de
re peruenias: nota primò; quod
potentia quæ semper est, & intel-
ligitur in ordine ad actum, diuidi-
tur in actiuam, & passiuam. Acti-
ua est illa, quæ respicit termini
productionē, media actione: pas-
siua est quæ media passione respi-
cit formam, & quidquid per mo-
dum formæ in illa recipitur. In
præsentia autem non disputamus
de potentia actiua, nec de passiu-
na, quæ formæ correspondet, sed
de potentia obiectiua, quæ in om-
nium opinione respicit actum en-
titatiuum, & consistit in quadam
non repugnantia, quam habent
res in statu possibilitatis, vt à cau-
sis effectiuis producantur: & di-
citur potentia per denominatio-
nem extrinsecam, sumptam à po-

tentia causa: habentis virtutem
ad produccendas entitates in re-
rum natura.

2. Vt status difficultatis appa-
reat, nota secundo, Auctores sup-
ponere in præsentia, id in quo con-
sistit huius certa nimis discriminis:
nam alij supponunt rationem for-
malem actus entitatiui consistere
in existentia, à qua res, quæ est in
statu possibilitatis, ponitur in sta-
tu existentia. Sic Magister Ioan-
nes à Santo Thoma. Compluten-
ses. Et ferè omnes Thomistæ. Cir-
ca quem modum opinandi certum
est materiam primam ex se nō ha-
bere actum entitatiuum: nā exis-
tentia in horum Doctorum opi-
nionē est distincta realiter à ma-
teria prima.

3. Alij supponunt actum enti-
tatiuum consistere in entitate ip-
sius materiæ specificatiuè existē-
te. Sic Scotus, & alij. Circa quem
modum opinandi absque contro-
uersia tenendum est materiam pri-
mam ex se includere actum enti-
tatiuum: nam materia prima ex-
tra causas habet entitatē distin-
ctā ab entitate formæ. Quare dif-
ficultas huius quæstionis manet
decisa, ratione formali actus enti-
tatiui examinata: & ideo nunc nō
debet supponi; sed inquiri ratio
formalis actus entitatiui, qui est.

§. II.

Prima conclusio.

4. **E**ntitas specificatiuè exis-
tens, vel entitas actionem
termina-

terminans creatiuam. Est in gratiam secunda suppositionis. Et probatur. Actus entitativus est qui satiatur potentiam obiectiuam; sed entitas specificatiue existens, vel quæ terminat actionem creatiuam satiatur potentiam obiectiuam; ergo entitas specificatiue existens, & non existens est actus entitativus. Minor probatur. Res specificatiue existens nõ est in potentia obiectiua: cum vt sic non sit in potentia vt sic; ergo vt sic satiatur potentiam obiectiuam.

¶ Confirmatur primò. Licet entitas nõ sit producta, quin sit existens: tamen in entitate existente non solum datur existentia, sed etiam essentia existens; sed hæc essentia, vt specificatiue existens est extra potentiam obiectiuam; ergo vt specificatiue existens potentiam satiatur obiectiuam. ¶ Confirmatur secundo. Res quæ est in potentia obiectiua, est in potentia, nedum ad existentiam; sed etiã ad esse essentiale positium, quod per existentiam existit; sed hoc esse essentiale existens specificatiue satiatur potentiam obiectiuam: cum sit potentia essentiali correspondens; ergo hoc esse essentiale positium specificatiue existens est actus entitativus potentia obiectiua correspondens. ¶ Confirmatur tertio. Petrus qui est in statu possibilitatis, non solum est in potentia ad existentiam habendam, sed etiam ad esse essentiale positium habendum; sed hoc esse essentiale habet extra causas

esse positium; potentia obiectiua essentiali correspondens: cum non sit in potentia ad illud; ergo licet existentia sit actus entitativus correspondens, potentia accidentali repertæ in Petro possibili in ordine ad existendum, non tamen est actus correspondens potentia essentiali in Petro possibili etiam repertæ.

5. Obijcies. Res quæ est in statu possibilitatis de formali respicit existentiam; ergo existentia est actus entitativus. ¶ Respondetur distinguendo antecedens; respicit existentiam, vt est in potentia ad existendum, vel vt in statu possibilitatis dicit non repugnantiam ad existendum; concedo antecedens: vt est in potentia ad existendum positium actu, vel vt dicit non repugnantiam ad positium existendum nego antecedens; & consequentiam: propter rationem in tertia confirmatione assignatam: nam vt est in potentia ad existendum, de formali solum respicit esse positium actuale, quod in statu possibilitatis solum habet in potentia: de quo latius infra.

6. Secundo probatur conclusio? Existentia, in opinione contrariorum, nõ solum distinguitur à materia; sed etiam à forma substantiali; ergo si existentia est actus entitativus rerum, forma substantialis ex se illum non habet; hoc nequit dici; ergo nec quod existentia sit actus entitativus. Probo minorem: magis distat actus formalis à potentia obiectiua, quã

Disputatio secunda. Questio secunda.

ab actu entitativo; sed in opinione contrariorum ex se habet rationem potentia obiectivam; ergo potiori iure rationem actus entitativi.

§. III.

Secunda conclusio.

7. **M**ateria prima ex se habet actum entitativum. Hæc conclusio conitatur ex prima; & amplius probatur. Materia prima ut est terminus actionis creativæ, & prout specificativè existens, actu habet entitatem positivam, quam in statu possibilitatis poterat habere; sed prout sic correspondet ex se potentia obiectivæ; ergo ut sic habet ex se actum entitativum.

8. Obijcies primo. Possibilitas materiæ est iuxta naturam ipsius materiæ; sed quod est possibile in materia prima est pura potentia nullum ex se includens actum; ergo ex se non correspondet potentia obiectivæ, ut actus, sed ut potentia. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam licet materia prima in ordine ad formam sit pura potentia; tamen in ordine ad potentiam obiectivam includit actum: cum ut specificativè existens, actu habeat entitatem positivam, quæ in statu possibilitatis solum in potentia habebat.

9. Replicabis. Possibilitas materiæ primæ expletur per potentiam; sicut possibilitas actus for-

malis v.g. per actum formalem; ergo ex eo quod entitas materiæ specificativè existens correspondeat potentia obiectivæ ipsius materiæ, nõ sequitur, quod includat actum entitativum. Videas obsecro falsitatem doctrinæ: nã Auctores oppositæ sententiæ ex vna parte docent entitatem positivam materiæ specificativè existentem correspondere possibilitati ipsius materiæ; & ex alia non esse actum entitativum: cum certum sit, solum actum posse potentia correspondere. Neque instantia ab illis adducta aliquid valet: nam actus formalis, non ut formaliter actus, sed ut materialiter actus materiæ, & ut formaliter possibilis, vel ut in potentia ad essendum, obtinet rationem potentia obiectivæ; & similiter materia prima non ut formaliter potentia formæ; sed ut materialiter potentia, & ut formaliter actus potentia correspondet obiectivæ: tantum enim distat actus à potentia, quantum potentia ab actu: si ergo actualitas formæ potest ad imperfectionem potentia obiectivæ peruenire; quare potentialitas materiæ non poterit ad perfectionem minorem si mâ actus entitativi accedere: precipuè cum secundum Philosophum, *contrariorum eadem sit ratio, & disciplina?* Denique in consequentiam nota: nam ipsi in conclusione docent solam existentiam correspondere potentia obiectivæ per modum actus entitativi: & nunc in replica defendunt potentiam specificam.

efficacius existentem correspondere possibilitati potentia; & actum formalem, ut specificatiue existentem possibilitati actu. Ex his in consequentiam infero. Actus formalis specificatiue existens, & non existentia, correspondet proprie, & formaliter potentia obiectiui; sed iste non correspondet ut potentia, ut ex se constat, nec ut actus formalis: cum ut sic solum materiae correspondeat; ergo correspondet ut actus entitativus; ergo existentia non est entitativus actus, qui potentia obiectiuae formae correspondet; ergo formalitas actus entitativi formae per viam rationis formalis non coincidit cum formalitate actus formalis. Vnde in forma ad replicam respondetur distinguendo antecedens: possibilitas materiae, vel potentia expletur per potentiam materialiter, & in esse rei concedo antecedens: formaliter, & in esse termini nego antecedens: & similiter distinguo probationem antecedentis: possibilitas formalis actus expletur per actum formalem, ut formaliter habet rationem actus entitativi concedo antecedens: ut formaliter habet rationem actus formalis nego antecedens: & consequentiam, propter rationes supra assignatas.

10. Obijcies secundo. Definitio materiae nullum exprimit actum; sed definitum ex se non includit aliquid praeter id quod in definitione exprimitur; ergo materia prima non includit actum

entitativum. Primo responderetur probabiliter actum entitativum esse praedicatum transcendentale, quod non debet exprimi in definitione rerum, etiam si in ipsis includatur: constat hoc in definitione hominis, in qua non exprimitur ratio entis, etiam si ex se sit ens. Secundo, & melius specialiter responderetur definitionem solum exprimere id quod est de conceptu essentiali definiti, vel id quod convenit ei in omni statu: non vero id quod ei accidentaliter logice convenit in statu determinato: constat hoc in definitione hominis, quae non exprimit id quod ei convenit in determinato statu productionis, vel possibilitatis; sed solum id quod ei convenit in statu secundum se, vel in omni statu; sic in praesenti: definitio materiae nec explicat actum entitativum, qui ei convenit accidentaliter in statu productionis; nec potentiam obiectivam, quae etiam accidentaliter ei convenit in statu possibilitatis; sed solum id quod ei in statu secundum se convenit; scilicet, esse primum subiectum formarum substantialium.

Inquires: an materia essentialiter includat actum metaphysicum, qui potentiae metaphysicae, scilicet, generi correspondeat? Pro huius quaesiti resolutione, sit.

§. IV.

Tertia conclusio.

11. **M**ateria prima essentialiter includit actum metaphy-

Disputatio secunda. Questio secunda.

ēaphysicum positivum, per quem differt ab alijs rebus in rerum natura existentibus. Hęc conclusio expressè defenditur à Scoto in 2. dist. 12. q. 1. Suarez tom. 1. Metaph. disp. 13. sect. 5. & novissimè à Magistro Lerma in præsentī. Prima pars probatur ratione desumpta ex D. Thom. 1. p. q. 66. art. 2. nam in materia prima dantur prædicata in quibus convenit cum alijs rebus, & in quibus ab illis, & ab alijs differt: dantur enim prædicata substantiæ, & potentiæ, in quibus convenit cum materia cœlesti, & etiã prædicatum talis potentiæ recipientis formas amissibiliter; per quod differt à materia cœlesti; sed prædicatum per quod vna res differt ab alia habet rationem differentiæ, vel actus metaphysici; ergo materia prima essentialiter includit actū metaphysicum.

12. Secunda pars, scilicet, quod iste actus sit positivus, probatur: nam conceptus substantiæ potentialis, formas amissibiliter recipientis, est positivus: cum essentia materiæ, tam secundum conceptum substantiæ, in quo convenit cum forma substantiali; quam secundum cōceptum potentiæ, formas amissibiliter recipientis, in quo differt à forma substantiali, & à materia cœlesti, componit totum positivum, quod essentialiter solum potest ex partibus positivis constitui: ergo actus metaphysicus in materia essentialiter repositus est positivus.

13. Obijcies. In materia prima non datur principium, à quo actus metaphysicus accipiatur: cum in se nullum actum physicum includat, qui sit actus metaphysici fundamentum; ergo materia est expers actus metaphysici. ¶ Respondeatur negando antecedens: nam fundamentum actus metaphysici in materia non est actus formalis, quem non habet, nec entitativus quem habet; sed principium distinctionis, quod in ipsa reperitur: imò formalitas actus obstaret in materia ad rationem actus metaphysici: nam actus metaphysicus idem est, ac differentia; sed materia prima non differt à forma per actum, sed per potentiam; ergo actus physicus qui tollit potentiam obstat ad differentiæ cōceptum, & consequenter ad rationem actus metaphysici: cum ratio actus metaphysici debeat sumi ab expressionibus, quæ magis accedunt ad existētiam, quæ in materia sunt rationes potentiæ, formas amissibiliter recipientis.

§. V.

Interrogata pro conclusionis exacta intelligentia.

14. **I**nquires primò: an talis actus metaphysicus debeat vocari entitativus, vt ab aliquibus præcipuè ex nostris appellatur? ¶ Responderetur negativè: nam actus entitativus est, qui potentiæ correspondet obiectivæ; sed

sed actus metaphysicus, ut materia essentialis, convenit ei antecedenter ad potentiam obiectivam; scilicet, in statu secundum se, qui abstrahit ab statu possibilitatis, & existentiae; ergo actus metaphysicus absque fundamento appellatur entitativus. Quare non est idem materiam habere actum entitativum ex se, ac secundum se: nam ad primum sufficit, quod actus entitativus ei conveniat ratione propriae entitatis: ad secundum vero ultra hoc requiritur, quod talis actus sit de illius essentia: cum secundum se materia prima solum exprimat id quod ei est essentialis: explicatur hoc in singularitate, quae naturae convenit ex se: quia convenit ei ratione propriae entitatis: & non secundum se: quia est extra conceptum naturae.

15. Inquires secundo: an materia prima ex se habeat unitatem specificam positivam. ¶ Respondeo cum Patre Suarez, materiam primam ex se habere unitatem positivam incompletam: ex receptione autem formarum substantialium habere diversas unitates specificas adventitias, quas Pater Suarez materia extrinsecas appellat. Haec nostra resolutio constat ex dictis: nam materia prima sublunaris ex se est specie distincta à celesti: cum conveniat cum illa in ratione primi subiecti, & differat ab illa in receptione amissibili formarum: ergo materia prima sublunaris, quae gene-

ricè tantum convenit cum celesti, habet specificam unitatem: cum haec tantum sit ex genere, & differentia constituta.

16. Secunda pars, scilicet, quod haec unitas sit positivam, constat ex secunda parte conclusionis secundae. Tertia vero, scilicet, quod sit incompleta, probatur: nam unitas specifica materiae sumitur ad entitatem parvalem, essentialiter ad aliam partem ordinata: ergo haec unitas est tantum incompleta.

17. Quarta pars probatur: nam forma substantialis non est de conceptu essentiali, & intrinseco materiae, etiam si ei intrinsecè uniat; ergo ex receptione formarum solum accipit unitates specificas extrinsecas, & adventitias.

18. Contra hoc assertum insurges ex Divo Thoma 1. p. quaest. 16. art. 7. ad 2. ubi ait: *Materiam primam esse unam, non quia habeat unam formam, sicut homo est unus ab unitate unius formae, sed per remotionem omnium formarum*: sed remotione omnium formarum nequit materiae tribuere unitatem positivam; ergo materia ex se solum habet unitatem negativam. Hac auctoritas si exactè examinetur est contra Patres Carmelitas: qui hac enixi, solum unitatem negativam tribuunt materiae ex se; quamvis ei ratione formae positivam concedant unitatem: nam in istorum Patrum opinione unitas positivam materiae dimanat à forma; sed hanc unitatem positivam

Disputatio secundo. Questio secunda.

uam ei denegat Diuus Thomas in his verbis: *non quia habeat vnam formam*; ergo auctoritas qua isti Patres probant materiam ex se non habere nisi vnitatem negatiuam, opponitur conclusioni asserenti materiam ratione formæ habere vnitatem positiuam. Nec in his verbis vult Diuus Thomas materiam concedere ex remotione omnium formarum vnitatem, quam habet homo; cum hæc sit positua, & illa solum possit esse negatiua. Vnde Diuus Thomas in primis verbis solum denegat materiam, ex receptione formæ determinatæ, vnitatem quam habet homo ab anima rationali: nam hæc est ei intrinseca, & essentialis: illa verò est materiam extrinseca, & aduentitia. Vt ergo perfectam huius auctoritatis notitiam habeas, nota materiam habere triplicem vnitatem; vnam intrinsecam, & incompletam, quam ex se habet; aliam extrinsecam, & aduentitiã, ex receptione formæ determinatæ; & denique aliam negatiuam, ex remotione omnium formarum: hæc materiam concedit Diuus Thomas: dum ait: esse vnam per remotionem omnium formarum, absque eo quod possit ei alias vnitates specificas, & positivas denegare. Quæ doctrina explicatur in animali in homine reperto, quod per sua prædicata essentialia, est in specie intrinseca, & essentiali; & per rationalitatem illud contrahentem, est

in specie hominis extrinsecæ, & accidentalite; & denique per remotionem differentiarum, est negatiue vnum.

§. VI.

Obiectiones contra conclusionem militantes.

19. **O**biicies primo. Materia prima, nec secundum se, nec ex se, est actus per se subsistens, neque informatiuis; (vt ab omnibus supponitur) neque identicè includit actum existentiam; ergo ex se non est actus entitatiuus. Consequentia probatur. Actus realis existentiam est actus oppositus, & quasi actuans potentiam obiectiuam: quia cum dicimus aliquam entitatem habere potentiam obiectiuam ad existendum, *existere* ponitur vt terminus illius potentie; ergo actus potentie correspondens obiectiuæ est existentiam actus: cum in definitione potentie, vel illius quod concipitur ad modum potentie, actus ponatur vt terminus transcendentalis habitudinis. ¶ Respondetur cõcedendo antecedens; & negando consequentiã. Ad probationem concedo actum correspondentem potentie obiectiuæ materiam, vel non repugnãtiã materiam ad existendum, esse existentiam: verum tamen antecedenter ad istam potentiam, datur in materia possibili alia in ordine ad existendum actum; & huic nõ correspondet

pondet vt actus existentia, sed essentia ipsius materiae in actu: vt dixi in probationibus prima, & secunda conclusionis.

20. Replicabis. Cum in actu concipimus materiam primam, non concipimus aliquam entitatem, quae sit terminus non repugnantia, sed solum aliquam entitatem, quae (solum secundum rationem) sit quasi subiectum illius non repugnantia: cum existentia solum accidentaliter materiae conueniat: ergo materia non ex se, sed ratione existentiae distinctae potentiae correspondet obiectiuae. ¶ Respondetur negando antecedens: nam independenter ab existentia, materia in actu ex se correspondet potentiae obiectiuae essentiali, seu non repugnantiae ad essendum in actu.

21. Iterum replicabis. Ratio actus entitatiui non conuenit materiae ratione propriae entitatis; ergo solum ei conuenit ratione existentiae. Consequentia est certa. Antecedens probatur: nam quod entitati conuenit ratione propriae entitatis, ei conuenit essentialiter; sed materiae non conuenit essentialiter ratio actus entitatiui: cum ei conueniat in actu existentiae; ergo ei non conuenit ratione propriae entitatis. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem nego maiorem: nam vt dixi: non omne quod conuenit rei ratione propriae entitatis conuenit ei essentialiter: vt videre est in conceptu naturae, qui

accidentaliter per rationem aduenit conceptui essentiae; etiam si ille essentiae conueniat ratione propriae entitatis: haud aliter in praesenti: materia ex se, seu ratione propriae entitatis, est in statu existentiae actus entitatiui; etiam si talis actus sit accidentaliter per rationem, extra conceptum essentiae illius.

22. Obijcies secundo. Ens secundum Philosophum 9. Metaph. text. 5. diuiditur in actum, & potentiam; sed materia est in genere potentiae; ergo nullum habet actum, nec entitatum, nec metaphysicum: aliter esset in utroque distinctionis membro; quod est contra regulas bonae diuisionis. ¶ Hac obiectio multum probat: nam ex illa sequitur nullam potentiam includere actum, nec physicum, nec metaphysicum: quod est plusquam falsum: nam potentia intellectualiua est in genere potentiae; & tamen in omnium opinione includit actum metaphysicum, imò & physicum: cum sit animae actus physicus verus, & realis.

Quare ad auctoritatem Philosophi dico diuisionem entis in actum, & potentiam, solum esse diuisionem eiusdem entitatis in diuersas formalitates: cum quo stat: quod secundum eandem rationem, seu formalitatem, non sit sub utroque membro diuisionis. Hac doctrina constat ex dictis in praecedentibus

Disputatio secunda. Quæstio secunda.

Logicæ : vbi dixi : ens diuidi in naturale, morale, & artificiale tanquam in extrema formaliter tantum distincta : haud aliter in præfenti.

23. Insurgens. Ex Diuo Thoma 1. contra Gentes, capit. 43. vbi sic fatur : *In rebus inuenitur aliquid, quod est potentia tantum; & hæc est materia prima; & aliquid, quod est actus tantum, quod est Deus; & aliquid quod est aliud, & potentia, veres altera;* sed Deus est actus purus omnem excludens potentialitatem; ergo materia Deo opposita nullam includit actualitatem. ¶ Hæc obiectio multum etiam probat : nam non solum denegat materiæ actum entitatum, sed etiam metaphysicum : cum Deo repugnet potentia, nedum physica, & obiectiua, sed etiam metaphysica.

¶ Quare ad auctoritatem dico primo, Diuum Thomam loqui de essentia materiæ primæ, vel de materia, vt posita in statu secundum se; in quo statu non includit actum entitatum, vt supra dixi. ¶ Secundo dico, hanc proportionem non esse summam à Diuo Thoma cum omni rigore; sed comparasse actualitatem summam Dei potentialitati materiæ : quia inter entitates potentiales : nulla est quæ sit ita imperfectior, & potentialior; etiam si ex se, vel secundum se habeat actum metaphysicum; & in statu existentia entitatum : ratione quorum Deo

asimiletur. ¶ Hæc solutio constat ex Diuo Thoma, quæstione 3. de veritate, articulo 5. ad 2. vbi ait : *quod licet materia sit in formis; tamen est imitatio primi entis, & prima forma;* ergo secundum mentem Diui Thomæ materia prima non asimilatur Deo in entitate tantum, vt docent Thomistæ; sed etiam in actualitate : vt constat ex vltimis verbis. Vocatur ergo materia prima à Diuo Thoma, potentia tantum : tum quia essentialiter nullum includit actum physicum : tum quia ex se excludit actum formalem.

24. Replicabis. Materia prima est in genere potentia; ergo non habet actum metaphysicum : cum differentia sit in eodem ordine, ac est genus; sed genus materiæ est in genere potentia; ergo eius differentia debet esse in eodem genere potentia. ¶ Respondetur vltimam consequentiam implicare in terminis : nam implicatorium est, quod materia prima habeat differentiam, & quod respectu potentia metaphysicæ non sit actus : nec ex eo quod materia sit in genere potentia, sequitur, quod illius differentia sit potentia respectu rationis genericæ; sed tantum quod respectu formæ sit potentia : non aliter ac ex eo quod forma sit in genere actus, non sequitur, quod ratio generica illius sit actus respectu rationis differentialis; sed solum quod sit actus respectu materiæ.

25. Obijcies tertio ex Philo-
pho in hoc libro, text. 69. vbi sic
ait: *quod sicut compositum naturale
se habet ad formas artificiales, sic ma-
teria ad actum*; ergo materia pri-
ma ex se nullum includit actum
naturalem. ¶ Respondetur Phi-
losophum assimilare compositum
naturale materię, in hoc, quod
sicut compositum naturale in or-
dine ad formas artificiales nullum
includit actum artificialem; sic
materia in ordine ad formas sub-
stantiales nullum includit actum
substantialem formalem: cum quo
cōpatitur, quod ex se habeat en-
titatiuum, sicut compositum na-
turale, physicum.

26. Obijcies quartò. Si mate-
ria prima ex se includeret actum
entitatiuum, & metaphysicum,
esset ex se composita ex mate-
ria, & actu: ac per consequens
forma substantialis adueniret ma-
terię in actu; sed hoc implicat:
vtique quia ex illa, & ex forma
substantiali non posset fieri vnum
per se; ergo materia prima om-
nem excludit actum. ¶ Respon-
detur negando maiorem: nam ac-
tus ad compositionem per se ob-
stantes, sunt actus à potentia rea-
liter distincti, non verò ab illa
indistincti: vt sunt metaphysicus,
& entitatus: constat hoc in ip-
sa forma, quę in omnium opinio-
ne ultra actum formalem habet
metaphysicum, & etiam entitati-
uum; & tamen ex illa, & ex mate-
ria fit vnum per se: non alia ra-
tione, nisi quia isti actus sunt à

forma realiter in distincti.

QVAESTIO III.

*An in materia prima sit appetitus ad
formas substantiales?*

§. I.

Quotuplex sit appetitus.

1. **E**Xplanata materię poten-
tia, sequitur appetitus, quē
esse in materia ad formas docuit
Philosophus in præfenti, cap. 9.
text. 8. dicens: *sed hoc est materia
perinde appetens illud, atque si formi-
na marem; & turpe appetit pul-
chrum.*

2. Sed vt radicatus essentiam hu-
ius appetitus assequamur, suppo-
nenda est etymologia huius no-
minis appetitus: appetitus enim à
verbo *appeto* deriuatur, quod sig-
nificat petere, seu pergere in ali-
quem terminum: vnde nomē hoc
ex primæua sui impositione signi-
ficat tendentiam, & motum ani-
mę in bonum apprehensum: inde
verò propter proportionem, &
analogiam trāslatum est ad quā-
libet rei propensionem, & inclina-
tionem. Iuxta hanc ergo nomi-
nis etymologiam vulgariter so-
let diuidi appetitus vt sic, in ap-
petitum purè innatum, seu natu-
ralem, & in elicutum. Innatus est
inclinatio, seu propensio rei, ab
Auctore naturę indita, qua ten-
dit in bonum proportionatum, &
sibi conueniens: vt grauiā, appe-
titu,

Disputatio secunda. Quæstio tertia.

titu, & propensione naturali tendunt in centrum, tanquam in bonum conueniens: appetitus elicitus est inclinatio potentie appetitiue, qua tendit medio actu à se distincto in bonum apprehensum, seu cognitum, qui appetitus est intellectiuis, & rationalis, si sit media intellectuione; & sensitiuis, si media cognitione sensitiua fiat.

3. Rursus diuiditur appetitus in appetitum desiderij, & fruitionis, quietis, seu complacentie: primus tendit in rem absentem; secundus vero de bono gaudet possessio. Sed vt certa ab incertis separentur, cum omnibus suppono in materia nullum esse appetitum elicitum: nam materia est ens inanime, carens vita, cui actus vitæ repugnant. Quare solum potest in materia habere locum appetitus pure innatus: de quo inquirimus; an materiae conueniat in ordine ad omnes formas?

§. I I.

Referuntur sententia.

4. **I**N hac re prima sententia defendit, nullum dari in materia appetitum. Ita Iustinus Martyr: & Auicena, lib. 1. suæ sufficientiæ, cap. 2.

5. Secunda docet, dari in materia appetitum ad omnes formas substantiales. Hæc est communis, & defenditur ab omnibus Thomistis, cum suo Magistro. In cuius fauorem, sit.

§. III.

Prima conclusio.

6. **M**ateria prima, quantum est ex se, appetitu naturali desiderij appetit omnes formas, quas non habuit, fruitionis verò, præsentem, quam actu habet. Secunda pars nostræ conclusionis ab omnibus admittitur; & ideo nulla indiget probatione. Prima verò consistit ex Philosopho loco supra citato, vbi ait: *materiam appetere formas, sicut urpe pulchrum.* Ratione vero probatur. Omnis res appetitu desiderij respicit bonum sibi conueniens, & proportionatum, quod non habet, potest tamen habere; sed omnes formæ non possessæ sunt bonum materiae conueniens, quod potest ab illa obtineri: tum quia in vna propria incorruptibilitas nequit saluari: tum quia essentialiter est subiectum omnium formarum: tum quia materia prima ex se habet inclinationem, & propensionem naturalem, ad omnes formas, quas non habet; ergo materia prima quantum est ex se appetitu desiderij omnes appetit formas. Confirmatur. Si per possibile, vel impossibile, materia cœli crearetur à Deo absque forma, ex se illa appeteret appetitu desiderij: quia essentialiter illam respiceret; sed materia sublunaris ad distinctionem cœlestis ex se omnes respicit formas; ergo ex se omnes appetit formas.

7. Inquires: an appetitus materiae sit de conceptu essentiali ipsius materiae: & an sit ab illo distinctus? Ad primum respondeo negatiue: nam appetitus materiae, materiam supponit, vt potentiale receptaculum omnium formarum: cum conceptus potentialis receptaculi sit ratio à priori huius appetitus; ergo appetitus materiae consequitur per rationem ad essentiam materiae: sicut proprietates essentiae: vel sicut conceptus naturae, consequitur ad essentiae conceptum. Ad secundum dico appetitum naturalem materiae esse indistinctum ab essentia materiae: ad modum quo singularitas non est de essentia naturae specificae; etiam si ab illa sit indistincta. Ratio est: nam si appetitus esset aliquid realiter distinctum à materia: iam forma adueniret materiae in actu: sed hoc repugnat materiae: cum ex ipsa, & ex forma debeat fieri vnum per se primum; ergo appetitus materiae est ab illa realiter indistinctus.

§. I V.

Secunda conclusio.

8. **I**N materia prima non datur appetitus ad formam amissam. Haec nostra conclusio defenditur à Complutenibus in praesenti. Et probatur. Appetitus ex se est inclinatio, seu propensio in bonum cōueniens naturaliter cōsequibile: sed materia prima na-

Tom. 1. part. 1.

turaliter non potest consequi formam amissam: tum quia secundum Philosophum: à privatione ad habitum non datur regressus: tum quia naturaliter non datur agens, à quo iterum possit produci; ergo in materia prima non datur appetitus ad formam amissam. Maior probatur: tum ex Philosopho text. 1. de caelo, cap. 8. vbi ait: quod si astra haberent à natura inclinationem ad motum, necessarii etiam haberent organa, & instrumenta, quibus mouerentur: tum quia appetitus naturalis, vt condistinctus ab elicitio, nequit terminari, nisi ad id quod naturaliter potest consequi: tum & maxime quia nullus appetitus potest ordinari ad impossibile, vt impossibile: sed respectu appetitus naturalis res quae naturaliter non potest consequi est impossibilis; ergo ad illam nequit naturaliter ordinari.

9. Dices primo secundum Diuum Thomam, voluntas appetitu elicitio potest inclinari in impossibile; ergo & appetitu naturali materia. Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam voluntas cum non appetat rem, nisi vt apprehensam, potest appetere impossibile, si ei proponatur vt possibile: at verò appetitus naturalis materiae; cum sit absque cognitione, vt ait Diuus Thomas, non potest appetere impossibile: quia non est à quo ei proponatur vt possibile.

10. Dices secundo. Anima rationalis post separationem appetit

Disputatio secunda. Questio tertia.

rit reuionem, quam naturaliter consequi non potest; ergo materia potest appetere formam amissam: etiam si naturaliter illam non possit obtinere. Consequētia est certa. Antecedens constat ex Diuino Thoma 1. p. q. 76. art. 1. ad 6. vbi sic fatur: *anima à corpore separata habet inclinationem naturalem ad corporis unionem.* Ad hanc objectionem à complutensibus non solutam, respondetur negādo antecedens: nam anima post separationem non habet appetitum ad reuionem, licet dicat naturalem inclinationem, seu ordinem essentialē, & transcendentalem ad talem reuionem corporis sub formalitate vnionis: hoc est, ad vnionem abstrahentem ab vnione post dissolutionem corporis facta: vnde talis inclinatio non ad appetitum animæ, sed ad essentialē, ad quam sequitur appetitus, spectat.

11. Quare pro perfecta huius solutionis intelligentia nota discriminē, quod versatur inter essentialitas rerum, & inter appetitum ad essentialitas rerum consecutum: nā essentialitas potest versari circa rē, quæ naturaliter consequi non potest: dum modo in ratione formali non explicet impossibilitatem, seu repugnantiam naturalem: at verò appetitus naturalis non potest versari nisi circa rem naturaliter consequibilem. Explicatur hoc à simili, in specificatio nostri intellectus, quod est ens abstrahens à naturali, & supernaturali: etiam si intellectus humanus, qui natura-

lis est, non habeat ex se vires ad entis supernaturalis attractionē, vel intellectionem: & tamen appetitus non extēditur nisi ad obiectum proportionatum: hoc est, ad ens naturale, quod naturaliter potest ab illo consequi: sic in nostro casu: anima rationalis post separationem essentialiter terminatur ad reuionem, non quatenus reuio est, sed quatenus vnio est; etiam si eius appetitus non possit extēdi ad reuionem, etiam quatenus vnio est: quia reuio ad huc sub ratione vnionis non est naturaliter consequibilis. Vnde ad auctoritatem Diuini Thomæ, dico, illum sumere inclinationem naturalem pro inclinatione essentiali animæ, quam naturalem appellat: quia est in anima, quæ entitas naturalis est.

12. Ex dictis colligo primò materiam primam essentialiter extendi ad formam amissam, non vt amissam; sed vt habet rationem primi actus, vel formæ substantialis: in qua acceptioe non exprimit repugnantiam.

13. Colligo secundo discriminē, quod versatur inter essentialiam, seu ordinem essentialē materiæ, & inter naturalem illius appetitum: nam essentialitas materiæ versatur circa omnem formam, siue naturaliter, siue supernaturaliter consequibilem, non aliter ac intellectus circa omnia entia siue naturaliter, siue supernaturaliter acquisibilia: at verò appetitus materiæ solum versatur circa formas naturaliter

raliter consequibiles; sicut intellectus solum circa objecta naturaliter intelligibilia.

14. Dices. Post separationem, anima non potest naturaliter unionem corporis obtinere; ergo non ordinatur ad illam. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: non ordinatur ad illam ordine essentiali, nego consequentiam: ordine appetitivo, concedo consequentiam: nam illo, & non isto ordine potest versari circa rem naturaliter inconsequibilem: ut constat in exemplo intellectus.

15. Instabis. Divus Thomas loco supra allegato, assimilat inclinationem anime ad corpus; sed corpus leve inclinatione nedum essentiali, sed etiam appetitiva ordinatur ad proprium locum; ergo anima non solum respicit corpus ordine essentiali, sed etiam appetitivo. ¶ Respondetur similitudinem non esse in omnibus; sed solum in hoc, quod sicut leve ordinatur ordine appetitivo ad suum proprium locum: sic anima post separationem ordinatur ordine essentiali ad corporis unionem: aliis sicut leve naturaliter, & sine miraculo potest sursum ascendere, sic anima naturaliter, & sine miraculo potest post separationem corpori uniri: quod ridiculum est.

§. V.

Obijciuntur aliqua.

16. Obijcies primo. Omnis res
Tom. 1. pars 1.

appetit bonum sibi conveniens; sed forma amissa est bonum materie conveniens: cum ei tribuat speciem; ergo in materia est appetitus ad formam amissam. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: omnis res appetit bonum sibi conveniens; si naturali modo sit consequibile concedo maiorem: si solum sit modo, vel principio supernaturali consequibile, nego maiorem: & eodem modo distinguo minorem: & nego consequentiam: nam appetitus innatus, qui est appetitus Dei, solum potest dari in ordine ad id, quod naturaliter potest consequi.

17. Obijcies secundo. Forma amissa non est supernaturalis, sed naturalis: sed forma naturalis naturaliter informat materiam; ergo hæc ad illam potest naturali appetitu ordinari. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: non est supernaturalis quoad substantiam, concedo maiorem: quoad modum, vel principium, nego maiorem: & distinguo minorem: forma naturalis naturaliter informat, si sit naturalis quoad substantiam, & modum, concedo minorem; si aliquo modo sit supernaturalis nego minorem: & consequentiam.

18. Pro distinctionis intelligentia nota dupliciter posse dici aliquid supernaturale: primo quoad substantiam, & modum: secundo quoad modum tantum. Supernaturale quoad substantiam, & modum, est illud, quod secundum suam entitatem intrinsecam est supra naturam

Disputatio secunda. Questio tertia.

eram improducibile à principio naturali: dicitur autem supernaturalis quoad substantiam: quia intrinsecè est supra naturam creatam, & creabilem: & dicitur supernaturalis quoad modum; quia non valet produci à virtute naturali agentis creati, nec creabilis. Exemplum est in actu charitatis, qui non solum est ex sua entitate intrinseca supernaturalis: hoc est supra naturam creatam, vel creabilem; sed etià exigit principium supernaturalis. Supernaturale autem quoad modum, seu quoad principium tantum est illud, quod ex se non est supra naturam creatam, vel creabilem: attamen quia non valet à principio naturali produci, ideo dicitur supernaturalis quoad modum, seu quoad principium tantum. Exemplum est in homine resuscitato, qui accipit vitam naturalem: & tamen quia illam non potest nisi à principio supernaturali accipere: ideo dicitur supernaturalis quoad modum. Quo supposito ad distinctionis intelligentiam dico potentiam materiam respectu formæ amissæ esse naturalem quoad substantiam: non vero quoad modum, seu quoad principium: nam materia ut appetitiva non tendit ad formam secundum se: sed ad formam, ut ab agente, non ut sic, sed naturali producibilem: cum ergo ab illo non possit reproduci forma amissa: ideo ad illam non ordinatur inclinatione appetitiva: nec eius potentia est in ordine ad illam naturalis, sed obedi-

tialis, sicut quoad modum. Quod vero materia prima non respiciat formam secundum se, sed ut producibilem ab agente: constat ex eo, quod materia ut receptiva se habet ut passum, quod non respicit passionem nisi ut ab agente, cum passio essentialiter sit *in*, ab, id est, *in* passio ab agente. Constat ex Philoippo 5. Metaph. cap. 12. ubi sic dicitur: *potentia passiva est principium transmutationis ab alio prout alterum est*: ubi expressè docet potentiam passivam non consistere in entitate subiecti absolute sumpta, sed in illa prout importat ordinem ad actum recipiendum; & ad potentiam actiuam: sed de hoc, late infra lib. 3. quæst. 2. Constat etiam ex his quæ solent dici à Thomistis 1. 2. q. 112. art. 1. ubi asserunt potentiam obedientialem animæ in ordine ad gratiam habitualement esse partim naturalem, & partim supernaturalem: naturalem ex parte entitatis animæ; supernaturalem ex parte actus, & agentis essentialiter requisiti ad rationem potentia passivæ obedientialis: utique quia ut indubitabile supponunt animam sine tali ordine ad actum, & agentem non constitui in ratione potentia passivæ obedientialis.

§. VI.

Argumenta contraria sententiæ.

19. **P**rimum sic procedit. Impossibile est, quod materia

ria prima appetat omnes formas substantiales; ergo materia prima ad illas non habet appetitum. Antecedens probatur. Omnes formæ substantiales sunt infinitæ, scilicet syntagorematicè; sed infinitum, nec successive potest obtineri; ergo si materia prima dicit appetitum ad omnes, dicit appetitum ad id quod non potest ab illa obtineri. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem concedo maiorem: & nego minorem; vel illam distinguo claritatis gratia: non potest, nec successive omnes obtinere, cum successione perueniente ad ultimam, concedo minorem: cum successione ad ultimam, non perueniente nego minorem: & consequentiam: nam appetitus materiæ non est de genere eorum, qui sunt in satiato esse; sed eorum, qui semper sunt in satiari ad quod nec obstat infinitas, nec quod non possit ad ultimam peruenire: imò necessarium est utrumque, ut semper sit in satiari.

20. Dices. Ex eo materia prima non dicit appetitum ad formas amissas; quia naturaliter illas consequi non potest; sed omnes formæ, nec successive possunt consequi; ergo non dicit appetitum ad illas, ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam materia non dicit appetitum ad formas amissas: quia nec cum simultate, nec cum successione valet illas naturaliter consequi: at vero alias omnes non

amissas cum successione non perueniente ad ultimam potest obtinere: & ideo ad illas habet naturalem appetitum.

21. Secundum sic se habet. Appetitus materiæ est appetitus ordinatus: utique quia est appetitus Dei; ergo eo ipso quod habeat formam perfectiorem, scilicet animam rationalem, non potest aliam appetere. Consequentia probatur. Appetitus ordinatus semper est in bonum conveniens; sed forma imperfectior respectu perfectioris non est bonum conveniens, sed malum; ergo si perfectiori informata appeteret imperfectiorem, non appeteret bonum conveniens.

Varijs solutionibus relictis, respondetur primò concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem concedo maiorem: & distinguo minorem: forma imperfectior respectu perfectioris non est bonum conveniens absolute, & simpliciter concedo minorem: respectu tertij nego minorem: & consequentiam: nam licet anima rationalis absolute sit perfectior formam cadaveris: tamè considerata essentia materiæ primæ, quæ est potentia omnium formarum, perfectior est forma cadaveris, supposita perfectione animæ rationalis: nam essentia materiæ non consistit in hoc, quod est esse subiectum formæ perfectioris, sed in hoc, quod est esse subiectum omnium formarum: & ideo bonum suæ naturæ pro-
portio-

Disputatio secunda. Quæstio tertia.

portionatum, non est forma perfectior, sed formarum successiva acquisitio. ¶ Secundo respondetur etiam concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem concedo maiorem: & distinguo minorem: forma imperfectior non est bonum conveniens respectu perfectioris; si perfectiore inamissibiliter possideret concedo minorem: si amissibiliter nego minorem: & consequentiam: nam licet spectata excellentia, & perfectione animæ rationalis sufficiens sit ad satiandum, & complendum appetitum materiæ; quia tamen in hac vita non actuat illam inamissibiliter: sicut forma cœli suam actuat materiam, sed amissibiliter, & per unionem dissolubilem ab agente naturali; ideo non satiatur appetitus materiæ cū tali perfectiori forma; sed manet se nper in satiari: & est ipsius appetitus quasi conditionatus: non aliter ac si aliquis haberet satietatem auri quod posset amittere, haberet appetitum conditionatū argenti, vt suppleret auri defectum.

22. Dices. Humanitas Christi Domini terminata per subsistentiā Divini Verbi (iuxta communem Theologorum doctrinam) nō appetit naturalem subsistentiam; nō alia ratione nisi quia subsistentia Verbi eminentissimè, & perfectissimè continet omnem subsistentiæ naturalis perfectionē; sed anima rationalis eminentissimè etiā, & perfectissimè continet perfec-

tiones aliarum formarum; ergo materia anima informata rationali alias non appetit formas.

¶ Respondetur distinguendo maiorem: humanitas Christi per Verbi subsistentiam terminata non appetit subsistentiam naturalem; quia subsistentia Verbi continet eminentissimè alias subsistentias inferiores: & quia inamissibiliter terminat concedo maiorem: præcisè quia continet alias perfectissimè nego maiorem: & distinguo minorem: anima rationalis continet perfectissimè alias formas, & actuat amissibiliter materiam concedo minorem: inamissibiliter nego minorem: & consequentiam: nā personalitas Verbi Divini non solum ob suam infinitam excellentiam satiatur nature humanæ appetitum; sed maximè quia indissolubiliter terminat illius potentiam: quod non competit animæ rationali respectu materiæ in hac vita; conveniet tamen ipsi in resurrectione: atq; adeo tunc omnino satiabit appetitum materiæ, constituetque cum illa compositum incorruptibile.

23. Tertium sic procedit. Si materia unica forma informata alias appeteret, absque dubio appeteret destructionem totius, & formæ præexistentis; hoc implicat: ergo & quod alias appetat formas. Maior probatur. destructio totius est medium per se requisitum ad alterius formæ consecutionem; sed qui per se appetit finem, per se etiam appetit media simpliciter

citer requisita ad finis consecutionem; ergo si alias appetit formas, totius, & præexistentis formæ appetit destructionem. ¶ Respondetur negando maiorem: nam materia per se solum appetit consecutionem forma; non verò cõpositi, vel formæ præexistentis destructionem, quæ solum per accidens sequitur ex appetitu alterius formæ: non aliter ac natura per se non intendit corruptionem, sed generationem, ad quam sequitur per accidens corruptio. Vnde destructio totius non se habet vt medium per se conduens ad alterius compositi constitutionem; sed vt obstaculum quod prius de-

bet remoueri.

24. Pro quaestionis complemento inquire: an priuatio sit ratio formalis appetitus: cum vulgari-ter sit in prouerbium, priuatione esse appetitus causam? ¶ Respondetur priuationem non in recto, sed in obliquo esse causam, seu vt formalius loquar esse cõditionem (improprie à vulgaribus causam appellatam) ad appetitus desiderij requisitam. Ratio primi est: quia id quod in recto monet, est bonum, & non priuatio illius. Ratio secundi est: quia absque tali connotatione nequit dari appetitus desiderij, qui essentialiter cõnotat carentiam boni desiderati.



DISPVATIO

TERTIA

DE EXISTENTIA
PRIMI SVBIECTI, ET CVIVS-
LIBET ENTIS CREATI.

*I*X superioribus constat materiam primam essentialiter esse patientiam receptivam formæ substantialis, excludere quæ à sua entitate quælibet actum formale, intendimus nunc explicare, an etiam excludat à suæ entitate existentie actum? quod est querere; an materia prima ex se, et condistincta à forma, habeat suam partialem existentiam? sed quia non valet hoc exactè explicare nisi cognito gradu distinctionis, aut identitatis, quem habet essentia materie, & cuiuscumque entis creati cum actu existentie, placuit graves istas, & metaphysicas præmittere difficultates.

QVAESTIO I.

An essentia creaturarum habeat aliquod esse antequam à Deo producantur?

§. I.

Nature status aperiantur.

PRO tituli, & questionis luce nota primò, quid nomine essentia, & quid nomine existentia intelligamus: nomine enim essentia intelligimus id quod est de primario, & intrinseco conceptu rei, à quo res intrinsece habet, quod sit talis: nomine verò existē-

tia intelligimus formalitatem aliquam, à qua habet essentia, quod sit actu à parte rei extra omnes suas causas.

2. Nota secundo duplicem huius nominis esse, seu ens acceptionem: nam ens, seu esse partitur in ens seu esse nominaliter, & participialiter sumptum: nominaliter significat quidditatem, seu essentiam rei; participialiter verò designat exercitium essendi, quod est ipsa existentia, quæ essentia extra omnes extrahitur causas. ¶ Inter hoc duplex ens, seu esse magnū reperitur discrimen: nam esse seu ens nominale significat quidditatem, & essentiam rei à tempore, & duratione

tione absolutam: cum illam non significet per modum actionis: at vero *ens*, seu *esse* participiale significat exercitium essendi per modum actionis, seu cum tempore, & duratione. Ex quo sequitur quod *ens* nominale constituit propositionem sempiternæ veritatis, quam *ens* participiale non constituit.

3. Nota tertio essentiam creaturæ posse in triplici statu considerari, scilicet, in statu *secundum se*, *possibilitatis*, & *existentiæ*. Natura, seu essentia *in statu secundum se*, dicit de formali connexionē prædicatorum essentialium invariabilem, & æternam, ab statibus potentialitatis, & actualitatis abstractam, & à tempore, & à loco negativè absolutā. *In statu vero possibilitatis*, dicit quandam non repugnantiam ut à creatore in individuo producat ur; vel ut formalis loquar, natura in tali statu est virtus productiva Dei, quæ creaturas potest producere. Totum hoc docuit Sanctus Doctor. 1. p. q. 9. a. 2. 0. per hæc verba. *Omnes creature antequam essent, non erant possibiles per aliquam potentiam: creatæ: cum nullum creatum sit æternum; sed per solam potentiam divinam; in quantum poterat Deus eas in esse producere:* valet que probari: tum ex eo quod potentia obiectiva qua res constituitur in possibilitatis statu non est aliquis modus realis positivus: (ut falsò tribuitur Scoto:) ergo est non repugnantia ad existendum, & denominatio extrinseca desumpta à potentia, & vir-

tute productiva: utique quia non apparet quid aliud possit rem constituere possibilem. Antecedens probatur: nam cum dicimus aliud mundum esse possibilem; vel illa potentia à qua denominatur possibile est producta, vel improducta; si secundum, erit omnipotentia divina: quia hæc sola inter reales est improducta: si primum; vel est producta liberè in tempore; vel necessariò àb æterno; hoc secundum dici nõ potest: nam quid quid est in rerum natura extra Deum est liberè, & in tempore à Deo productum: primò etiam est falsum: nam ante primam productionem, erat verum dicere, non solùm hunc mundum, sed etiam alios esse posibles: ergo possibilitas, seu potentia obiectiva, à qua creatura possibile dicitur non est aliquis modus realis, & positivus ab omnipotentia Dei distinctus: cum quia omnis potentia realis, & positiva debet fundari in aliqua vera, & positiva entitate; sed essentia creaturæ non habet esse reale, actuale, & positivum ante sui productionem: (ut dicemus in conclusionibus) ergo nec potentia à qua denominatur possibile: ergo erit talis potentia obiectiva quedam non repugnantia connotans carentiam existentie, seu denominatio extrinseca desumpta à potentia reali causa potentis dare ipsi existentiam. ¶ Et denique *in statu existentie*, seu *actualitatis*, dicit de formali id, per quod collocatur in rerum natura, seu id,

per

Disputatio tertia. Quæstio prima.

per quod constituitur extra omnes suas causas, quod formaliter est existentie actus.

4. Nota quartò discrimen inter hos status sæpius repetitum: nam id quod positivè, vel ratione sui convenit naturæ in statu secundum se, ei in omni statu convenit: at verò quod ei cõvenit in statu possibilitatis non convenit in statu existentie, nec è contra: vt dixi in Logica. disp. 3. q. 1.

5. Nota quintò statum secundum se, seu connexionem prædicatorum essentialium sumi ab statibus existentie, & possibilitatis, in quibus essentia est contracta.

¶ Ex quo colliges statum secundum se, in re esse posteriorem statibus possibilitatis, & existentie: cum ab his debeat essentia, seu prædicatorum essentialium connexio præscindi, vt sit in statu secundum se. Explicatur tamen in primo loco; vel quia est per ratione alijs superior; vel quia est ratio à priori formarum accidentaliũ in alijs statibus essentia accidentaliter aduenientium.

§. I I.

Referuntur sententia.

6. **I**N hac celebri questione prima sententia tenet ens in potentia, seu possibile in quatum tale dicere modum aliquem positivum, & reale diminutum, & valde imperfectum, a quo res dicitur in potentia obiectiva. Vnde iuxta hæc

sententiam, creaturæ prius quam producantur, habent ab æterno istud esse diminutum, positivum, verum, & reale. Pro hæc nullus certus refertur Auctor, nec vllum fundamentum valet habere firmum; cum sit omnino falsa, & fidei opposita. Solet autem communiter tribui Scoto: quia in eã inclinare videtur: tum in 2. dist. 16. quæst. 1. quatenus ibi distinguit potentiam, à qua denominatur ens in potentia obiectiva, à potentia activa, & passiva: dicens illam esse aliquid reale, & positivum ex parte entis, quod in potentia esse habet: tum in 1. dist. 35. §. ad ista: & 36. §. ad secundum dico: & alibi: quatenus docet creaturas habere quoddam esse æternum; quod est esse diminutum earum, scilicet, esse obiectivum essentia in esse cognito. Immerito tamẽ Scoto appropriatur hic error, vt bene vidit Pater Suarez, disp. 31. Metaph. sect. 2. num. 1. & sect. 3. num. 2. vbi Scotum ab utraque absoluit calumniam.

6. Secunda sententia asserit essentias creaturarum ante productionem nullum habere esse positivum distinctum ab entitate Creatoris; sed esse purum nihil. Ita Suarez, disp. 31. Metaph. sect. 2. quem sequuntur omnes ex Iesuitana familia, & plures ex Thomistica.

7. Tertia defendit essentias rerum creaturarum ante productionem nullum habere esse positivum participiale distinctum ab esse positivo Dei producentis; secus verò esse esse

esse positivum nominale. Ita plures Thomistæ, præcipuè ex nostris.

8. Quarta denique docet essentias creaturarum ante productionem non habere entitatem actualem positivam nominalem distinctam ab entitate Creatoris; sed esse purum nihil; etiã si ante productionem habeant in potentia entitatem positivam nominalem, in potentia distinctam ab entitate Creatoris. In huius sententiæ gratiã, quæ specialis est, sit.

§. III.

Prima conclusio.

2. **E**ssentia creaturarum in statu possibilitatis, antequam à Deo producantur, actu non habent entitatem actualem nominalem positivam actu distinctam à virtute Dei productiva; sed sunt purum nihil. Probatur. Illud est possibile, quod actu est nihil, vel quod potest esse; sed creatura, nedum quoad esse existens, sed etiam quoad esse essentia est possibilis; ergo creatura antequam à Deo producat, actu non est, nec quoad esse participiale, nec quoad esse nominale; ergo actu est purum nihil. Secunda consequentia constat ex prima. Prima ex præmissis. Maior constat tum ex Angelico Magistro 1. p. q. 10. a. 3. ad 3. ubi sic ait: *quid dicitur creati, antequam esse habeat, nihil est, nisi forte in intellectu creatis; ubi non est creatura; sed creatrix natura*; ergo ex mente

Tom. 1. pars 1.

D. Tho. illud quod est possibile, vel quod antecedit productionem, prout à Deo cõdistinctum, est actu nihil: tum quia quod actu est, non est possibile: ex eo enim dicitur possibile; quia habet esse in potentia; vel quia potest esse; ergo quod est possibile, actu non est, vel actu est nihil. Minor in qua est difficultas constat ex D. Tho. q. 3. de potentia. a. 5. ad 2. ubi sic ait: *eo ipso quod quidditati esse tribuitur; non solum esse, sed etiam ipsa quidditas creari dicitur; quia antequam esse habeat, nihil est.* Tum sic. Id quod creatur, fuit creabile, seu possibile; sed ex mente D. Tho. non solum creatur esse, seu existentia, sed etiam quidditas, seu essentia; ergo quidditas creaturæ fuit possibilis. Tum quia quod supponitur produci, non producitur de nouo; sed secundum D. Tho. nedum existentia, sed essentia creaturæ producitur de nouo in existentia statu; ergo essentia creaturæ ante productionem actu est nihil. Tum ratione: nam ante productionem essentia creaturæ prout cõdistincta ab existentia non includit prædicata repugnantia; sed quidquid non repugnat est possibile; ergo nedum existentia, sed etiam essentia creaturæ fuit ante productionem possibilis. Tum etiam ratione: nam cum creatur Gabriel, v. g. producitur ex nihilo sui: alias non crearetur; ergo non solum producitur de nouo existentia; sed etiam essentia Gabrielis. Tum quia si præsupponitur essentia creaturæ creationi cum ve-

Disputatio tertia. Questio prima.

ro esse reali, nominali, & actuali a actualitate essentia: ergo datur aliquid reale a actuali a Deo distinctum, increatum, & independens ab ipso Deo; quod est omnino falsum. Tum quia humanitas Christi Domini fuit in tempore producta; sed non quantum ad existentiam: quia in sententia Divi Thomae 3. p. q. 17. art. 2. existit per existentiam increatam, & aeternam Verbi; ergo quantum ad essentiam: & per consequens, essentia creaturae ante productionem est nihil, seu non habet entitatem actualem, nominalem, & positivam: ut contraria tenet opinio. Tum denique: nam si essentia praesupponitur cum vero esse reali actuali, & positivo creationi: inquiri de illo esse praesupposito; an sit ens necessarium, & imparticipatum, vel non? si primum: non est essentia creaturae, sed Creatoris: quod est absurdum; & contra suppositionem. Si secundum, ergo habuit esse liberum, & per creationem participatum; ergo ante productionem absolute est nihil.

10. Aduersarij diuersas ex cogitant solutiones, ut his satisfaciatur rationibus: & primò respondent ad auctoritatem desumptam ex Diuo Thoma, quæst. 3. de potentia, dicendo, solutionem reperiri in ipsis verbis Diui Thomae; nam Diuus Thomas ait quid dicitur creati, per hoc quod quidditati esse tribuatur: in quibus verbis videtur significare essentiam secundum se, & quoad illum

modum participandi conformitatem cum diuina idea, & connectionem necessariam, realem, positivam, & actualem in esse nominali non creati: cum essentia ut sic concepta, sit abstrahens a duratione; & existentia ad creationem necessaria.

11. Apparens solutio: nam licet verum sit, quod existentia sit conditio necessaria ad essentia creationem; & quod non valeat creati essentia nisi in existentia statu; tamen ipsa essentia ex se antecedenter ad creationem non habet entitatem aliquam actualem ab ipso Deo actu distinctam. Nō dicas talem entitatem positivam esse increatam, & improducibilem in tali possibilitatis statu. ¶ Nec 11. Thom. eis fauet ex eo quod dicat essentia produci in existentia statu: imò eis opponitur in his verbis: nam si essentia creatur in statu existentia; ergo ante talem statum est nihil actu: cum non valeat creati id quod iam est actu.

12. Secundò respondent ad rationes pro nostra conclusione adductas, essentias creaturarum solū ratione existentia, seu ultimi status esse productas: nam ut posibles nō sunt productæ; sed producibiles: secundū se autē nec creantur, nec producantur, nec causam habent efficientē: unde quāuis firmiter constentur nullam esse in rerum natura realem entitatem, aut modum extra Deū pro aliqua differentia temporis, aut duratione actualem, aut existentem a Deo non de-

dependentē in fieri, & conseruati; nihilominus defendunt, essentiam creaturę secundum se, quoad suum esse absolutum, reale, posituum, & reuale, actualitate nominali, quod abstrahit ab existentia, loco, & repute, nec habere esse productum, nec à Deo dependens. Ex hac solutione inferunt, quod licet in hominis productione v. g. fiat, & producat homo, & animal rationale; non tamen fit, & producitur, quod essentia hominis homini conueniat, vel quod essentia hominis sit animal rationale: quia aliud est dicere essentiam alicuius rei habere causam productiuam, & aliud ipsam essentiam conuenire rei per aliquam causam productiuam: primum quidem vt verum supponunt; secundum vero vt falsum negant. ¶ Rationem quę huius solutionis, & illati venantur ex eo quod omnis productio terminatur ad dandum rei actualitatem; & existentiam; sicut corruptio ad non esse, seu ad existentiam carentiam: quia omne quod producitur, & fit, producitur sub existentia actualitate; sed essentia creaturę secundū se, quoad suum esse absolutum, & nominale, abstrahit ab existentia: ergo essentia secundum se, seu quoad suum esse absolutum, & nominale nec fit, nec producitur. ¶ Et quod hoc non sit contra Diuinę Omnipotentię efficaciam probant à simili: ex eo quod in omnium opinione saluatur tota Diuinę Omnipotentię efficacia,

etiam si non possit impossibilia facere; quia hoc non arguit impotentiam ex parte facientis; sed repugnantiam, & contradictionem ex parte rerum: ita docent non repugnare quod detur essentia secundum se independens ab illius efficientia: quia hoc non est absolute, & simpliciter; sed solum secundum aliquam formalitatem, & statum, ratione cuius efficientię capax non est.

13. Tota hæc doctrina machinatur à peritioribus fabricata, vt falsam patrocinentur doctrinam, nullo stabili nititur fundamento: nam quamuis negari non possit, quod essentia creaturę nõ sit producta, nisi in existentia statum; tamen existentia non est ratio formalis, sed conditio ad productionem indispensabiliter necessaria: vt constabit ex dicendis intra, q. 2. §. 8. num. 30. ergo sub tali existentia accipit essentia esse posituum, nominale, & reuale, quod ante productionem solum habebat in potentia.

14. Contra est secundo. Essentia creaturę est à Deo per se dependens: cum ex se sit creatura; ergo non est producta ratione existentie: vtique quia existentia in opinione horum Doctorum est accidens logicum, ne dum per rationem, sed realiter ab essentia distinctum. Confirmatur. In tantum effectus est à sua causa dependens, in quantum est ab illa productus; sed in solutione tradita, essentia solum ratione existentie est à Deo producta;

Disputatio tertia. Questio prima.

ducta: ergo solum ratione existentiae, seu modi accidentalis est à Deo dependens: ergo solum accidentaliter est ab illo dependens: cum non ratione sui, sed ratione alterius sit dependens.

15. Tertio impugnatur sequela solutionis. Nā dum producitur homo, & animal rationale, producitur totum esse actuale, tam participale, quam nominale hominis: ergo nō solum producitur homo, & animal rationale; sed quod homo sit animal rationale actuale, nedum actualitate essentiali, sed etiam participiali.

16. Quarto impugnatur eadem solutionis sequela. In statu possibilitatis essentia hominis nullum esse habet actuale; ni assignes esse actuale creaturae à Deo independentis: ergo per productionem non solum accipit esse proprium actuale; sed etiam quod de illa valeat dici tale esse actuale.

17. Quinto rejicitur simile ab illis ex cogitatum: nam impossibilia nedum secundum se; sed nec sub esse, seu sub existentia valent à Deo produci; at vero essentia hominis v. g. saltem sub existentia, tanquam sub conditione *sine qua non*, est producibilis, vt terminus primarius actionis productionis: ergo exemplum allatum non tenet: ergo essentia hominis vt actualis, vel vt potentiae obiectivae correspondens est à Deo formaliter producibilis. ¶ Ex hoc non sequitur, (vt constabit ex dicendis infra in discursu quæ-

tionis) quod essentia secundum se non habeat esse positivum, nominale à Deo formaliter independentis; sed solum quod non habeat esse actuale nominale independentem ab actione divina.

18. Obijcies. Essentia hominis secundum se habet esse positivum nominale à Deo, licet non radicaliter, formaliter tamen independentem: ergo essentia hominis non est essentialiter, & per se creatura, seu dependens à Deo. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & negando consequentiam quoad utramque partem: quoad primam; quia vt sit essentialiter creatura, sufficit, quod sit radicaliter dependens: nam dependentia, etiam radicalis, derogat enti à se: quoad secundam; quia etiam radicaliter dependet; & quia talis essentia in existentiae statu; nedum ratione existentiae, sed etiam ratione sui, est à Deo formaliter dependens: nam dependentia formalis, seu per se, est ab essentiali essentialiter distincta.

Secunda conclusio.

§. I V.

19. **E**ssentia creaturarū in statu possibilitatis, antequā à Deo producantur, habent in potentia esse positivum, in potentia distinctum à virtute productiva Dei. Constat ex prima; & solum

An essentia habeant esse antequam a Deo fiant? 27

ex intelligentia terminorum dependet: nam illud fuit possibile in instanti, *A*, v. g. quod instanti, *B*, fuit productum; sed quod in instanti *B*, est productum, est essentia positiva actu distincta ab omnipotentia Dei; ergo quod in instanti *A*, fuit producibile fuit aliqua entitas positiva, in potentia distincta ab ipso Deo. ¶ Explicatur hæc ratio. Illud est possibile, quod potest produci; sed quod potest produci, est essentia hominis, v. g. quæ positiva est; ergo quod fuit producibile; fuit essentia hominis positiva; sed hæc essentia ut actu producta, est actu distincta ab ipso Deo; ergo ut producibilis est in potentia distincta ab ipso Deo. ¶ Explicatur amplius. Essentia hominis actu producta, est actu entitas positiva, actu distincta ab ipso Deo; sed hæc essentia fuit producibilis, vel potuit à Deo produci; ergo Deus potuit producere aliquam entitatem positivam, ab ipso Deo in potentia distinctam; ergo essentia creaturæ antequam à Deo producatur habet in potentia esse positivum à Deo in potentia distinctum: si quidem potest Deus producere essentiam positivam ab ipso Deo in existentia statum actu distinctam.

20. Dices. Ex eo essentia creaturæ ante productionem habet in potentia esse positivum nominale; quia talis essentia potest à Deo produci; sed etiam quoad esse existentiale potest à Deo produci; ergo non solum habet in poten-

tia esse positivum nominale, sed etiam existentiale, seu participiale. ¶ Respondetur concedendo totum: ex quo nihil sequitur: nam ex eo quod creatura possibilis sit in potentia ad existendum, non sequitur, quod non sit in potentia ad existendum: imò ex primo sequitur secundum.

§. V.

Quid expresse, & quid implicite dicatur natura secundum se.

21. **E**x dictis in §. i. huius questionis constat naturam *secundum se* expresse solum dicere connexionem prædicatorum essentialium, ab statibus possibilitatis, & existentia abstracta: unde sicut animal abstrahitur ab homine, & ab equo, relictis differentiis in quibus non habet convenienciam, sed diversitatem: sic natura hominis, v. g. *secundum se* abstrahit ab statibus possibilitatis, & existentia relictâ potentialitate possibilitatis, & actualitate existentia; in quibus essentia hominis accidentaliter differt. ¶ Ex his constat naturam *secundum se* implicite includere entitatem realem positivam abstractam à potentialitate, & actualitate. ¶ Ratio est: nam homo in possibilitatis statu, (ut dixi in secunda conclusione) est in potentia animal rationale, dicens entitatem positivam in potentia, nedum quo ad esse existentia, sed etiam quo ad esse existentia: & simili-

Disputatio tertia. Quæstio prima.

liter homo in statu existentiæ; etiã est actu animal rationale, dicens entitatem positivam in actu, nedum quo ad esse existentiæ, sed etiã quo ad esse essentiæ; ergo homo qui secundum se explicitè solum dicit connexionem prædicatorum essentialium, implicitè saltem includit entitatem realem positivam, exclusã potentialitate, & actualitate accidentãliter statui secundum se advenientibus.

22. Ex quo infero primo, aliud discrimen, quod datur inter hos status: nam essentia *in statu existentia*, est producta, creata, & formaliter dependens; & *in statu possibilitatis*, est producibilis, creabilis, & formaliter dependens: at vero *in statu secundum se*, nec est formaliter producta, nec producibilis, nec formaliter dependens; sed abstrahit à producibilitate, productione, & à dependentia formali: solumquè dicit connexionem prædicatorum essentialium radicaliter producibilem, & dependetem: utique quia abstrahit ab statibus, in quibus essentia formaliter has habet affectiones.

23. Infero secundò, essentiam creaturæ *secundum se* formaliter negatiuè, nedum præscindere à dependentia, corruptibilitate, & productione; sed etiam à tempore, & loco; quamvis radicaliter omnes istæ denominationes de illa valeant verificari.

24. Nec valet dicere, quod prædicta prædicata verificantur de essentia creaturæ, eo modo, ac ve-

rificantur de Deo. ¶ Nam hæc prædicata *independentiæ*, & *in corruptibilitatis*, verificantur de Deo formaliter positivè, tanquam attributa à sua essentia indispensabiliter postulata: at verò de essentia creaturæ solum verificantur negatiuè, quatenus in illo statu talis essentia creaturæ, non exprimit prædicata opposita in corruptibilitati, & in dependentiæ.

§. VI.

Obijciuntur aliqua.

25. **O**bjicies primò. Essentiæ creaturæ *secundum se*, saltem implicitè, est entitas positiva, nominalis à Deo negatiuè independentis; ergo nostra sententia nõ distinguitur à sententia Thomistarum nostræ familiæ, asserentium essentiam *secundum se* habere entitatem nominalem positivam, ab omnipotentia Dei negatiuè independentem. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: essentia creaturæ *secundum se*, saltem implicitè est à Deo independentis formaliter, concedo antecedens: radicaliter, nego antecedens, & consequentiam: nam Doctores nostræ familiæ asserunt essentiam, nedum in statu *secundum se*, qui rationis est; sed etiam *in statu possibilitatis*, qui realis est, habere entitatè actualem in esse nominali ab entitate Dei actu distinctam: nostra verò sententia solum asserit essentiã *in statu secundum se*, qui rationis est, habere

An essentia habeant esse antequam a Deo fiant? 28

habere entitatem positivam nominalem, cum earentia actualitatis, nedum participialis; sed etiam nominalis: unde in nostra sententia essentia *in statu possibili*, qui productionem antecedit, nullum habet esse nominale actuale à Deo actualiter distinctum: (vt docent Thomistæ nostræ familiæ) sed solum potentiale; in potentia ab ipso Deo distinctum.

26. Dices. Essentia *secundum se* antecedit possibilitatē, & actualitatem ipsius essentia; sed *secundum se*, (iuxta nostram doctrinam) includit entitatem positivam à Deo distinctam; ergo ante actualitatem, seu existentiam, essentiarum creatarum habent esse positivum à Deo distinctū. ¶ Respondetur negando maiorem: nā status *secundum se* est abstractu possibilitatis, & existentia: & ita nō antecedit illos; sed potius ad illos consequitur: cum ab illis sit abstractus, ratione præcisionis, in statu *secundum se* essentialiter inclusa: non aliter ac status abstractionis depēdet ab statu cōtractionis tanquam à fundamento, à quo debet abstrahi natura præcisa.

¶ Et ne æquivocatione fallaris, nota, essentiam *in statu secundum se*, non exprimere distinctionem, nec indistinctionem, cum Deo; sed abstrahere à distinctione in statu actualitatis habita, & simul ab indistinctione actuali in statu possibilitatis reperta.

27. Replicabis. Licet regulariter loquendo animal abstrahatur

ab omni, & ab equo; tamen potest abstrahi ab homine tantum: ergo similiter licet natura *secundum se* abstrahatur ab statibus possibilitatis, & productionis; tamē potest abstrahi ab statu possibilitatis rātum; sed sic ab æterno abstracta antecessit productionem: ergo antecedenter ad productionem habet entitatem positivam à Deo non productam: quod est maius secundę sententiæ in cōueniens.

¶ Respondetur concedendo totum, vltque ad vltimum cōsequēs: quod sic distinguo: ante productionē habet entitatem positivam actualem nego consequentiā: potentialem, vel abstrahentem (in casu replicæ) à potentialitate, cōcedo consequentiā: ex quo nullum sequitur in cōueniēs: nam nostra sententia non intendit negare naturæ *secundum se* entitatem positivam dependentem ab statibus possibilitatis, & existentia; sed quod illam habeat actualem, antecedenter ad productionem.

28. Obijcies secundo. Quid quid conuenit naturæ *secundum se*, conuenit ei in omni statu; sed *secundum se* per nos habet entitatem positivam nominalem: ergo in statu possibilitatis debet illam habere. Tunc sic: status possibilitatis est ante productionis statum: ergo ante illum habet entitatem positivam nominalem.

¶ Respondetur concedendo maiorem; & minorem: & distinguendo consequens: in statu possibilitatis habet entitatem positivam

Disputatio tertia. Quæstio prima.

in actu, nego consequentiam: in potentia, concedo consequentiam: nam natura in statu possibilitatis addit differentiam accidentalem in potentia quam in statu secundum se exclusit.

29. Obijcies tertio. Secundum Philosophum, ens, vel est à se, vel ab alio; id est, vel est Deus, vel creatura; sed natura secundum se non est ab alio: ergo si habet in illo statu entitatem positivam, illam à se habet. ¶ Hoc argumentum difficiliter solvitur à Thomistis nostræ familiæ asserentibus essentiam non ratione sui, sed solum ratione existentie dependere à Deo: nam hæc sententia aufert à Deo suam omnipotentiam infinitam virtutem: si quidem ad infinitatem in causando, opus est, quod res dependeat à Deo omnibus modis, quibus potest dependere; sicut ad infinitatem in cognoscendo, quod cognoscatur omnibus modis, quibus potest cognosci; sed res non solum quoad esse existentie, sed etiam quoad esse essentie potest, & debet à Deo dependere: cum non solum quoad existentiam, sit creatura, sed etiam quoad essentiam: ergo talis modus opinandi aufert à Deo suam omnipotentiam infinitam virtutem. ¶ In nostra verò opinione nullum robur habet obiectio: nam secundum illam, natura in statibus possibilitatis, & existentie, est à Deo dependens ne dum quoad esse existentie; sed etiam quoad esse essentie; etiam si secundum se formaliter negativè non

exprimat dependentiam, quam in tali statu radicaliter habet.

¶ Unde colliges, essentiam creature in omni statu reali esse ab alio; etiam si in aliquo statu rationis præcisivo, qualis est secundum se formaliter negativè non exprimat talem dependentiam.

30. Obijcies quarto. Ens, secundum Philosophum, adæquatè dividitur in actum, & potètiã: ergo natura secundum se debet esse actualis, vel potentialis: ergo male affirmamus essentiam secundum se abstrahere ab actualitate, & potètiã. ¶ Specialiter respõdetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam ens secundum se aliquando est actus; ut quando id quod est secundum se est forma; & aliquando potètiã; ut quando id quod est secundum se est subiectum, vel materia: ex hoc autem non sequitur, quod essentia secundum se non prescindat à potentialitate, & ab actualitate, quæ ei convenit in diversis statibus: nam hæc est distincta à propria actualitate, vel potentialitate: cum propria sit essentialis; & illa quæ in statibus convenit, sit accidentalis. Constat hoc in forma substantiali, quæ in statu possibilitatis non habet actualitatem, quam potest habere in statu existentie; etiam si sit essentialiter actus.

31. Replicabis. Sicut albedo nequit ab albedine abstrahere; sic actus nequit, nec secundum se, ab actualitate abstrahere; ergo implicat in terminis nostra solutio.

Ref.

Respondetur distinguendo antecedens: actus non valet abstrahere ab actualitate essentiali, concedo antecedens: accidentali, quæ ei conuenit in statu existentie, in quantum habet in actu actum, quæ ante productionem solum in potentia habebat) nego antecedens: & consequentiam: nam actualitas, & potentialitas status existentie, & possibilitatis sunt accidentia, quæ aliquando cadunt sub actu; & aliquando sub potentia: ut intuenti constabit.

32. Non quiesces. Sicut ens opponitur non enti; sic ens potèntiale opponitur actuali; sed inter ens, & non ens nõ datur medium: ergo nec inter ens potentiale, & actuale potest dari medium, quod abstrahat a potentialitate, & actualitate. ¶ Respondetur negando maiorem: nam prima oppositio est contradictoria; secunda verò contraria: & ideo licet inter ens, & nõ ens non derur medium; quia non potest dari aliquid, quod abstrahat ab ente, & nihilo; datur tamè inter ens potentiale, & actuale; quia datur connexio prædicatorum essentialium, quæ ab his abstrahit affectionibus.

§. VII.

De propositionibus sempiternæ veritatis.

33. NON vno ore assignant Doctores obiectum propositionum sempiternæ veritatis:

Tom. 1. pars 1.

nam Patres Carmelitæ, (qui cum nostra sententia conueniunt in hoc quod est asserere essentias creaturarum actu esse nihil, ante quam à Deo producantur) affirmant obiectum harum propositionum esse carentiã diuersitatis, quæ ab ipsis identitas negativa appellatur: vnde hæc propositio: *homo est animal rationale*; ab æterno est verum; etiam si obiectum huius propositionis ab æterno nihil sit: quia ab æterno prædicatum non differt à subiecto.

34. Sed hic modus dicendi non placet: tum quia carentia diuersitatis non est identitas ad propositionem affirmatiuam necessaria: tum quia hæc carentia diuersitatis nõ potest esse nisi in aliquo positiuo: rogo vt mihi assignes hoc positiuum, in quo talis diuersitatis carentia fundatur.

35. Quare Thomistæ nostræ familiæ defendunt essentias ab æterno habere esse nominale actuale, & positiuum à Deo distinctum, quod vt obiectum harum propositionum assignant.

36. Sed hæc entitas positiuæ, quæ ab illis vt obiectum propositionum assignatur difficiliter ab illis explicatur, vt visum est: nam licet ipsi cum vbicleph pertinaciter nõ defendant entitatem hanc positiuam habere ab æterno esse participiale; tamen docent ab æterno habere esse essentialia actuale à Deo negatiuè independens; quod ad minus est veritati oppositum: tum propter dicta: tum quia non est

Disputatio tertia. Quæstio prima.

est ubi sit hæc entitas actualis positiua: tùm quia hæc entitas positiua ante productionem nullã habet actualitatem: tùm quia esset à se, quod creaturæ repugnat.

37. Vnde alij, cum Diuo Bonauentura affirmât, has propositiones nõ habere veritatem in actu; sed solum in potentia; taliter, vt hæc propositio: *homo est animal rationale*, ab æterno solum faciat huc sensum: *homo potest esse animal rationale*.

38. Sed iste modus opinandi ab omnibus rejicitur vt falsus: nam si hæc propositio: *homo est rationalis* solum est sempiternæ veritatis; quia pro tempore sequenti erit rationalis: ergo hæc: homo existet: est etiam sempiternæ veritatis: vtique quia pro tempore sequenti etiam erit existens; hoc est falsum; vt ex se constat: ergo propositiones sempiternæ veritatis, quæ necessario debent distingui à propositionibus contingentibus, non habent solam veritatem in potentia.

39. Vltimus modus opinandi est aliorum, qui cum Patre Suarez. disp. 3. l. sect. 1. 2. n. 24. & sect. 2. n. 8. docent propositiones sempiternæ veritatis esse veras; quia in eis, copula est absolutur à tempore, & non significat existentiam extremorum; sed prædicatum conuenire subiecto per necessariam connexionem abstrahentem, tam actu, quam potentia à causa effectiua. Vnde dicunt verificari veritatem harum propositionum redu-

cendo illas ad sensum conditionatum; taliter quod si homo est producendus, futurus est animal rationale. Hæc est summa eorum, quæ satis diffuse explicat Suarez.

40. Falsa quidẽ doctrina, & nõ consequenter tradita: falsa; quia si veritas harum propositionum est solum conditionalis, sequitur, quod ista propositio: *homo existit*: sit ab æterno vera, sicut illa: *homo est animal rationale*: nam si homo est producendus, necessario futurus est existens. ¶ Nõ consequenter tradita: quia si id quod prædicatur de homine ab æterno abstrahit ab existentia, & non petit secundum illam rationem causam efficiẽtem nec actu, nec in potentia: ergo id quod prædicatur est essentia secundum se, vt abstrahit à potentialitate, & actualitate. Tunc sic: sed id quod prædicatur de homine ab æterno, nõ est nihil, sed verum ens reale: alias propositio esset falsa: ergo essentia non habet ab existentia, sed secundum se esse verum ens reale; atque adeo seclusa existentia potest affirmari de essentia in esse possibili antequam producat, quod non est nihil, sed verum ens reale; quamuis non existens; quod opponitur doctrinæ ab illo traditæ. sect. 1. & 2.

§. VIII.

Propria mens.

41. **H**is ergo relictis opinio nibus, vt proprium proferam

An essentia habeant esse antequam à Deo fiant? 30

feram iudicium, nota primo; quod copula est in propositionibus sempiternæ veritatis, in quibus prædicatū est de essentia subiecti, vel eius passio, potest dupliciter accipi: primo ut non absoluta à tempore; id est, quatenus dicit connexionem extrinsecam, iuxta illam differentiam temporis quam significat. Secundo ut absoluta à tempore; id est, quatenus significat prædicatū convenire subiecto, habere que necessariam connexionem cum illo, sine restrictione ad aliquam determinatam temporis differentiam: si primo modo accipiat, non constituit propositionem sempiternæ veritatis; bene autem secundo modo sumpta est autē ista connectio, vel unio identitatis extremorum per modum quidditatis, & essentia, quando prædicatū est essentialis; & per modum proprietatis, seu passionis, quando est per modum debiti connaturalis.

42. Secundo nota, quod cognitio aliquando ex parte obiecti præscindit à loco, & tempore: quia præscindit ab existentia, & ab hic, & nunc: quare tunc non valet argumentum à nunc, & duratione cognitionis, ad nunc, & durationem obiecti cognitum: & ita quamvis ab æterno cognoscat Deus essentiam hominis, & ab æterno, talis cognitio existat, non sequitur, essentiam hominis ab æterno existere: quia talis existentia non se tenet ex parte obiecti, sed ex parte ipsius cognitionis: unde ex duratione talis cognitionis, aut veritatis

solum licet colligere in obiecto aliquam quasi durationem obiectivam, & per extrinsecam denominationem.

43. Dicendum igitur est obiectum propositionum sempiternæ veritatis esse essentias in omnipotentia Dei contentas; non propterea in illa contentas, sed propterea ordinatas ad definitionem essentialem, vel propterea de formali exprimunt prædicatorum essentialium connexionem, status secundum se constitutivam. ¶ Probat. Secundo Philosophum in post prædicamentis, ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa; sed ab æterno propositiones sempiternæ veritatis sunt vere: ergo ab æterno eis debemus assignare obiectum; sed non datur aliud, nisi essentia, quæ sunt in omnipotentia Dei: ergo ista propterea dicunt ordinem ad definitionem essentialem, vel propterea de formali exprimunt prædicatorum essentialium connexionem, in qua acceptione non exprimunt potentialem, nec aliquod prædicatum accidentale, sunt obiectum harum propositionum. ¶ Explicatur hæc ratio. Ab æterno hæc propositio: *homo est animal rationale*; est vera, tam ex parte actus, quam ex parte obiecti; id est, tam ex conformitate actus ad obiectum, quam ex conformitate subiecti ad prædicatum; sed obiectum huius propositionis ab æterno non fuit essentia hominis actualis; cum ab æterno solum sit in potentia ut sit, ne dum

Disputatio tertia. Quæstio prima.

nedum quoad esse existentielle, sed etiam quoad esse actuale nominale: ergo fuit essentia in omnipotentia Dei contenta non pro-
 vt ab illa contenta; quia provt contenta explicat modum accidentalem: ergo provt exprimit sua prædicata essentialia, vel pro-
 vt ordinatur ad definitionem essentialem: quia sub hac expressione totum quod explicatur, est essen-
 tiale, & sempiternum.

§. IX

Alique obiectiones.

44. **O** Bijcies primo. Propositiones sempiternæ veritatis sunt à Deo in dependentes: ergo obiectum illarum non sunt essentialia in omnipotentia Dei contenta. Antecedens probatur. Hæc propositio: *homo est animal rationale*; non dependet à Deo: utique quia etiam si Deus non esset, esset vera: ergo propositiones sempiternæ veritatis non sunt à Deo dependentes. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: propositiones sempiternæ veritatis sunt à Deo independentes formaliter concedo antecedens: radicaliter nego antecedens: & consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens eodem modo: & nego consequentiam: nam admissa hypothesi, quod Deus non esset; propositio non esset formalis defectu obiecti, quod de materiali deficeret defectu continetia, à qua tanquam à radice debebat

abstrahi. Consulto dixi: *de materiali*: quia deficientia non dimanat ex connexionem; sed ex continentia, que est radix connexionis: non aliter ac prædicata essentialia hominis in Petro existenti corrumpi de materiali ad Petri corruptionem dicimus: quia corruptio non respicit per se naturam, sed singularitates, in quibus est natura contracta: & non aliter ac in Logica, disp. 3. q. 2. diximus inter naturas Petri, & Pauli esse distinctionem materialem, seu formarum, & non distinctionem formalem: quia distinctio non oritur ex naturis, sed ex singularitatibus.

45. Obijcies secundo: estque præcedentis obiectionis replica. Ex duabus contradictorijs vna est necessario vera, & alia necessario falsa: cum inter se pugnet immediate in veritate, & falsitate: ergo ex his: *homo est rationalis*; *homo non est rationalis*: vna est vera, & altera falsa, adhuc Deo non existente: sed veritas nequit negativæ convenire: ergo necessario debet affirmativæ appropriari: ergo existentia Dei per accidens se habet ad veritatem harum propositionum.

Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam data hypothesi, quod Deus non esset, non essent contradictoria defectu obiecti necessario requisiti ad propositionis formalis veritatem: ratio huius est: nam oppositio contradictoria solum versatur inter propositiones formales; id est, alicuius rei signifi-

ficati-

ficatiuas; non vero inter materiales non significatiuas: (vt constat ex definitione oppositionum vt sic) sed in casu quod nõ esset Deo, propositiones objectionis sunt materiales: cum non sit homo, nec animal rationale, nec connexio horum prædicatorum; scilicet definitionis, & definiti: utique quia sicut nequit dari homo absque anima, & corpore, sic nequit dari connexio definiti, & definitionis; scilicet, hominis, & animalis rationalis, absque eo quod detur homo, & animal rationale; quod idẽ est: ergo ad nullũ tali impossibili non datur oppositio contradictoria. ¶ Hęc solutio constat ex alia, quæ datur à Thomistis in materia de scientia Dei: vbi docent; has propositiones: *Deus creauit mundum; Deus non creauit mundum*; non esse contradictorias pro illo signo præuio ad decretum liberũ Dei: quia pro illo signo præuio, propositiones non sunt formales defectũ infallibilitatis, seu obiecti per se requisiti ad oppositionem contradictoriam.

46. Repliebis. Ergo sicut hæc propositio: *homo est animal rationale*; est sempiternæ veritatis; ita hæc: *Deus creauit mundum*. Probo consequentiam. Ex eo prima est vera: quia ab æterno dependet à virtute productiua Dei, est verum dicere: quod homo est animal rationale; sed etiam dependenter à decreto Dei, quod fuit ab æterno est verum dicere: quod mundus erit: ergo vtraque propositio est

sempiternæ veritatis. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam prima propositio dependet ab attributo necessario Dei; scilicet, à virtute productiua, quæ absque aliqua contingentia est propria Dei: at vero secunda, ab attributo, seu decreto libero, quod potuit non esse, sicut fuit: vt ergo propositiones sint sempiternæ veritatis, nõ sufficit, quod sint ab æterno; sed quod ita sint ab æterno, vt non sint à voluntate libera dependentes: nam id quod à voluntate libera dependet, ita est, vt potuerit nõ esse; quod propositionibus æternis repugnat.

47. Non quiesces. Si itæ propositiones: *homo est animal, homo est rationalis*; non sunt independentes à Deo: ergo non sunt æternæ. Respondetur negando consequentiam: nam etiam si sint cum illa dependentia, sunt ex nunc eternitatis, inuariabiles, & indefectibiles.

48. Obijcies tertio. Ex eo prædicata essentialia, hominis, v. g. sunt in omnipotentia Dei, vel sunt possibilis: quia inter se non dicunt repugnantiam: ergo non repugnantia, quæ est in prædicatis essentialibus, antecessit omnipotentiam. Consequentia probatur. Omnis causa secundum Philosophum antecedit effectum; sed ratio causalis est causa rationis illatæ: ergo nõ repugnantia, quæ est in prædicatis essentialibus, antecessit omnipotentiam. Tum sic. Pro illo priori possunt propositiones verifica-

Disputatio tertia. Questio prima.

ri: ergo indepēdēter ab omnipotentia Dei datur veritas harum propositionum. ¶ Primo respōdetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: non repugnantia prædicatorum essentialium antecessit in aliquo signo rationis, concedo consequentiam: in aliquo signo reali, nego consequentiam. Ad probationem concedo maiorem: & distinguo minorem: ratio causalis est realiter, vel per rationem antecedens concedo minorem: realiter tantū nego minorem: & consequentiam. Ad probationem concedo minorem subsumptam: & distinguo consequens: veritas harum propositionum datur independentēter ab omnipotentia Dei, in dependentēter formaliter, concedo consequentiam: radicaliter, nego consequentiam: nam illa prædicata nō repugnantia sunt accepta ab statu possibilitatis, in quo formaliter dependent ab omnipotentia Dei. Explicatur hoc in animali, quod est per rationē prius proprijs speciebus; & tamē omnibus deficientibus, deficeret talis ratio à priori defectu fundamenti essentialiter requisiti. ¶ Secūdo, (& forsā melius) respōdetur, illam causalem, non à priori, sed à posteriori esse verā: nam ratio à priori possibilitatis, vel non repugnantie est virtus Dei, quæ creaturas continet; & ideo causalis à priori possibilitatis, vel non repugnantie est sola continentia omnipotentie. ¶ Potest explicari à simili, in hac

causali: ideo est rationalis; quia est risibilis: quæ est vera; etiam si risibilitas non sit à priori, sed à posteriori causa rationalitatis.

49. Replicabis. Repugnantia, & impossibilitas chymicæ reducitur à priori in chymicam, & non in Deum: utique quia hæc causalis est vera, & à priori; ideo chymica est impossibilis: quia habes prædicata repugnantia: ergo non repugnantia, vel possibilitas entitatis positivæ debet reduci à priori in ipsam entitatem positivam; ita ut hæc causalis sit vera, & à priori: ideo essentia hominis, v. g. est possibilis; quia includit prædicata inter se nō repugnantia: præcipue cum contrariorum eadem sit ratio. ¶ Respondetur, cōcedendo antecedens: & negando consequentiam: nam impossibilitas est de genere impotentie, quæ non in Deum, tanquam in rationem à priori; sed in creaturam debet refundi: at vero possibilitas est de genere potentie, quæ in Deum debet refundi, tanquam in rationem à priori: nō aliter ac causa prima omnis entitatis positivæ bonæ, est Deus; etiam si non sit causa peccati; quod ut defectus non debet reduci in potentiam Dei; sed in impotentiam creaturæ: ex hoc non sequitur, quod proloquium Philosophi nō sit verum: nam sicut omnipotentia Dei est causa possibilitatis prima; sic impotentia creaturæ est prima causa impossibilitatis.

50. Pro complemento questionis inquires: an propositiones septernæ

piternæ veritatis habeant veritatem actualem? ¶ Respondeo affirmatiue: ratio est: nam veritas actualis propositionis non conflictat in actualitate obiecti, scilicet in conformitate actuali actus, vel propositionis formalis cum obiecto; sed hæc datur in propositionibus sempiternæ veritatis: ergo habet veritatem actualem. ¶ Explicatur hæc ratio in hac propositione: *maiora prima est primum subiectum*: quæ actualis est; etiã si obiectum in opinione probabilis nullam includat actualitatem: quia habet actualẽ conformitatẽ cum obiecto: hæc aliter in præsentibus.

QVÆSTIO II.

An existentia creatis producta realiter ab illius distinguatur essentia?

§. I.

Præmittatur notatu digna.

1. **P**RO quaestione luce primo præmittendum est, quaestionem solum procedere de entitatibus creatis: quia in Deo in cõfesso est, apud omnes, essentiam, & existentiam non habere ante operationem intellectus aliquam distinctionem; imo iuxta probabilissimam sententiam existentia diuina est de cõceptu quidditatum, & essentiali essentia diuina; taliter vt implicet naturam diuinam cõcipi vt ab existentia præcisam.

2. Secundo præmittendum venit, quod nomine essentia significatur à Dico Thoma. cap. 1. de ente & essentia, illud quod per definitionem quidditativam explicatur: vnde essentia hominis, physice loquendo (vt Doctor dicitur ibidem testatur) est cõpositum ex corpore, & anima rationali coalescens: nomine vero existentia, significatur realitas, seu formam, à qua essentia denominatur existens, aut actu esse extra omnes suas causas.

3. Tercio est præmittendum, quod existentia aliquomodo etiã valet per definitionem essentialẽ significari: vt cum aliquis inquirat: quid sit existere? ceterum quãuis existentia concipiatur admodum essentia, proprie non dicitur essentia, pro vt de illa nunc disputamus; quia in præsentibus solum essentia nomine intelligimus quidditatem, & naturam, cui secundum rem, vel secundum rationem (iuxta varias Doctorum opiniones) adiungitur existentia.

4. Quarto præmittendum venit, existentiam ultimam appellari essentia actualitatem: non quia, post illã, suppositum nullis informetur actualitatibus accidentibus; cum certissimum sit cõpositum substantiale esse subiectum receptiuum formarum accidentalium; sed quia media existentia nullus actus aduenit essentia existenti: & ratio est quia quando aliqua forma recipitur in subiecto mediante, seu media alia forma, quæ

Disputatio tertia. Questio secunda.

quæ comparatur ad subiectum, vt actus; & ad aliam formam, vt potentia; tunc forma mediâs in se recipit effectum formale formæ de nouo aduenientis: (vt constat in quâtitate, quæ denominatur alba; & in potentia cognoscitiua, quæ denominatur cognoscens;) sed existentia non est capax effectus formalis alterius formæ: non enim est verum dicere existere Pauli esse album, aut sapiens: ergo existentia est vltima actualitas essentialis: quia nullus alius actus recipitur in essentia mediâ existentia exercente munus potentie.

§. II.

Referuntur sententie.

5. **I**n hoc satis metaphysico assertit essentiam productam non distingui realiter; sed solû per rationem ab illius existentia. Ita Alësis. 7. Metap. Heruæus quodlibeto. 7. q. 9. Gabriel. in 3. d. 6. quæst. 1. cum omnibus. Nominalibus. Durând. in 1. dist. 8. q. 8. Aureolus apud Capræolum. in 1. dist. 8. q. 1. Suarez. 2. Metap. disp. 3. 1. sect. 4. Vazquez. 3. p. q. 17. a. 2. Arrubal. 1. p. q. 3. Molina. Valentia. Herice, cunctique societatis Doctores. Inter quos est dissidium: nam aliqui affirmât essentiam productam ita esse cum existentia identificatam, vt nõ admittant distinctionem rationis adæquatam; sed solum inadæquatam, secundû di-

ueritas eiusdê formalitatis expressiones. Alij vero, inter essentiam productam, & existentiam, distinctionem rationis adæquatam admittunt.

6. Hæc sententia quæ non leuibus firmatur fundamentis sic potest explicari. Essentia producta, de qua est Lis, potest dupliciter accipi: vel quatenus solum exprimit prædicatorum essentialium connexionem; vel quatenus exprimit hanc prædicatorum essentialium connexionem in ordine ad actionem productiuam: in prima acceptione, essentia, in secunda vero existentia nominatur. Hanc sententiam tribuit Suarez Scotis: immerito tamen: nam Scotus expresse in 3. dist. 3. q. 1. constituit inter essentiam, & existentiam distinctionem illam formalem, seu ex natura rei, antecedenter ad omnem operationem intellectus.

7. Secunda ex diametro opposita docet existentiam esse realiter ab essentia producta distinctam. Est Doctoris Angelici pluribus in locis, præcipue. 1. p. q. 3. a. 4. & q. 54. a. 1. & 2. 3. 9. 3. p. q. 17. a. 2. de ente, & essentia, cap. 52. contra Gentes, cap. 52. Magistrum sequuntur Capræolus in 1. distin. 8. q. 9. Caietanus de ente, & essentia, cap. 5. q. 11. Ferrara. 2. contra Gentes, cap. 52. Soncinas 4. Metap. q. 12. Scotus. 2. physic. q. 2. Bâñez. Vitoria in presenti. Arauxo. 2. Metap. q. 2. a. 3. Ioannes à Sancto Thoma. 1. physic. q. 7. a. 4. sapientissimus Magister Curiel, tract. speciali

speciali de essentia, & existentia. Scotus, & alij ex Seraphica familia. In huius sententiæ gratiam, fit.

§. III.

Conclusio.

8. **E**Xistentia cuiuscumq; creature ante omnem operationem intellectus est ab essentia producta realiter distincta. Hæc nostra conclusio hoc inefficaci solet vallari fundamento. Quando aliquid prædicatum in prædicationibus directis dicitur contingenter de subiecto; tunc tale prædicatum realiter distinguitur à subiecto, de quo dicitur; sed existentia accidentaliter, & contingenter dicitur de essentia creata: ut constat in hac propositione: essentia hominis est existens: quæ non est in materia necessaria; sed contingenti: utriusque quia de essentia hominis, non semper, sed solum pro certo, & determinato tempore dicitur existentia: ergo essentia realiter distinguitur ab existentia.

9. Hæc inefficax ratio veritatem nostræ resolutionis obnubilat: nam in horum Doctorum opinione singularitas non distinguitur realiter à natura; & tamen contingenter prædicatur de illa: ergo ex eo quod existentia contingenter prædicetur de essentia, non sequitur, quod sit ab illa realiter distincta. Præterea, Rissibilitas necessario dicitur de hominis es-

sentia; & tamen ab illa realiter distinguitur: ergo nec ex contingentiâ, nec ex necessitate, colligitur identitas, nec distinctio existentie ab essentia.

10. Dices cum Magistro Lerma, existentiam, nõ utcumque esse extra entitatem essentie; sed esse extra entitatem essentie singularis; quod nequit verificari nisi de prædicato realiter distincto. ¶ Sed contra est: nam realitas à parte rei indistincta ab alia, seu cum alia identificata valet dici contingenter de illa: ut constat in actione singulari, de qua verificatur contingenter, quod sit passio; etiam si hæc cum illa sit identificata: & etiam in actu entitatis, qui etiam convenit rei singulari; etiam si in nostra opinione non sit à tali re realiter distinctus.

§. IV.

Prima ratio pro nostra conclusione.

11. **H**Ac igitur relicta ratione, nostra assertio probatur rationibus, ex Magistro Angelico deductis. Prima sic se habet. Nulla res creata absque infinitudine ei repugnante potest identificare suum ultimum actum; sed existentia est ultimus actus entis: (cum eodem modo se habeat existentia ad ens; ac intellectio ad intellectum) ergo existentia est ab essentia creata realiter distincta. Maior constat: tum ex Di-

Disputatio tertia. *Questio secunda.*

no Thomæ, 2. contra Gentes, cap. 52. ubi ait: *Nulla res potest esse suum esse, & ultimus actus in aliquo genere*: tum ratione: nam res quæ identificat in aliquo genere ultimum actum, includit in se totam illius generis perfectionem; sed res, quæ adæquatâ alicuius generis includit perfectionem, est infinita: ut constat in Deo; qui in linea intelligendi, v.g. est infinitus; quia includit totam huius lineæ perfectionem: ergo nulla res creata potest identificare suum ultimum actum absq; infinitate creaturæ repugnante. Explicatur hæc ratio à simili. Secundum Divum Thomam, 1. p. quæst. 54. art. 1. intellectus identificans intellectionem est infinitus: ergo essentia, seu ens identificans existentiam est infinitum: utriusque quia sicut intellectus est actus secundus intellectus; sic existentia est actus secundus entis.

12. Dices primo. Singularitas est ultimus actus naturæ; & tamen identificatur cum natura creata, absque eo quod talis natura sit infinita: ergo etiam si existentia sit ultimus actus essentia poterit identificari cum essentia creata, absque eo quod talis essentia sit infinita. ¶ Respondetur primò negando maiorem: nam non singularitas, sed subsistentia est ultimus actus naturæ: ut constat in arbore predicamentali: ubi si collocatur natura singularis absque subsistentia completamento. ¶ Secundo respondetur,

concedendo maiorem: & distinguendo minorem: identificatur cum natura physicè, seu realiter, concedo minorem: metaphysicè, seu per rationem, nego minorem: & consequentiam: nam ut aliqua res non accedat ad perfectionem infinitam, sufficit, quod ultimus actus illius sit ab ea distinctus in linea, in qua talis res est: hoc est, quod si actus sit physicus, sit physicè, seu realiter distinctus: si vero metaphysicus, metaphysicè, seu per rationem sit distinctus: quare infinitas in re existente in ordine metaphysico, non colligitur ex eo quod sit physicè una & indistincta; vel ex eo quod physicè identificet ultimum actum: sed ex eo quod metaphysicè sit una, & indistincta: vel ex eo quod metaphysicè identificet actum ultimum per modum predicati essentialis: propter hoc Angelicus Magister, solum naturæ divinæ tribuit singularitatem, per modum predicati essentialis.

13. Dices secundo. Ex dicendis infra, lib. 2. dispu. 2. quæst. 2. per totam, forma creata absque infinitatis repugnantia identificat suum actum secundum: ergo esse essentia potest absque infinitate identificari cum essentia. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam actus primus, & secundus formæ limitantur per materiam; sicut primus, & secundus materię per formam: ut
enim

enim aliqua res sit infinita, non sufficit, quod res identificent actum ultimum; sed ulterius, quod in tali genere nullam habeat limitationem: & quod actus secundus perfectionem primi actus simpliciter accrescat: quæ omnia actui secundo formæ deficiunt: cum actus secundus formæ minuat primi perfectionem. Ratio huius est: nam genus formæ indispensabiliter importat imperfectionem: cum à Deo ratio formæ sit relegata: & ideo quo magis est ens intra genus formæ, maiorem exprimit imperfectionem: utique quia per se magis accedit ad subiectum, à quo limitatur: at verò ens non limitatur per existentiam identificatam, nec per illam magis accedit ad limitatum; sed potius per illam omnem excludit limitationem: tum quia ex se genus entis non importat imperfectionem; sed summam perfectionem: tum quia existentia identificata nullum includit limitatum, nec extra, nec intra proprium genus. ¶ Explicatur amplius hæc solutio. Forma limitatur per subiectum, in quo recipitur: ergo quo magis est ex se subiecto communicabilis, tanto maiorem imperfectionem, & limitationem infinitudini repugnantem præcontinet: ac per consequens forma per suam entitatem immediate communicata subiecto maiorem imperfectionem, & limitationem importat, quam si per casualitatem distinctam subiecto cõ-

municaretur: ergo forma identificans actum secundum non est infinita; sed potius magis finita, & limitata.

14. Dices tertio. Existentia, (vt constabit ex infra dicendis) aduenit materiæ ratione formæ; sed forma limitatur per materiã, tam quoad actum primum, quã quoad actum secundum: ergo existentia à forma indistincta, limitatur à materia in qua est, ratione identificationis cum forma. ¶ Respondetur cõcedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem nego formam ab existentia indistinctam recipi in materia: nam ex tali identificatione haberet infinitatem in vno genere; scilicet, in genere entis; quæ inferret infinitatem in omni: vt constat ex Diuo Thoma pluribus in locis.

15. Replicabis. Forma identificans actum secundum limitatur per materiam; sed existentia est actus secundus formæ; ergo limitatur per materiam. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & distinguendo minorem: existentia est actus secundus formæ in genere formæ, nego minorem: in genere entis cõcedo minorem: nam existentia nõ se habet vt actus secundus formæ: quia forma est forma; sed quia forma ens actuale est, abstrahens ab actualitate formæ simplicis, & informantis: & ideo existentia non limitatur per materiam: quia per materiã solum limitatur id quod formaliter est in genere actus in-

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

formantis, siue per modum actus primi, siue secundi; sed existentia formaliter, nec est actus primus, nec secundus formæ informantis; sed secundus entis actualis: ergo per materiam non limitatur existentia actus.

16. Non quiesces. Existentia est modus formæ; ergo limitatur per formam. ¶ Responderetur concedendo totum: nam in præsentia non negamus existentiam creaturæ esse de facto limitatam; sed negamus illam esse limitatam, data hypothesi indistinctionis ab existentia.

17. Dices quarto. Etiam si anima rationalis, v. g. identificaret suum esse, seu propriam existentiam, esset finita, & limitata in genere substantiæ: ergo ratio adducta non conuincit infinitatem. Antecedens probatur. Secundum Diuum Thomam, vt aliquares sit in aliquo genere infinita, opus est, quod includat totam illius generis perfectionem; sed anima rationalis; etiam si in genere substantiæ sit suum esse, seu suum existere, solum partialiter includeret perfectionem substantiæ: cum solum per aliam comparationem; scilicet, per materiam sit in genere substantiæ completa: ergo etiam si anima rationalis identificaret suum existere, esset finita, & limitata. ¶ Responderetur negando antecedens. Ad probationem concedo maiorem: & nego minorem: nam si anima rationalis esset suum esse in genere sub-

stantiæ, absque dubio identificaret totam substantiæ perfectionem: nam ex infinitate in vno genere (vt sæpius dixi ex Diuo Thoma) sequitur infinitas in omni; & ex identitate actus vltimi dicentis perfectionem simpliciter, sequitur identitas aliorum actuum. ¶ Explicatur hoc in intellectu: qui si esset suum intelligere, esset infinitus; non præcisè quia identificaret suam virtutem actualitatem in genere effectiuo: cum vt sic non habeat totam perfectionem huius generis; videlicet, principium radicale intellectiōis; sed quia ex identitate actus vltimi simpliciter perficientis, sequitur identitas aliorum actuum, tam formalium, quam radicalium. Adde, quod si aliquid sequitur ex his obiectionibus non est quod anima, quæ est sua existentia, sit determinatè finita; sed quod sit, & non sit finita: quod sit: quia supponitur impossibile; videlicet, quod partialiter, & incompletè participat perfectiones substantiæ: quod non sit: quia identificat vltimum actum: *ex impossibili enim* (vt dixit Philosophus) *sequitur quodlibet.*

18. Dices quinto. Ens identificatū esse esset à Deo creatū, & dependens: ergo non infinitum: cum omnis dependentia enti repugnet infinito. ¶ Responderetur eodem modo negando antecedens: tum quia in tali casu à Deo non esset creatum: quia infinitum: tum quia admissa hac hypothese, ad sum-

num sequeretur vnum, & aliud: quod sit creatum: quia supponitur: quod non sit: quia infinitum.

§. V.

Secunda ratio pro nostra assertionione.

19. **S**ecunda ratio huic maxime proxima sic se habet. Existencia ab essentia in distincta est existencia irrecepta, & non recipiens; sed existencia irrecepta, & non recipiens omnem excludit potentialitatem; quod est entis increati proprium; ergo existencia ab essentia in distincta non est existencia entis creati, sed increati. Maior quoad primam partem probatur. Existencia ab essentia in distincta nequit recipi in essentia: cum idem non possit recipi in seipso realiter; nec in subsistentia: tum quia hæc recipitur in essentia ab essentia indistincta: & idem, nec secundum diuersas formalitates potest esse realiter recipiens, & receptum: tum quia existencia est vltima actualitas in genere substantiæ; ergo existencia ab essentia indistincta est irrecepta. Maior quoad secundam partem probatur: nam id quod in hac existencia potest recipi, vel est in genere substantiæ, vel in genere accidentis; non primum: nam existencia in genere substantiæ est vltimus actus essentia: non secundam: nam licet existencia prius recipiatur in essentia, quam alia

formæ accidentales; tamen existencia non est ratio formalis recipiendi; sicut quantitas; sed solum conditio sine qua non; ergo existencia ab essentia indistincta, non est receptiua. Confirmatur. Forma quæ recipitur in aliquo subiecto, tribuit illi suum effectum formalem; sed nullum accidens tribuit existentiæ nec *ut quo*, nec *ut quod* suum effectum: non enim dicimus: existencia est quanta; vel alba; sicut dicimus: quantitas est alba; ergo existencia ab essentia indistincta, est irreceptiua.

20. Dices primo. Hæc propositio: *existens est album*; est vera; ergo existencia est ratio recipiendi. ¶ Respondetur, hæc propositionem supponere materialiter; & solum esse veram in sensu materiali: nam facit hunc sensum: subiectum quod specificatiue est existens, est album.

21. Dices secundo. Existencia cum essentia identificata, solum habet essentia irreceptionem; sed essentia irreceptio non tribuit illi infinitatem; ergo nec existentiæ irreceptio tribuit existentiæ infinitatem. ¶ Respondetur negando maiorem: nam existencia irrecepta, taliter est irrecepta, ut nullo modo sit recipiens: at verò essentia, taliter est irrecepta, ut sit recipiens: ad infinitatem enim non sufficit irreptio; (ut constat in materia prima; & in Angeli essentia) sed ulterius requiritur

quod non sit recipiens.

Disputatio tertia. Questio secunda.

§. VI.

Efficax, & specialis ratio.

22. **T**ertia nostræ assertionis ratio sic procedit. De fi-
de est, quod substantia creata est
realiter à natura distincta; sed
substantia creata nequit à natu-
ra distingui, absque eo quod exis-
tentia creata distinguatur ab es-
sentia; ergo existentia creata est
realiter ab essentia distincta. Mi-
nor probatur. Actus existendi ad-
uenit naturæ post actum subsisten-
di: aliàs non esset vltimus in ge-
nere substantiæ; ergo si actus exis-
tendi identificatur cum actu es-
sendi, vel cum natura; etiam iden-
tificatur cum actu subsistendi: utri-
què quia substantia, (vel actus
subsistendi) mediat inter essen-
tiam, & existentiam: ita vt, me-
dia substantia, existentia adue-
niat essentia; sed implicatorium
est, quod forma identificetur cum
subiecto mediato, & quod distin-
guatur ab immediato: vt constat
in albedine, quæ si esset identifi-
cata cum essentia, absque dubio
esset identificata cum quantitate;
media qua albedo recipitur in es-
sentia; ergo si actus existendi iden-
tificatur cum actu essendi, identi-
ficatur etiam cum actu subsisten-
di: ac per consequens actus essen-
di identificatur cum actu subsis-
tendi: quia implicatorium est,
quod actus existendi identificetur
cum actu subsistendi; & quod actus

essendi ab actu existendi indistinctus non identificetur cum essen-
di actu. Quod vero existentia ad-
ueniat naturæ post substantiam,
constat primo ex Magistro San-
cto. 1. p. q. 50. art. 2. ad 3. & opus.
15. cap. 8. vbi sic ait: *quod foris
subsistens non est, non ens; sed actus,
qui est forma participativa vltimi ac-
tus, qui est esse: ergo ex mente Do-
ctoris Sancti, esse, seu existentia,
aduenit essentia media substan-
tia. Secundo ratione probatur: nã
substantia ita nominatur: quia est
sub existentia: ergo existentia ad-
uenit essentia post substantiam.*
23. Ex his colligo, quam absq;
fundamento aduersarij affirmant
Diuinum Thomam accepisse esse pro
substantia, & non pro existentia: si
enim accepisset esse pro substan-
tia, in hac auctoritate, diceret
substantiam aduenire rei subsis-
tenti: quod est idem ac dicere al-
bedinem aduenire albo, vt forma:
quod alienum est à tãto Doctore.

§. VII.

*Ultima ratio ex consequentijs
theologicis.*

24. **V**ltimo probatur nostræ
assertio ex his, quæ in
sacra Theologia sunt cõmuni Do-
ctorum plausu recepta: nam iuxta
communem Diui Thomæ senten-
tiam, 3. p. q. 19. art. 2. humanitas
Christi existit per existentia Ver-
bi Diuini, à quo assumpta est sine
propria existentia creata: quod est
cui.

euidens signum distinctionis realis inter humanitatē, & illius existentiam: siquidem vnum sine alio reperitur in rerum natura. Consonat etiam ex eo quod communiter Theologi docent; solum Deum esse suum esse. Et denique ex eo, quod in meliori opinione relationes diuinæ nō existunt per triplicem, sed per vnam existentiam; ergo ne cum inconsequētia loquamur, tenendum est, existentiam esse ab essentia creata realiter distinctam.

§. VIII.

An essentia specificatiue existens sit ex se producta; & quomodo per existentiam sit extra omnes suas causas?

25. **V**T huic certamini ultimā tribuā manum, propriā quē mentem intelligas, nota primò, ex dictis quæstione præcedenti, essentiam in statu possibilitatis esse actu nihil, à Deo distinctū solum in potentia: quamuis in statu existentie sit actu aliquid posituum à Deo factum, & productum, tam quoad esse existentie, quam quoad esse essentie.

26. Nota secundò, actionem creatiuam Dei respicere ad essentiam, & ad existentiam; eo ordine, quo respicit essentiam, & proprietates: nam sicut essentia, & proprietates, vna eademquē producuntur actione; ita essentia, & existentia eadem producuntur ac-

tione: vnde essentia non dicitur formaliter producta, quia recipiat existentiam; sed quia ab actione Dei actu accipit esse posituum essentiale, quod antea, non actu, sed solum in potentia habebat. Ratio huius est: nam essentia specificatiue existens, vt ab existentia condistincta, accipit entitatem posituum actualem, quam in statu possibilitatis solum in potētia habebat; ergo ex se terminat actionem productiuam; ergo ex se est formaliter producta. ¶ Explicatur, & cōfirmatur hæc ratio: nam quando ex speciebus sacramentalibus generantur vermes; tunc, in opinione probabilissima, denuò creatur materia prima, vt ex illa forma vermis educatur ab agente naturali, à quo (in opinione Thomistarum) materia esse cōtinuè accipit formam substantialem, & existentiam; cum existentia adueniat composito, ratione formæ: in hoc casu inquirō; an materia, quæ est terminus actionis creatiue sit à tali actione producta, vel non? si secundum; ergo ad nihilum terminatur actio Dei creatiua: si primum, habeo intentum: nam entitas materiæ, & non existentia, est formaliter terminus actionis creatiue: vtique quia existentia est per actionemeductiuā producta: ergo essentia ex se, & non ratione existentie est formaliter producta. 27. Ex hac ratione constat, quā absque veritate prætextu, Doctores nostræ familiæ defendunt essentiam ante productionem ha-

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

bere entitatem nominalem, actuali-
leat, positivam, solamque ei defi-
cere existentiam: nam si hoc esset
verum, actio creativa Dei, quæ in
generatione veris terminatur
ad materiam esset superflua: uti-
que quia ei non contribuere es-
sentiam positivam actualem, quã
antea habebat, nec existentiam,
quã ab agente naturali, (à quo edu-
citur forma substantialis) accipit
in eodẽ instanti, quo creatur; ergo
essentia ante productionem nul-
lum habet esse nominale positi-
vum actuale.

28. Secundo probatur idem as-
sertum: nam essentia, ut condistin-
cta ab existentia, nõ est ens in crea-
tum: ergo creatum, & à Deo pro-
ductum.

29. Dices, esse creatam, & crea-
tam, ratione existentia. ¶ Sed
contra est: nam essentia producta,
provt ab existentia distincta, or-
dinatur ad Deum, sicut effectus
ad causam: cum ex se sit creatura
ab alio, & non à se creata: ergo ra-
tione sui est creata, & producta.

30. Ex dictis colliges primo,
discrimẽ quod versatur inter exi-
stentiã, seu ultimam actualitatẽ,
& inter alias actualitates: nam
existentia non solum est ratio for-
malis, ut omnes alie actualitates,
& realitates rei sint actu existen-
tes, seu extra omnes suas causas;
sed simul est conditio, ut alie acti-
ualitates sint actuales, & produ-
ctæ. Ratio est: nam licet existen-
tia non sit ratio formalis, ut essen-
tia sit producta, & extra causam

materialem, formale, & substan-
tialem; est tamẽ conditio sine qua
non, ut alie actualitates sint pro-
ductæ, & actuales.

31. Colliges secundo, discrimẽ
quod datur inter has propositio-
nes: *essentia ut terminat actionẽ crea-
tivam, est existens: essentia ut illum ter-
minat, est producta*: nam prima veri-
ficatur de essentia ratione alicuius
accidẽtis realiter super additi:
at vero secunda solum ratione ali-
cuius accidẽtis per rationẽ super-
additi: si quidem ex se, & ratione
propria entitatis, est realiter pro-
ducta, & potentia correspondens
obiectiva.

32. Colliges tertio, essentiam
existentẽ dici, & esse extra omnes
suas causas; non quia existentia sit
omnes causa; sed quia illa, cum
ultima sit, alias supponit: non ali-
ter ac intellectio, cum sit ultimus,
seu secundus actus intelligendi,
supponit primum; non quia secun-
dus sit primus; sed quia ille illum
supponit.

33. Obijcies. Essentia, ut ter-
minat actionem creativam, nõ est
in statu possibilitatis: ut ex se cõ-
stat: nec in statu existentia: cum
tunc non intelligatur ut existens:
ergo ut sic in nullo intelligitur
statu; quod implicat. ¶ Responde-
tur essentiam, sub illa reduplica-
tione, esse in statu existentia; etiã
si pro illo priori non intelligatur
ut existens: non aliter ac materia
respicies formam, est in statu exi-
stentia; quamvis pro priori à quo
causa materialis non intelligatur

vt existens. Ratio vtriusque est: nam existentia, vt condicio productionis, & receptionis, non debet intelligi in illo priori, licet debeat esse in instanti.

34. Replicabis. Essentia que intelligitur vt terminus actionis productiue, intelligitur extra causas: vtique quia non intelligitur vt intra: ergo vt sic intelligitur vt existens. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: essentia, vt terminus actionis productiue, intelligitur extra causas aliquas, concedo antecedens: extra omnes, nego antecedens. Ad probationem, nego intelligi intra aliquam causam: nam licet nõ intelligatur extra vltimam; scilicet, extra existentiam; tamen in re est extra illam; & ideo pro illo priori, respectu vltimæ causæ, præcindit ab hoc quod est intelligi intra vltimam, vel extra vltimam. Adde, posse dici, essentiam, pro illo priori intelligi vt existentem *in fieri*: nam actualitas positiva nominalis, vt actualis nominaliter, infert essentialiter pro signo posteriori existentiam, seu actualitatem participalem, quam in instanti semper habet, vt conditionem indispensabilem.

§. IX.

Primum argumentum contra nostram conclusionem.

35. **P**rimum argumentum primæ sententiæ sic se habet.

Tom. 1. pars 1.

Si existentia esset realiter distincta ab essentia, reciperetur in illa tanquam in potentia, & subiecto proprio; sed existentia nequit recipi in essentia; ergo existentia nõ est ab essentia realiter distincta. Maior probatur. Existentia non potest recipi in essentia possibili; id est, quæ erat intra causas; quia vt sic est nihil actum nec in existenti, id est, quæ est extra causas: quia essentia existens, includit in suo conceptu existentiam: ergo existentia nullo modo potest recipi in essentia creata. ¶ Confirmatur. Essentia recipiens existentiam est causa materialis existentie; sed omnis causa vt talis, & vt ab effectu cõdistincta, exigit existentiam: ergo essentia recipiens in genere causæ materialis existentiam, supponit illam. ¶ Confirmatur secundo. Secundum Philosophũ, omnis causa, aliqua prioritate, antecedit effectum: ergo essentia, vt causa materialis existentie, antecedit existentiam: ergo vt antecedit existentiam, habet existentiam; non ab alio: ergo à se.

36. Vt huic argumento respondeam, nota primo, existentiam esse conditionem, *sine qua*, causa nequeunt causare; sicut approximatio est conditio *sine qua* ignis non calefacit.

37. Nota secundo, duplicem esse prioritatẽ; aliam *in quo*, & aliã, à quo: *in quo* datur, quando aliqua res est prior altera tempore, & duratione; ita vt sic verum dicere

Disputatio tertia. Questio secunda.

pro tempore, pro quo existit causa, non existit effectus, qui in alio existit posteriori: prioritas à quo semper est cum simultate *in quo*, & consistit in hoc, quod vnum sit ab alio dependens; etiam si dependens sit in eodem instanti cum causa, à qua dependet.

38. Nota tertio, conditione causa, per se non esse effectui priorem, prioritate *in quo*; etiam si aliquando per accidens hanc habeat prioritatem; sed solum esse per se simul cum causa producente; ita ut sit in instanti, in quo causa causat, absque eo quod in illo priori natura intelligatur. Ratio est: nam in priori solum debet intelligi ratio formalis, quae causat; non vero conditio ad rationem formalem requisita.

39. Quibus suppositis, responderetur ad argumentum concedendo maiorem: & negando minorem. Ad probationem concedo antecedens, quoad primam partem: & illud distinguo quoad secundam; in essentia existenti, vel quae est extra omnes suas causas *reduplicative* concedo antecedens: *specificative* nego antecedens & consequentiam; nam existentia solum se habet ut conditio, ad receptionem, quae non debet esse in sensu reduplicativo, & formali; sicut est ratio formalis recipiens; sed solum in sensu specificativo, & materiali, ut conditio causae materialis recipientis. ¶ Ad primam confirmationem responderetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: omnis causa materialis,

requirit existentiam, per modum conditionis, concedo minorem: per modum rationis formalis, nego minorem: & consequentiam: nam essentia, ut sit existentiae causa materialis, non requirit aliam existentiam; nisi assignes processus in infinitum; siquidem eadem existentia, quae est effectus essentiae, est etiam conditio, ut essentia ipsam recipiat existentiam: alias daretur processus in infinitum. ¶ Ad secundam confirmationem responderetur, concedendo antecedens; & primam consequentiam: & distinguendo secundum consequens: ut antecedit existentiam habet illam *materialiter*, & *specificative*, concedo consequentiam: *formaliter*, & *reduplicative*, nego consequentiam: nam in sensu formali (ut dixi) solum debet intelligi ratio formalis, quae recipit; non vero conditio, ad talem receptionem requisita. ¶ Ut perfectam huius argumenti lucem habeas, nota, maximum discrimen versari inter has duas propositiones: *essentia, ut in genere causae materialis antecedit existentiam, est existens*: vel, *intelligitur existens*: nam prima est vera: quia verbum *est* denotat prioritatem *in quo*, & sensum specificativum, seu materiale, in quo debet esse conditio: at vero secunda est falsa: quia verbum *intelligitur* denotat prioritatem à quo, & sensum reduplicativum, seu formalem, in quo essentia solum debet exprimere rationem formalem recipiendi, quae non consistit in actualitate existentiae; sed

in potèntialitate materiali essetia.

40. Inquires: quæ nam sit ratio formalis recipiendi? ¶ Respondeo esse essentiam productam, quæ est terminus primarius actionis productivæ, vel quæ intelligitur extra, quoad omnem causam materiale, formalem, & subsistentialem; licet tunc non intelligatur extra, quoad omnes causas; id est, quoad ultimam; scilicet, *existentialem*, quam realiter habet, ut conditionem indispensabilem.

41. Dices. Nulla res distinguitur essentialiter ab illa per quam constituitur in suo esse essentiali; sed per existentiam constituitur essentia producta in suo esse essentiali: vnique quia ablata existentia ab essentia, est nihil actu: ergo per existentiam habet esse essentialè, saltim actuale. ¶ Responderetur concedendo maiorem: & negando minorem. Ad probationem distinguo antecedens: ablata existentia ab essentia, essentia est actu nihil, *ablata realiter*, concedo antecedens: *ablata formaliter*, nego antecedens: & consequentiam: nam ex eo quod existentia realiter ablata ab essentia manet nihil, nõ sequitur, quod essentia producta, seu specificatiõne existens, non sit aliquid distinctum ab existentia: nam multoties ratio formalis deficit, defectu conditionis; etiam si sit à conditione realiter distincta.

§. X.

Secundum argumentum.

42. Essentia, vt distincta ab exi-

stentia, est ex se producta, & potèntiæ correspondens obiectiuæ: ergo essentia ex se est existens. Cõsequentiã vt certa ab aduersarijs non probatur. Antecedens probatur quoad primam partem. Essentia ex se terminat actionẽ productivam, & ex se respicit propriã causam effectiuam: ergo ex se est producta. Quoad secundam partem probatur. Essentia, vt extremum ab existentia cõdistinctum, non est possibilis: ergo potèntiæ obiectiuæ correspondens. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam (vt sapius dixi contra Doctores nostræ familiæ) aliud est essentia esse *ex se productam*; & aliud esse *ex se existentem*. Ad primam antecedentis probationem, quæ cum æquiuocatione procedit, responderetur distinguendo antecedens: essentia ex se terminat actionẽ productiuam *inaduatè*, concedo antecedens: *aduatè*, nego antecedens: nam actio productiuã non solum terminatur ad entitatẽ actualem, & positiuam essentiæ, sed etiam progreditur ad existentiam huius entitatis posteriõræ.

43. Dices. Essentia ex se correspondet potèntiæ obiectiuæ: ergo ex se independenter ab existentia est extra causas. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: ex se extra omnes causas nego consequentiã: extra aliquas; iterũ subdistinguo consequens: extra aliquas indepẽter ab existentia, tãquam à ratio-

Disputatio tertia. Questio secunda.

ne formali, concedo consequentiam, tanquam à conditione, nego consequentiam: iuxta sæpius dicta in discussu quæstionis. Ex quo colligo existentiam esse actualitatem, rationem formalem, & conditionem: actualitatem, & rationem formalem, ut res sit existens: conditionem, ut alie actualitates sint in actu, vel ponantur in rerum natura.

44. Dices secundo. Formalitas, per quam aliquid est, est formalitas, per quam existit; sed essentia Benedicti est formalitas per quam Benedictus est: ergo est formalitas per quam existit. Maior constat ex Dico Thom. 1. p. q. 5. a. 1. ad 1. ubi ait: *secundum hoc simpliciter aliquid dicitur ens, secundum quod primo discernitur ab eo quod est in potentia; sed per existentiam primo discernitur à potentia: ergo per existentiam est simpliciter ens.* ¶ Respondetur negando maiorem: si primum est accipiatur pro esse essentia, ut debet accipi ad vim argumenti. Ad auctoritate Dini Thomæ dico; res constitui in suo esse essentiali per id quod primo separatur, vel discernitur à potentia obiectiva, quod est essentia producta, & non existentia: nam hæc solum se habet per modum conditionis, ut essentia producta formaliter correspondeat potentia obiectivæ. Vide quæ dicta sunt supra, disp. 2. q. 2.

§. XI.

Tertium argumentum.

45. Tertium. Distinctio realis

postulat extrema realia actualia, quæ sint à parte rei, & in statu existentia; sed essentia ut distincta ab existentia non habet actualitatem à parte rei, nec in statu existentia: ergo essentia ut distincta ab existentia est nihil actuale. Hoc argumentum maximam includit æquiuocationem: nam actualitas multoties sumitur ab aduersarijs pro existentia: & in hoc sensu debet maior distingui, quoad utramque partem, eadem distinctione: distinctio realis postulat extrema actualia specificatiue, vel reduplicatiue, concedo maiorem: reduplicatiue tantum, nego maiorem: & distingo minorem: essentia, ut distincta ab existentia, non habet actualitatem, id est, existentiam, reduplicatiue, concedo minorem: specificatiue, nego minorem: nam ut essentia sit extremum distinctionis actualis, non requiritur, quod sit reduplicatiue actualis; sed solum quod sit actualis specificatiue, per aliud distinctionis extremum: ad eum modum quo paries specificatiue albus, distinguitur ab albedine, à qua est albus. ¶ Si vero actualitas non accipiatur pro existentia; sed pro actualitate ut sic essentia; vel existentia, respondetur distinguendo maiorem, quoad primam partem: distinctio realis postulat extrema actualia, actualitate essentiali, vel participiali, concedo maiorem: participiali tantum, nego maiorem: & distingo minorem: essentia, ut distincta ab existentia non habet actu actualitatem

litate nominalem, independentem ab existentia tanquam à conditione, concedo minorem: tanquam à ratione formali nego minorem: & consequentiam: nam essentia producta ex se habet actu actualitatem essentialem dependentem tantum ab existentia tanquam à conditione sine qua non.

§. XII.

Quartum argumentum.

46. **Q**uartum. Si propter aliquam rationem, existentia distingueretur ab essentia, maxime quia essentia est indifferens ad existendum, & non existendum; sed etiam essentia existentia est indifferens ad existendum, & non existendum: utique quia essentia existentia ex se est indifferens, ut sit, vel non sit à parte rei; & tamen essentia existentia ab existentia realiter non distinguitur: ergo ex eo quod essentia sit indifferens ad existendum, & non existendum, non sequitur, quod debeat realiter distinguui ab existentia.

47. Ut huic argumento respondeant Thomistæ, (qui primam rationem à nobis, §. 3. nu. 9. impugnatam, defendunt) notant, & bene, vitia exercitia rerum posse dupliciter considerari: primo in actu signato; in quo solum dicunt sua predicata essentialia, abstractendo ab applicatione, quæ ei accidentaliter aduenit: secundo in actu exercito, in quo dicunt sua

predicata essentialia actu subiectis applicata. Potest hæc doctrina explicari in essentia relationis; quæ, etiam si in opinione Thomistarum sit de genere actus secundi; tamen illius essentia non consistit in hoc quod actu referat subiectum ad terminum; sed in hoc quod sit ratio referendi; & etiam in unione, duratione, & in alijs exercitijs vitæ. ¶ Hoc supposito dicunt, essentiam existentia non esse indifferentem ad existentiam in actu signato; sed ipsam in actu signato esse indifferentem ad actum exercitum existentia; vel ad existendum, vel non existendum in actu exercito.

48. Sed contra est, primo: nam ex eo, in opinione horum Doctorum, essentia distinguitur realiter ab existentia; quia est ex se indifferens, ut existat, vel non existat: & quia accidentaliter essentia aduenit existentia; sed essentia existentia, seu actus signatus existentia est indifferens ad actum exercitum existentia, vel ad hoc ut exercitum existat, vel non existat; & etiam hoc exercitum conuenit ei accidentaliter: ergo propter eandem rationem actus signatus existentia debet ab actu exercito eiusdem existentia realiter distinguui; quod nullus dicit. ¶ Contra est secundo; nam ex eo animal est indifferens ad rationale, & irrationale, à quibus realiter non distinguitur, & natura ex se est indifferens ad singularitates, à quibus realiter non distinguitur: ergo ex in-

Disputatio tertia. Questio secunda.

indifferentia negativa essentiae non sequitur, quod debeat ab existentia realiter distingui.

49. Quare responderetur ad argumentum negando maiorem: nam ratio quare essentia realiter distinguitur ab existentia, non est, quia est ad existendum indifferens; sed quia est ultimus actus entis irreceptus, & non recipiens. Ex hoc autem quod existentia sibi ipsi tribuat *ut quo* in actu exercitio suum effectum formalem, non sequitur, quod sit infinita, & illimitata: nam infinitas resultat ex eo quod actus secundus identificetur cum primo: quae identificatio non reperitur in existentia; etiam si sibi ipsi tribuat proprium effectum formalem: nam actus exercitus, respectu signati, non se habet *ut* actus secundus respectu primi; sed *ut* maior expressio secundi: *ut* constat in relatione, unione, & in alijs exercitijs reru.

50. Ex his colliges primo existentiam posse in tribus modis reperiri: nam *secundum se* exprimit actum signatum, vel hoc quod est esse rationem formalem existendi, abstrahendo a potentialitate, & actualitate aliorum statuum: *in statu vero possibilitatis* dicit in potentia rationem formalem existendi: & *in statu existentia* dicit illam in actu. Unde existentia non est *ut quo* extra causas, nec constituit statum existentia *ut quo* respectu propriae entitatis, & *ut quo* respectu aliaru, usque dum habeat in actu actualitatem positivam, & propriam, quam in alijs statibus actu

non habebat.

51. Colliges secundo, existentiam non solum esse indifferentem ad actum exercitij, vel ad hoc, *ut* essentiam faciat *ut quo* existentem: (*ut* Thomista docent) sed etiam ad hoc *ut* ipsa habeat in actu actualitatem positivam, quam in statu possibilitatis solum in potentia habebat: & etiam ad hoc quod est esse extra causam, vel esse a parte rei. Unde sicut essentia nequit recipere existentiam, quin specificatiue sit existens: sic existentia nequit essentiae proprium effectum communicare, usque dum sit a parte rei, & extra causas; id est, usque dum habeat in actu actualitatem positivam, quam antea in potentia; id est, intra causas, habebat: non aliter ac aliae causae non causant, usque dum ab actione recipiant actu esse positivum, quod poterant habere.

52. Ex his colliges tertio, (contra Thomistas asserentes essentias secundum se habere entitates positivas actuales actualitate nominali) existentiam secundum se, & in statu possibilitatis ante productionem habere entitatem positivam actualem actualitate participiali: nam essentia existentiae media applicatione, quae se habet per modum actus secundi tribuit essentiae actualitatem participialem *ut quo*: ergo existentia essentialiter *ut quo*, est secundum se actualitas participialis: alias essentiae non tribueret actualitatem participialem *ut quo*.

53. Dices primò, existentiam in statu secundum se, solum esse entitatem positivam participialem *ut quo*, non vero *ut quod*. Contra est: nam existentia *ut quod* nunquam est entitas participialis: cum effectus *ut quod* solum conveniat essentia: ergo si *ut quo* est secundum se actualitas participialis, habet secundum se totam actualitatem participialem, quam potest habere.

54. Dices secundo, existentiam in statu secundum se non habere entitatem participialem in actu secundo, seu exercitio. Sed contra est: nam exercitium quod ab existentia exercetur in statu productionis, non tribuit essentia formaliter entitatem participialem: cum exercitium actus secundi solum sit causalitas, media qua existentia essentia communicat essentia proprium effectum: non aliter ac in hærentia albedinis non dealbat; sed est ratio ut albedo dealbet parietem: ergo existentia, ratione propria essentia, non est actualitas participialis; sed *ut quo*: ergo per exercitium non ei advenit actualitas participialis; sed solum est ratio ut subiecto tribuat entitatem participialem, quam existentia essentialiter habet: ergo ex se ante productionem habet totam actualitatem participialem, quam potest ipsa habere; licet subiectum *ut quod* defectu applicationis non habeat.

§. XIII.

Quintum argumentum.

55. Quintum argumentum sic

procedit. Quidquid ab alio realiter distinguitur potest esse in rerum natura absque eo, à quo distinguitur; sed essentia in rerum natura nequit esse absque existentia: ergo existentia non est ab essentia realiter distincta. ¶ Respondetur negando maiorem: nam optimè stat, quod aliquid distinguitur ab alio, & quod propter dependentiam, quam habet ab illo, non possit esse in rerum natura sine illo, à quo distinguitur: ut constat in figura, quæ realiter distinguitur à quantitate; & tamen hæc sine illa nequit esse: & in materia, quæ realiter distinguitur à forma; & tamè illa absque ista nequit esse in rerum natura.

56. Inquires pro complemento quaestionis: an existentia distinguitur ab essentia tanquam res à re, vel tanquam modus à re? Dicò, (ferè cum omnibus Thomistis) existentiam esse modaliter tantum ab essentia distinctam. Probarur. Existentia creata se habet ut terminus essentia; sed ad rationem termini sufficit ratio modi, & superfluit ratio rei: (ut constat in subsistentia creata: & in alijs terminis) ergo existentia creata solum se habet ut modus essentia creata. Maior in qua est difficultas constat ex Sancto Doctore. 3. p. q. 17. ar. 2. ubi ait: existentiam increatam verbi gerere vices existentia create respectu humanitatis Christi Domini: ergo ex mente Divi Thomæ existentia creata est terminus essentia: aliàs nõ posset ab exist-

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

existētia Verbi suppleri: cum huic repugnet conceptus formæ informantis.

57. Obijcies ex Sancto Doctore opusc. 42. tract. de substantia, ubi sit ait: *esse essentia, & esse actualis existentie differunt realiter, ut duas diverse res: ergo ex mente D. Thomæ existentia distinguitur ab essentia sicut res à re, & non sicut modus à re.* ¶ Respondetur Divinum Thomam in præsentia accipere rem pro realitate: in quo sensu existentia etiam si sit modus est res distincta ab essentia; idest, est realitas alia ab essentia: & quod hæc sit mens Divi Thomæ colligitur ex eo quod pluribus in locis docet esse essentia distingui ab essentia ut modus à re.

QVÆSTIO III.

An materia prima habeat existentiam partialem ab existentia formæ distinctam?

§. I.

Status questionis.

1. **S**upposita distinctione reali modali existentia ab essentia, inquiri an compositum substantiale existat per simplicem, & indivisibilem existentiam; an vero per existentiam compositam, ex duplici existentia partiali: ita ut existentia totius sit una non per simplicitatem, sed per compositionem, ad eam modum quo ens na-

turale est unum *unitate compositionis*, & non *unitate simplicitatis*? Ex quæstione antecedenti constat, hanc difficultatem non habere locum in sententia Patrum Societatis, qui nullam admittunt realem distinctionem inter essentiam, & existentiam: nam materia adhuc in eorum, (sicut in omnium) opinione, habet entitatem distinctam ab entitate formæ: ac per consequens existentiam distinctam ab existentia formæ. Verum tamen ipsi contrariam sententiam, gratia disputationis, admittunt, ut huic locum præbeant.

§. II.

Referuntur sententia.

2. **P**rima, in hac re, sententia materia partialem tribuit existentiam, ab existentia formæ partialiter condistinctam. Ita Scotus cum sua schola in 1. dist. 12. q. 2. Gabriel. Gregorius. O Kam. & ceteri Nominales, in eodem loco. Fonseca. 1. Metap. cap. 7. q. 1. Rubio, tract. de materia prima, q. 3. Suarez, disput. 13. sect. 4. & 3. p. q. 6. disput. 17. sect. 2. Pereirus, lib. 5. Philosophia, cap. 10. Tolertus. 1. Physicorum. q. 13. & ferè omnes Societatis Doctores.

3. Secunda, ex diametro opposita, negat materia primæ partialem existentiam; & solum ei concedit existentiam à forma, & à toto composito emendicam. Ita Boetius opusc. de unitate, & vno. Divus Bona-

Bonavent. in 2. dist. 22. Capreolus in 2. q. 13. Caietanus de ente, & essentia, cap. 5. q. 8. Ferrara 1. contra Gentes, cap. 4. & 1. physic. q. 11. Soncinas. 7. Metap. q. 17. & lib. 8. q. 1. & est communis inter Doctores, quicum Magistro Angelico docent existentiam esse realiter ab essentia distinctam. In huius fauorem, sit.

§. III.

Conclusio.

4. **M**ateria prima non existit per existentiam partialem, (ab existentia formæ adæquatè, & ab existentia compositi inadæquatè) distinctam; sed existit per existentiam formæ, & compositi. ¶ Probaturs primò ex Diuo Thoma. 1. 2. quæst. 94. art. 15. ad 2. ubi sic ait: *idem est esse formæ, & materiae, & hoc est esse compositi*: ergo ex mente D. Thomæ materia solum existit per existentiam formæ, & compositi: aliàs non esset idem esse formæ, & materiae, & compositi.

5. Ut ratione probetur conclusio, nota, quod illa dicuntur vnum secundum essentiam, seu constituunt à parte rei vnicam essentiam, quæ licet à parte rei distincta sint; tamen, vt vnita sunt, habent vnicum esse, & existere; & non possumus assignare rationem quare ex materia, & forma substantiali fiat vnum per se, & non ex materia, & forma acci-

dentali, nisi quia materia, & forma substantialis vnica habent vnicum esse, seu existere commune: & materia, & forma accidentalis, adhuc vnite, non habent vnicum, sed duplex esse, seu existere: imò vix possumus intelligere ea, quæ realiter distinguuntur, aliquomodo esse vnum, nisi in ordine ad aliquid vnum commune vtrique: vt album, & dulce dicuntur vnum; quia subiectum est vtrique commune: vt constat in lacte: & similiter illa dicuntur vnum secundum continuationem; quorum continuatiuum est vnum vtrique commune: & quod magis est, illa dicuntur vnum secundum rationem, quorum ratio, & cognitio est vna; & indiuidua eiusdem speciei dicuntur vnum secundum rationem, quando vnico actu, & cognitione attinguntur: ergo illa debêt dici vnum secundum essentiam, quotû esse, & existere est vnum vtrique commune: vtrique quia essentia dicit habitudinem transcendentalem ad esse, seu existere: ergo illa quæ sunt, & constituunt vnâ essentiam, dicunt habitudinem transcendentalem ad vnum esse.

6. Hoc supposito probatur primo ratione nostra assertio. Ex materia, & forma constituitur vnica essentia absolutè, & simpliciter: ergo idem est existere materiae, formæ, & compositi. Constat hæc consequentiâ ex supradictis: nam vna essentia solum respicit vnum esse, seu existere.

7. Dices, eandem existentiam;

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

ex partialibus existentibus compositam, esse communem materię, formę, & cõposito: cum quo stat, materiam propriam, & partialem habere existentiam. ¶ Sed contra est: quia quamuis illa existentia sit vna per compositionem, saltem est verum dicere; quod est materię, formę, & cõposito communis: vt patet in supradicto exemplo de albo, & dalei, quorum subiectum; scilicet, lac, est vnum per compositionem; & tamen secundum se totum, est vtrique commune: ergo licet existentia hominis v. g. sit composita, debet esse animę, corpori, & cõposito, secundum se totam, communis: alias non posset dici communis; si secundum alteram partem esset propria materię; & secundum aliam esset propria formę: vt videre licet in albo, & nigro, quę non dicuntur vnum subiecto, si reperiuntur in eodem homine secundum diuersas partes; quia subiectum secundum illam partem, taliter est subiectum albedinis, vt non sit subiectum nigredinis: vnde absolute non dicimus album esse nigrum; sed album secundum vnā partem; esse nigrum, secundum aliam.

8. Secundò probatur ratione. Existentia est actus secundus materię; sed omnis potentia materialis prius recipit actum primum, quam secundum: ergo materia prima ordine receptiuo prius recipit actum primum, & formalem, per quem est in specie completa, quam actum secundum &

accidentalem; sed existentia est actus secundus, & accidentalis materię: cum hæc in ordine ad illum non accipiat speciem: ergo materia solum existit per existentiam formę. ¶ Confirmatur. Vt constat ex vulgari axioma, *natura prius est ad esse, quam ad operari*: ergo similiter materia prius ordinatur ad esse essentię, quam ad esse existentię. Consequencia probatur. Ex eo prius ordinatur natura ad esse, quam ad operari: quia actus essendi est magis intraneus, ac actus operandi; sed actus formalis essendi est magis intraneus materię, quam actus existendi: ergo natura prius tribuit materię actum formalem, qui est actus essendi, quam vltimam actualitatem, quę est actus existendi: ergo materia media forma existit: ac per consequens per formę existentiam.

9. Probatur tertio. Existentia non est id, per quod res est formaliter extra causā; sed per quod est formaliter extra omnes suas causas: (vt constat ex quæstione antecedenti) sed de existentia id verificari non posset, si immediate adueniret materię primę: vti quę pro illo priori solum esset extra causam materialem; non verò extra formalem: ergo vt sic, non esset vltima actualitas rei, vel materię: cum vt sic, sit in potentia ad aliam actualitatem; scilicet, ad formalem. ¶ Confirmatur hæc ratio. Si materia prima haberet propriam existentiam, distinctam ab existentia formę, quę

quæ simul cum ipsa existentia formæ constitueret unicam, & totalem existentiam, absque dubio existentia materiæ primæ se haberet vt subiectum, & potentia; & existentia formæ, vt actus, & forma; sed hoc implicat absolutè: ergo & illud, ex quo sequitur. Maior constat ex modo explicandi oppositam sententiã. Minor probatur: nam quæcumque existentia est essentialiter vltima actualitas, sed implicat vltimam actualitatè esse potentiam actuabilem per vltiorem actum: ergo etiam implicat existentiam materiæ primæ habere potètiã, vt actuetur per existentiam formæ: quia esset, & non esset vltima actualitas; quod inuoluit implicationem, & cõtradictionem: esset vltima actualitas: quia supponitur: non esset: quia esset in tali casu actuabilis per existentiam, & actualitatem formæ: & quod est actuabile, non est vltima actualitas.

10. Responderi potest primo, materiam, ordine intentionis, esse potètiã immediatã formæ substantialis; nõ verò, ordine executionis; in quo materia prima prius recipit existentiam, quam formam substantialem; iuxta illud Philosophi; *quod est primum in intentione, est in executione posterius.* ¶ Contra est: nam forma substantialis, ne dum ordine intentionis; sed etiam executionis ordine, est primus primæ potètiæ actus: cum ex illa, & ex materia debeat fieri in ordine executionis vnũ per se primum: ergo

materia in vtroque ordine prius respicit formam substantialem, quã actum existentialem. Ad dictum Philosophi responderetur, distinguendo antecedens: quod est primum in intentione est posterius in executione, quando id quod est posterius se habet per modum mediij, concedo antecedens: quando se habet per modum accidētis cõsecuti, nego antecedens: & consequentiam: nam existentia respectu materiæ non est medium ad receptionem formæ; sed potius è contra. Constat hoc in eadẽ materia prima, quæ in intentione prius ordinatur ad formam substantialem, quã ad accidētia physica; (videlicet, ad quantitã, albedinẽ, &c.) & tamen in executione prius recipit formã substantialem, quã quantitatem, propter rationẽ insinuatã: quia accidētia physica in nullo ordine se habent vt media ad receptionem formæ substantialis.

11. Responderi potest secũdo existentiam talẽ, ex partialibus compositã, esse vltimum actum essẽtiæ; non verò existentiam partialem materiæ immediatè materiam actuãntem. ¶ Sed contra est primo: nam si existentia materiæ non est vltimus essẽtiæ actus; ergo hæc non est existentia: cum hæc (secundum Philosophum, & D. Thom.) essentialiter sit vltimus essẽtiæ actus. ¶ Contra est secundo: nam hæc existentia totalis, ex partialibus composita, nec est vna unitate per accidens (vt aduersarij admittunt) nec unitate per se; ergo nõ debet

Disputatio tertia. Questio tertia.

bet admitti. Quoad secundá partem probatur antecedens primo: quia etiam si eadem res in diuerso genere possit esse actus, & potentia: (vt constat in forma substantiali, quæ in genere accidentali est potentia existentia, & subsistentia: & in genere essendi est actus materia) tamen in eodem genere nequit esse actus, & potètia; sed existentia in genere existendi est actus: ergo in genere existendi nequit esse potentia. Secundo probatur idem antecedens. Existentia, ex suo ultimo, & essentiali conceptu, est simpliciter actus; sed actus, vt actus, nequit cõtrahi vltèrius per potètiam: ergo existentia materia, vt existentia est, nequit se habere vt potentia ad existentiam formæ: vt aduersarij concedunt.

¶ Cõtra est tertio: nam existentia potentialis, (quæ in opinione contrariorum se habet ex parte materie) nequit recipere aliquem effectum ab existentia actuali, quæ se habet ex parte formæ: cum illam nõ reddat extra causas, vel existètem: ergo existentia potentialis materie, (distincta ab existentia actuali formæ) non debet admitti: cum implicatorium sit, quod actus sit in potentia receptus, & quod ei non tribuat aliquem effectum.

§. IV.

Primum argumentum oppositæ sententiæ.

12. **P**rimum primæ sententiæ sic procedit. Actionis pro-

ductiua terminus non solum est essentia; sed etiam existentia; sed forma non producitur per actionem, per quam producitur materia prima: vtique quia hæc per creationem; illa verò per generationem producitur: ergo existentia materie est ab existentia formæ distincta: ergo materia, vt terminus actionis creatiua, accipit existentiam distinctam ab existentia, quam accipit forma, vt terminus actionis eductiua.

13. Si dicas: materiam, in prima rerum productione, non fuisse productam actione distincta ab actione per quam fuit forma, & compositum productum. ¶ Contra infirgam primo: nam (in probabilissima opinione) in prima rerum productione, materia fuit creata, & compositum cum forma genitum: ergo eadem actione qua materia fuit creata, non fuit forma producta. ¶ Contra est secundò: nam Deus potest denuò creare materiam, non creato, sed genito composito: vt constat in generatione vermium ex speciebus sacramentalibus corruptis: vbi (in opinione probabilissima) materia prima denuò creatur, vt ex illa ab agente naturali forma substantialis educatur: ergo saltem in illo casu materia non fit ab actione, à qua fit forma.

14. Thomistæ qui defendunt, essentiam ratione sui non esse productam; sed solum ratione existètiæ, difficiliter possunt instantijs adductis, (& alijs à me infra addu-

cedis) respondere. Vt ergo argumento, & instantijs respondeā, nota actionem productiuam materiae, v. g. indispensabiliter non terminari ad productionem existentiae, nec ad productionem materiae, & existentiae simul; sed abstrahere ab hoc quod est producere materiam, & existentiam, media forma essentialiter requisita; & ab hoc quod est producere materiam sub existentia ab alia actione producta. Ratio huius est: nā existentia non est ratio formalis productionis materiae; sed solum conditio ad materiae productionē necessaria, quae potest ab alio quam ab agente materiam create produci. ¶ Explicatur hoc in approximatione ab igne per modum conditionis requisita ad lymphae calefactionem, quae multoties nō causatur ab igne; sed ab alio agente extrinseco: sic licet entitas materiae primae non possit produci sine existentia, quae est conditio indispensabilis ad illius productionem; tamen non est necessarium, quod ab actione creatiua materiae fiat existentia; sed quod ab illa media forma, vel quod ab alia formaeeductiua producat in eodem instanti in quo materia producit. Haec doctrina sic explicata in alijs locis debet admitti, & defendi à Thomistis: nam in generatione temporali Verbi Diuini; actio generatiua qua Virgo Mater Virginem filium generauit, non produxit existentiam: cum in opinione Diui Thomae existat humanitas

Christi Domini per existentiam increatam Verbi Diuini: ergo ad hoc vt actio sit productiua, & terminus productus ab actione, non est necessarium, quod actio rem, & existentiam producat; sed solum quod rem sub existentia producat. Constat etiam in actione creatiua, qua anima Christi Domini fuit creata, quae non produxit existentiam: cum sit per existentiam Verbi existēs: ergo optime stat, quod ab actione producatur essentia, absque eo quod ab illa producatur existentia.

15. Quibus suppositis, admitto (disputationis gratia) materiam in prima productione esse productam per actionem distinctam, ab ea, per quam forma fuit producta: & distingo maiorem: terminus actionis productiuae non solum est essentia, sed existentia; terminus formalis, conditionibus affectus, concedo maiorem: terminus formalis, à conditionibus abstractus, nego maiorem: & consequentiam: nam actio productiua materiae nō defectu virtutis; sed quia iam habuit existentiam productam ab actione formaeeductiua; ideo cum materia, non produxit formam, & illius existentiam. ¶ Per quod patet ad primam, & secundam instantiam: quia in casu quo Deus de nouo produceret materiā: tunc forma non à Deo; sed ab agente naturali esset producta: quia in tali casu illa actio solum terminaretur ad productionē materiae, sub existentia, ab agente naturali in eodem

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

dem inſtãti communicata forma, & materia: nã non eſt opus, quod illa quæ diuerſis actionibus produciuntur, diuerſas habeant exiſtẽtias: quia vnum poteſt produci, exiſtens per exiſtentiam alterius iam producti: ſicut cum produci- tur albedo in ſubiecto iam exiſtẽte, neceſſe eſt produci albedinem extenſam; ſed non per extenſionem de nouo productam; ſed per extenſionem in ſubiecto præexiſtentem. Materia igitur prima, in prima rerum productione produ- cta cum forma, exiſtit formaliter per exiſtentiam totius tunc produ- cti; poſtea vero, (cum totum il- lud fuit corruptum, & aliud de nouo fuit genitum) exiſtit per exiſtentiam illius totius de nouo produ- cti. Vnde à principio mundi vs- que nunc, eſt verum dicere, mate- riam primam ſemper exiſtere; non tamen eſt verum dicere materiam primam ſemper exiſtere per vnã, & eandem exiſtentiam: nam cum exiſtit conſtituens ignem; exiſtit per exiſtentiam ignis: & cum exiſtit conſtituens aërem, exiſtit per exiſtentiam aëris; non ſecus ac ſi Deus ab aliquo corpore auferret quantitatem, quam habet, & non- nam aliam tribueret: corpus ſem- per eſſet in loco; non tamen ſem- per eſſet per eandem quantitatem.

16. Dices. Actio productiua ma- teriæ ponit materiam extra om- nes ſuas cauſas: ergo actio quæ producit materiam, & nõ formam, communicat ei exiſtentiam par- tialem: aliàs illam extra omnes nõ

conſtitueret. ¶ Reſpondetur diſ- tinguenſe antecedens: actio pro- ductiua materiæ ponit illam extra omnes ſuas cauſas, per exiſtẽtiam ab actione productiua forme pro- ductam, concedo antecedens: per exiſtẽtiam ab illa productam, ne- go antecedens: & conſequẽtiam: nam (vt dixi) de ratione actionis productiue non eſt quod producat rem, & exiſtẽtiam ſimul; ſed quod illam rem producat ſub exiſtẽtia, vel ſub ratione formali qua conſtituitur extra omnes ſuas cauſas.

17. Replacabis. Quia ſunt diſtia- ctis productionibus habent diuer- ſas exiſtẽtias: vt cõtrat in homi- ne, & leone, diſtinctis produ- ctionibus factis: ergo materia creata per productionẽ diſtinctam à pro- ductione formæ exigit diuerſam exiſtentiam. ¶ Reſpondetur di- ſtinguenſe antecedens: quæ ſunt diſtinctis productionibus *comple- tis*, habent diuerſas exiſtẽtias con- cedo antecedens: *incompletis*, nego antecedens: & conſequẽtiam: nã productio materiæ (in ſententia admiſſa) non eſt totalis; ſed par- tialis; & ſic terminus illius nõ exi- git exiſtentiam partialem, ab exi- ſtentia totius diſtinctam.

18. Nõ quieſces. Exiſtẽtia debet proportionari entitati exiſtẽti; ſed ens naturale exiſtens eſt compoſi- tum: ergo exiſtentia entis natura- lis debet eſſe compoſita: aliàs non eſſet ab exiſtentia Angeli, & enti- tatis ſimplicis diſtincta. ¶ Reſpõ- detur cõcedendo maiorem: & mi- norem: & diſtinguẽdo conſequẽs: *exi-*

existentia entis naturalis debet esse composita formaliter, vel virtualiter, concedo consequentiam: formaliter saniam, nego consequentiam: nam sicut continuatum quantitatis proportionatur cum partibus quantitatis: quia est virtualiter diuisibile; sic existentia cum partibus entis naturalis: quia est virtualiter, seu æquialenter, composita: per quod patet ad instantias Angeli, & entitatis simplicis: nam hæc utraq; indiuisibilitate est indiuisibilis. Adde, hoc argumentum debere solui ab aduersarijs: nam in eorum opinione subsistentia Verbi Diuini, (quæ omni caret compositione reali, & formali) humanitatem Christi Domini reddit cum proportionem subsistentem; imò & subsistentia creata, quæ simplex est, reddit ens naturale compositum cum omni proportionem subsistens.

§. V.

Secundum argumentum.

19. **S**ecundum argumentum sic procedit. Materia prima est causa materialis formæ, & compositi: ergo est prior forma, & composito; sed prout prior, est existens: tum quia ut sic est causa materialis formæ: tum quia quod nõ existit, est nihil actu, quod non potest habere prioritatem, seu posterioritatem, iuxta illud Philosophi, nõ entis non sunt passionis: ergo prout prior, existit per existentiam

distinctam ab existentia formæ in alio posteriori habita. ¶ Confirmatur. Forma educitur ex potentia materia; sed non potest educi ex materia nõ existente: ergo necessario educitur à materia existente; sed ut subiectum educationis est prior forma: ergo ut sic est existens; non per formæ existentiam, quæ in illo priori non est: ergo per existentiam partialem ab existentia formæ distinctam. ¶ Hoc argumentum manet solum ex questione antecedenti: sed ut lucem adæquatam huius, & illius questionis habeas; reuoca in memoriã doctrinam ibi traditam: nam (ut dixi) materia solum est prior forma prioritate causalitatis, seu dependentiæ; quæ alio nomine prioritas à quo solet appellari; non vero prioritate temporis, seu durationis, quæ prioritas in quo nominatur: quare idem est dicere materiam primam esse priorem prioritate à quo formam, & composito, ac dicere, esse causam materialem, à qua dependet forma, & compositum. Vnde quando arguens dicit materiam primam esse pro aliquo priori productam, & existentem, est distinguendum quoad secundam partem: nã materia pro illo priori solum est existens specificatiuè, absquè eo quod in illo priori exprimat existentiam; quam de materiali habet. Ratio est: nam pro illo priori, solum debet exprimere rationem formalem recipiendi, quæ est materia, & non existentia, per modum conditionis requiritæ. Sed

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

maximè notandum est, ne propter prioritatem causalitatis, seu à quo tribuas materiæ prioritatem existentia, seu *in quo*: quod licet materia specificatiuè existens per existentiam formæ, sit prior forma; tamen nõ est prior illa, vt existens: quia, vt existens, reduplicat existentiam per modum rationis formalis, per se ad receptionem requisitæ: quod est in philosophia falsum: nam existentia, cum sit forma, non est ratio recipiendi; licet receptionis sit conditio. Quibus suppositis respondetur ad argumentum, concedendo primum enthymema: & distinguendo minorem subsumptam claritatis gratia: materia, vt prior, est existens *specificatiuè*, concedo minorem: *reduplicatiuè*, nego minorem: & consequentiam: nam (vt constat ex notabilibus) pro illo priori, solum est *specificatiuè* existens ab existentia formæ pro illo priori non intellecta. ¶ Ad confirmationem cõcedo totum syllogismum, in sensu specificatiuo: & distinguo minorem subsumptam: vt est subiectum educationis antecedit formam prioritate à quo, concedo minorem: prioritate *in quo*, nego minorem: & consequentiam, propter rationes assignatas.

§. VI.

Tertium argumentum.

20. **T**ertium argumentum, de sumptum ab inconueniē-

ti, ne se habet. Si materia existeret per existentiam formæ, & compositi, generaretur quoties generantur formæ, & composita; & similiter corrumpetur, quoties formæ, & composita corrumpuntur; sed hoc implicat: cum materia sit ingenerabilis, & incorruptibilis: ergo & id ex quo sequitur. Probat sequela. *Corrumpi*, est amittere existentiam, & *generari*, est eam accipere; sed per aduētum noua formæ collocatur materia sub noua existentia; & per illius destructionem amittit existentiam præhabitam: ergo ex nostra conclusione sequitur inconueniens maioris.

¶ Confirmatur. In tantum forma corrumpitur, in quātum amittit existentiam; & in tantum generatur, in quātum de nouo illam accipit; sed de materia existente per existentiam formæ verificatur, quod successiuè amittat, & acquirat existentias: ergo & quod sit corruptibilis, & generabilis. ¶ Ad argumentum respondetur, negando sequela. Ad probationem distinguo antecedens: *corrumpi*, est amittere existentiam absolute, & simpliciter concedo antecedens: secundum quid; id est, hanc, vel illam conseruando semper aliquam nego antecedens: & consequentiam: nam ex eo quod materia amittat existentiam cõpositi corrupti, nec sequitur, quod corrumpatur: cum ei succedat existentia cõpositi geniti, absque eo quod sit pro aliquo instanti sine aliqua existentia: nec sequitur, quod de nouo

nouo producat; nā ad hoc erat opus, quod absolutè transiret de non esse essentiali, actuali, & existenti, ad esse essentialē, actualē, & existentiale. Materia autem per aduentum nouæ formæ non transit de non esse essentiali, actuali, ad esse essentialē, actualē; nec de non esse existenti, absolutè, & simpliciter ad esse existentiale, absolutè, & simpliciter; sed solum de uno esse existenti ad aliud existentiale. Per quod patet ad confirmationem; nam ratio quare forma esteducta, nō est præcisè; quia accipit existentiam; sed quia illam absolutè, & totaliter de nouo accipit, supponendo carentiam alterius; & etiam esse essentialis actualis: quod non inuenies in materia prima; etiā si de nouo sit sub existentia alterius formæ.

21. Dices primò. Effectus formalis existentia est ponere rem extra omnes suas causas: ergo noua existentia de nouo ponit rem extra omnes suas causas: ergo supponit nō esse illius extra suas causas: cum effectus formæ formam non antecedit. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: effectus formalis existentia est constituere rem extra omnes suas causas absolutè, & simpliciter, seu in prima rerum productione, concedo antecedens: ex suppositione alterius existentia, seu in secunda rerum productione, nego antecedens: & consequentiam: nam in secunda rerum productione, in qua iā materia fuit extra omnes suas causas,

existentia de nouo adueniens non ponit absolute materiā extra omnes causas; sed illam extra illas conseruat: vnde licet existentia ex se extrahat rem extra omnes causas; tamen per accidēs si res est iam extracta, non extrahit; sed conseruat extractam communicando illi vltimā actualitatē: nec ex hoc sequitur, quod illius essētia varietur: nā existentia essētia non consistit in hoc, quod est extrahere *ut quod* rem extra omnes suas causas; sed in hoc quod est extrahere *ut quo*, vel in hoc quod est esse rationem formalem extrahendi: quod valet etiam instari in exemplo actionis intensiua; quæ licet ex se sit qualitaris productiua; tamen quia iam supponit productam, per actionem alteratiuam illam non producit; sed solum intendit.

22. Dices secundò. Existentia per quam existit materia in secunda rerum productione, est genita; sicut ipsa forma: ergo materia existens per illam est genita, &educta. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negādo consequentiam: nam generatio exigit ex se dependentiam à subiecto; & materia non dependet à subiecto; etiam si eius existentia dependeat: non aliter ac in prima rerum productione (in opinione plurium) est existentia concreata cum ipso composito, dependenter à subiecto; quamuis materia talem non habeat dependentiam.

Disputatio tertia. Quaestio tertia.

§. VII.

Quartum sic procedit. Materia prima hominis nequit existere per existentiam formae: ergo nec materia aliorum entium naturalium. Antecedens probatur. Existencia animae rationalis est spiritualis, sicut ipsa anima; sed materia ut materialis nequit per existentiam spirituales existere: cum hęc nullam habeat proportionem cum materia: ergo materia prima hominis non existit per formę existentiam. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem concedo maiorem; & nego minorem: nā si materia hominis potest cum proportione sufficienti informari ab anima spirituali: quare media hac non poterit existere existētia spirituali: præcipuè cum proportio non debeat esse in esse entis; sed in esse termini.

24. Dices. Subiectum spirituale nequit recipere formam materiales: ergo nec materia quae materialis est, potest recipere formam spirituales: utique quia æqualis proportio requiritur inter subiectum, & formam, ac inter formam, & subiectum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam subiectum spirituale nequit informari ab accidenti, vel forma imperfectiori: cum ex se non sit informe, seu perfectibile per illam: attamen subiectum materiale potest à forma spirituali accipere maximam per-

fectionem: & ideo formaliter potest ab illa informari. ¶ Cōsulto dixi *formaliter*: nā virtualiter subiectum spirituale potest à forma materiali informari: ut constat in anima rationali, quae (in opinione probabilissima) *virtualiter* est in loco circumscriptionis, ratione quantitatis.

25. Iterum dices. Existētia quae in secunda productione advenit materiae est numero distincta ab existētia prima productionis: ergo materia prima quae est in secunda productione non est eadem numero, quae fuit in prima. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo primum consequens: non est eadem numero materia *positivè*, concedo consequentiam: *negativè*, nego consequentiam: nam ex adventu novae formae, & novae quantitatis amittit unitatem numero positivam, quam in primo composito per ordinem ad diversam quantitatem habebat; at verò non amittit unitatem numero negativam: quia non est alia entitas potentialis, quae est sub forma generati, & alia quae sub corrupti forma perseverat.

QVÆSTIO IV.

An materia divinitus possit existere sine formae substantialis consortio?

§. I.

Referuntur sententiae, & assignatur conclusio.

1: In hac difficultate partem affirmam.

An materia diuinitus possit existere sine forma? 46

firmatiuam defendunt omnes, qui materię parrialem concedunt existentiam. Negatiuam uerò omnes I honiſta cum suo Magistro locis infra assignandis, in huius fauorem, ſit.

Concluſio.

Implicat contradictionem materiam priam exiſtere abſque conſortio formę ſubſtancialis. Probatuſ primò ratione deſumpta ex Diuo Thoma. 1. p. q. 66. art. 1. & quod lib. 3. art. 1. ubi ex profeſſo hanc quaſtionem proponit, noſtram ſententiam defendit, eamque hac probat ratione. Implicat aliquam rem eſſe actũ, ſine actũ; ſed ſi materia prima exiſteret ſine forma ſubſtanciali deſtituta, eſſet actũ, ſine actũ: utriusque quia eſſet exiſtens abſque forma ſubſtanciali ergo de materia ſine forma ſubſtanciali exiſtente verificatur duę contradictonia uidelicet, quod ſit actũ, & quod non ſit actũ: quod per nullam potentiam poteſt verificari de eadem re.

2. Huic difficili argumento reſpondent aduerſarij, (ſuo uideri) facile, & euidenti ſolatione, dicẽdo actũm prioris propoſitionis ſtare pro exiſtentia, pro qua non ſtat actũs poſterioris propoſitionis; ſed ſolum pro forma ſubſtanciali: & ideo docent nullam contradictonem inueniri in hoc, quod materia exiſtat ſine forma ſubſtancialiam ad oppoſitionem cõtradictoniam, opus eſt, quod detur af-

firmatio, & negatio eiudem de eodem. ¶ Sed hæc ſilutio nõ eneruat Angelicę rationis efficaciam: nam implicatorium eſt materiam priam recipere existentiam, quam formam ſubſtancialem; ergo ex carentia formę ſubſtancialis optimẽ inferunt Angelicus Magiſter carentiam exiſtentia: ac per conſequẽs, quod materia ſic exiſtens, & non exiſtens: exiſtens; quia ſeppõnitur: non exiſtens; quia non eſt capax exiſtentia. Quod uerò materia nõ poſſit, nec diuinitus, creatam exiſtentiam recipere, nec in creatam, quę ſuppleat uices creatę, quin prius recipiat formam ſubſtancialem, probatur: quia nulla potentia, nec diuinitus, poteſt recipere actũm ſecundarium abſque præſuppoſitione primarij: ut cõſtat in ſubſtancia materiali; quę nec diuinitus poteſt recipere extensionẽ in ordine ad locum, quę eſt effectus ſecundarius quantitatis, abſque eo quod prius recipiat extensionem in ordine ad ſe, quę eſt effectus primarius eiudem quantitatis: & in homine, cui nequit intellectio, niſi medio intellectu cõuenire: & in omni alio ſubiecto materiali, cui nequit figura niſi media quantitate conuenire; ſed exiſtentia eſt actũs vltimus, & ſecundarius materię: ergo nequit illuſn recipere ab ſq; eo quod prius recipiat primarium; ſcilicet formam ſubſtancialem. ¶ Confirmatur, & explicatur hæc ratio: quia intellectio eſt vltima actualitas, & actũs ſecundus in eſſe intelligibili,

Disputatio tertia. Questio quarta.

à Diuo Thoma. 1. p. q. 12. art. 4. & 5. appellatus esse, seu existere in ordine intelligibili, ideo immediate nequit recipi in intellectu, nisi media specie intelligibili, quæ est prima huius ordinis actualitas; sed existentia est vltima actualitas materiæ: ergo nequit in illa recipi, nisi media actualitate prima, seu media forma substantiali.

3. Dices primo, discrimen magna non versari inter esse quod est in linea entis naturalis, & esse quod est in linea intelligibili: nam hoc cum sit actus vitalis potest esse ab intrinseco non potest ab intellectu diuina suppleri: cum hæc ab intellectu creato nequeat dimanare: at vero esse quod est in linea entis naturalis potest suppleri ab esse increato: vt admittunt omnes Thomistæ cum Diuo Thoma. 3. p. q. 17. a. 1: ergo licet esse, seu existentia, quæ dimanat à forma substantiali nequeat immediate materiæ communicari; tamen esse increatum, quod non dimanat à forma poterit ei immediate communicari. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam licet verum sit, quod existentia increata possit gerere vices existentia creatæ; tamen illas non potest gerere respectu materiæ absque eo quod hæc sit prima actualitate informata: non aliter ac licet intellectio creata possit suppleri per increatam; tamen non possit intellectui informi aduenire: vnde ratio implicationis non dimanat ex eo quod existentia naturaliter à forma dima-

net; sed ex conceptu proprio existentia, quæ ex se est vltimus actus, primum indispensabiliter præsupponens.

4. Replicabis. Data hypothese quod intellectus creatus intelligeret per intellectionem increatam, posset etiam intelligere absque specie creata: vtique quia Deus posset gerere vices speciei creatæ: ergo eodem modo poterit Deus gerere vices, nedum existentia creatæ, sed etiam formæ substantialis; vt materia absque forma existat substantiali. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam Deus potest gerere vices speciei intelligibilis: quia in suo conceptu essentiali nullam includit imperfectionem: vt docet Diuus Thomas. 1. p. q. 12. art. 4. at vero forma substantialis in suo conceptu essentiali includit imperfectionem Deo repugnantem.

5. Dices secundo. Extensio in ordine ad se potest dari absque extensione in ordine ad locum: & intellectus potest dari in ordine intelligibili absque intellectione, & specie intelligibili; etiam si vt sic in tali ordine sit pura potestas: quia quod est prius, non dependet à posteriori; sed materia prima est prior forma substantiali: ergo potest dari absque forma substantiali.

¶ Respondetur negando causalem antecedentis: nam ratio quare extensio in ordine ad se, potest dari in rerum natura diuinitus absque extensione in ordine ad locum; non

non est præcisè: quia est prior extensione in ordine ad locum; sed quia absque illa habet actualitatem existentiam capream; quod etiam potest reperiri in intellectu; qui etiam si sit pura potentia in esse intelligibili; quia in genere physico est actus physicus animæ; ideo pura potentia in genere intelligibili, materialiter potest existere ratione actus physici, cum pura potentia identificati: at verò materia prima ex se nullam includit actualitatem ad existendum sufficientem: & ideo nequit existere absque actualitate posteriori formæ substantialis: præcipue cum id quod est prius multoties dependeat à posteriori ad existendum: ut constat in forma, quæ est existentia prior; & tamen absque illa nequit existere.

6. Replicabis. Materia prima ex se est actualis actualitate entitativa; sicut intellectus ex se antecedenter ad speciem intelligibilem est actualis actualitate physica: ergo sicut ille absque forma intelligibili potest existere ratione propriæ actualitatis; sic illa absque forma physica. ¶ Respondetur negando ly *sicut*: nam intellectus potest existere absque forma intelligibili: quia ex se includit actum physicum rigorosum, & simpliciter talem, cui existentia potest aduenire: at verò pura potentia, in ordine physico, solum includit actum secundum quid potentia obiectiua correspondentem, cui existentia, quæ est actus secun-

dus rigorosus, nequit aduenire, nisi medio actu formali proprio, & rigoroso.

§. III.

Argumenta partis affirmatiuæ.

7. Primum sic se habet. Magis dependet accidentia à subiecto, quam materia à forma; sed accidentia possunt sine subiecto existere, & de facto existunt in uenerando altaris arcano: ergo diuinitus materia potest existere sine forma substantiali. Maior probatur. Totum esse accidentis est in ordine ad subiectum; esse tamen materia primæ cum sit esse substantiæ, non est ita in ordine ad formam: præcipue cum substantia sit accidenti perfectior: ergo magis dependet accidentia à subiecto, quam materia à forma. ¶ Respondetur negando maiorem; si intelligatur de dependentia in ordine ad existentiam. Ad probationem negatiuam: nam forma accidentalis licet in esse entis sit substantia imperfectior: tamen in esse actus est materia perfectior: quare diuinitus possunt accidentia, quæ rigorosè exercent rationem actus primi, absque subiecto existere: cum existentia actui primo rigoroso optimè possit aduenire: attamen materia prima essentialiter est pura potentia incapax ex se ultimæ actualitatis: & ideo magis dependet pura potentia ab actu primo ad existendum; quam forma accidentis.

Disputatio quarta. Quæstio unica.

identalis à subiecto.

8. Replicabis. Accidens dependet à subiecto *in esse, fieri, & conservari*; sed materia prima solum dependet à forma in conservari: ergo magis dependet accidens à subiecto, ac materia à forma. Respondetur distinguendo maiorem: dependet à subiecto *in esse, fieri, & conservari naturaliter*, concedo maiorem: *supernaturaliter*, nego maiorem, & minorem, intellectam de dependentiâ in ordine ad existendum: nam licet materia nō fiat ex forma, nec subsisteret in esse à forma; tamen essentialiter *in esse, fieri, & conservari* dependet ab illa ad existendum: at verò accidens nec naturaliter existit, vel insitit, (ut formalius loquar) per existentiam subiecti, nec diuinitus exigit ætually dependētiâ ab illo, ut existat. Unde etiam naturaliter loquendo magis dependet materia à forma ad existendum, quàm accidens à subiecto: nam illa existit per existentiam formæ; istud verò per inexistentiâ, ab existentia subiecti distincta n.

9. Secundum sic procedit. Partes humanitatis Christi Domini; scilicet, materia, & anima rationalis, fuerunt in triduo mortis unitæ Verbo Diuino iuxta illud; *quod Verbum semel assumpsit, nunquam dimisit*; sed in triduo mortis fuit materia unita formæ cadaveris: (nisi velis dicere Deum esse cadaver) ergo materia in hoc casu fuit sine forma substantiali existens: ergo non repugnat materiam sine for-

ma substantiali existere. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & negando minorem: nam materia Verbo unita in triduo, non fuit ab omni forma separata; sed forma cadaveris informata: in quo nullum datur inconueniens: nam eo ipso quod voluit mori voluit esse cadaver.

10. Tertium argumentum sic se habet. Forma substantialis potest diuinitus recipi in materia absque præuis dispositionibus; etiam si naturaliter illas exposcat: ergo materia diuinitus potest immediate recipere existentiam, etiam si naturaliter mediationem formæ exposcat. ¶ Respondetur cōcedendo antecedens: & negando consequentiâ: nam dependentiâ formæ substantialis à dispositionibus; solum est naturalis: & sic potest à Deo diuinitus suppleri: dependentiâ vero materiæ à forma ad existendum est essentialis, & ideo à Deo nec diuinitus potest suppleri.

11. Quartum argumentum sic procedit. Deus potest creare materiam tantum, & suspendere actionem agētis naturalis, ne in illo instanti ex illa formam educat; sed in hoc casu materia erit existens absque forma: ergo essentialiter ad existendum materiæ non dependet à forma. ¶ Respondetur negando maiorem: nam Deo repugnat impossibile; quod est velle creare materiam sine forma.

12. Quintum sic se habet. Deus habet idéam materiæ (distinctam
ab

An materia diuinitus possit existere sine forma? 48

ab idæa formæ) media qua cognoscit materiam; sed quidquid distincta gaudet idæa, & cognitione, potest à Deo sine consortio alterius produci: ergo Deus potest materiam primam sine forma diuinitus producere. ¶ In primis responderetur negando maiorem: nam ut docet Diuus Thomas. 1. p. q. 15. art. 3. ad 3. materia prima non habet idæam distinctam ab idæa cõpositi. Sed gratis hoc admisso, argumentum multum probat: nam probat de lege ordinaria posse Deum producere materiam absque forma. Sed his non obstantibus dico: Deum non posse uti idæa materię, absque eo quod simul utatur idæa formæ; quod non pro-

uenit ex defectu virtutis productiue; sed ex materię imperfectiõne: quæ, cum sit pura potentia, nõ potest immediate ab vltima actuari actualitate: non aliter ac figura nequit à Deo produci absque quãtitate; etiam si distincta gaudeat idæa, & cognitione. ¶ Solet hic dubitari an subsistẽtia realiter distinguatur à natura; & an materia prima partialem habeat subsistentiam, à subsistẽtia formę, & cõpositi distinctam? sed quia istę quæstiones manent ex dictis fere decise, & quia iam sunt in prædicamẽto substãtię agitata, ideo in præsentia ab his abstinco difficultatibus.

(..)



DISPUTATIO

Q V A R T A

DE FORMA SVBSTAN-

TIALI SEV DE SECVNDO ENTIS

NATVRALIS PRINCIPIO.

PVD omnes est notum dari in rerum natura actus, & formas substantiales, & accidentales: tum quia colligitur ex transmutationibus substantialibus, & accidentalibus: tum quia diuersæ proprietates diuersas exposcunt radices substantiales; sed talis diuersitas non oritur ex materia, quæ in omnibus generabilibus est eadem: ergo oritur ex diuersis formis substantialibus, quæ diuersos inferunt actus accidentales: ergo in rerum natura dantur actus, tam substantiales, quam accidentales. De omnibus præsens excitatur disputatio; & præcipue de substantiali radice secundi principij entis naturalis constitutina.

QVÆSTIO VNICA.

*An formæ substantiales materiales
sint in omni productione de po-
tentiâ materiæ educæ?*

§. I.

*Prænotantur aliqua pro tituli, &
questionis luce.*

1. **P**RO questionis luce, nota primo, ex Parente Anselmo in Monologio, cap. 6. actionem diuidi in eductiuam, & creatiuam, his verbis. *De omni quod fecit sine dubio, aut fecit ex aliquo, uelut ex mate-*

ria, aut ex nihilo: eductio ergo iuxta hanc doctrinam est productio entis ex aliquo præsupposito subiecto: Creatio uero est productio entis ex nullo præsupposito subiecto. Nunc ergo quod inquirimus est: an formæ substantiales materiales fiant ex præsupposito subiecto: & ex consequenti: an accidentales naturales, vel supernaturales, ex eadem fiant subiecti præsuppositione?

2. Nota secundo duplicem esse in essentia potentiam, ad accidentis receptionem; *naturalem* vnam, in ordine ad accidentia naturalia; *obediens* aliam, in ordine ad accidentia supernaturalia; respec-

Et quorum naturalis essentia nul-
lam habet naturalem inclinatio-
nem: nam ex eo supernaturalia ap-
pellantur, quia sunt supra totam
inclinationem naturæ creatæ, &
creabilis, secundum quam acci-
dentia naturalia ab agente natu-
rali petunt causari. ¶ Hæc ergo
difficultas non solum procedit de
formis substantialibus in secunda
generatione productis; sed etiam
de ipsis ut in prima mundi creatio-
ne productis.

§. II.

Antiquorum placita.

3. **P**rimus in hac re opinandi
modus asserit formas mate-
riales educi de potentia materiæ,
in quantum ipsæ præexistebant in
materia secundum aliquos gradus,
per educationem ab agente natura-
li perficiendos, per reliquorū gra-
dum aduentū. Sic Aureolus apud
Durandum in 2. dist. 18. à quo mo-
do sentiendi parum distat Alber-
tus Magnus, tract. 3. physic. c. 25.
qui defendit, formam materialem
esse in materia antecedenter ad
educationem, secundum aliquod
esse inchoatum, & imperfectum,
quod postea per educationem per-
ficitur, secundum esse existētiale:
esse autem inchoatum appellatur
ab isto Auctore esse essentielle.

4. Sed hi modi iā sunt ab scho-
lis reiecti, primò: quia ut constat
ex dictis, materia prima, ante edu-
ctionem, est pura potentia ex se,

omnem excludens actum forma-
lem: ergo ante educationem formæ
substantiales non sunt in illa, nec
quoad aliquos gradus, nec quoad
aliquod esse inchoatum, seu essen-
tiale: aliàs ante quam componeret
cum forma educenda haberet in-
finitas cōpositiones: quia inchoa-
tiones omnium formarum, sicut
formæ ab illa educibiles, sunt syn-
cathegorematicè infinitæ.

5. Nec valet dicere, esse in mate-
ria unicam tantum inchoationem
omnium formarum, quæ postea,
per virtutem diuersorum agentū,
diuersimodè completur. ¶ Non
(inquam) valet: tum quia formæ
essentialiter diuersæ debent ha-
bere inchoationes formaliter di-
uersas: tum quia illa inchoatio de-
beret essentialiter distingui à cō-
plemento omnium formarū, quod
postea producitur virtute agētis:
nam forma, cum completa sunt,
essentialiter dicuntur diuersæ: er-
go cum eadem inchoatio non pos-
sit essentialiter conuenire cum re-
bus essentialiter diuersis: erit ab
omnibus illis essentialiter diuer-
sa: quia non possumus intelligere
omnes formas esse eiusdem ratio-
nis cum inchoatione adæquatè, &
absolutè; & inter se esse diuersæ
rationis: nam *quæ sunt similia ada-
quatè, & simpliciter, eidem tertio, sunt
etiam inter se similia.*

Rursus: quia vix potest intel-
ligi, quomodo inchoatio ista per-
ficiatur: nam in primis non perfi-
citur *per intensiōē*, sicut calor per-
ficitur, cum intensitur: quia (ut

Disputatio quarta. *Questio unica.*

dixi in predicamento substantiæ) formæ substantiales nõ suscipiunt magis, & minus: præterea id quod perficitur per intensiõnem, cum intenditur, dicitur absolutè productum: vt constat in exemplo supra allato: nec perficitur *per extensionem*: quia quod per extensionem perficitur absolutè, etiã non producitur; sed augetur: ergo cũ producitur equus, aut forma equi, nõ perficitur absolutè forma, quæ secundum inchoationem præexistebat in materia; sed adæquatè tota forma educitur de potentia subiecti. Nec effugitur inconueniens, quod hæc sententia intèdit euitare: videlicet, quod forma producatur ex aliquo sui. Nã de illo quod postea aduenit, complens talè inchoationem, possumus inquirere; an fiat ex nihilo sui, vel ex aliqua parte sui? si hoc secundum dicatur: iam nõ solum debet præcedere inchoatio formæ; sed aliquid alterius partis complementis: & de altera parte possumus idem inquirere procedendõ in infinitum. Si dicatur primum: sicut illud complementum non creatur, quamuis nihil illius præcedat in materia, possumus nos etiã dicere formã absolutè non creati; quamuis nihil illius præcedat in materia: quia præcedit materia ex cuius potentia educitur.

6. Dices; complementum illud fiet ex aliquo sui: & cõsequenter nõ creati: nam id quod aduenit, cõstituit unicam, integram, & perfectam formam, simul cum inchoa-

tione præexistente; atque adeo inchoatio dicitur aliquid complementi. ¶ Contra tamen est: nam propter eandem rationem posset etiã dici formam integram non creati; licet non precedat inchoatio illius: quia simul cum materia præexistente constituit unicam essentiam, & entitatem, cuius inchoatio potest dici materia; & complementum, forma: & consequenter forma, cum sit ex præsupposita materia, non sit absolutè ex nihilo; sed ex aliquo quodammodo sui.

7. Secundõ. Formæ substantiales, secundum perfectiones graduales, sunt realiter indiuisibiles: ergo implicatoriũ est, quod realiter sint in materia quoad gradus imperfectiores, & potentialiores: & quod in illa non sint quoad gradus perfectiores, & actualiores: præcipuè cum (secundum Philosophum) *separatio sit signum euidens distinctionis.*

8. Tertiõ. Quia formæ, quæ sunt in materia, (quoad essentiam, & non quoad existentiam) vel sunt *actu* in illa, vel *in potentia* tantum: si secundum: ergo actu nihil formæ est in materia: si primum: ergo iam cum illa actu efficiant infinitas compositiones; ac per consequens iam est actu in materia, quod ab agente ex materia debet educi.

9. Secundus opinandi modus, supponit formam materialem realiter non distingui à materia prima; vt sic educationem formæ ab illa

illa saluaret. Sic Richardus quod lib. 1. q. 5. a. 1. Sed iste modus sentiendi non potest sustineri: tum propter suppositionem: tum quia omnes formæ essent creatæ ad materiæ creationem: cum eadem res non possit creari, & non creari, secundum diuersas formalitates (vt dixi in Logica, disp. 3. q. 3.) tum quia educationem è medio tollit: cum idem à seipso non possit educi.

§. III.

Quid sit eductio.

10. Omnes fere Thomistæ explicant educationem formæ, per hoc quod forma contineatur in potentia materiæ, tanquam in causa materiali; vel per hoc quod in esse, fieri, & conseruari, dependeat à materia: ita vt forma materialis naturaliter, nec esse, nec fieri, nec conseruari possit sine subiecto materiali, quod debet reduci ad actum per actionem transmutatiuam.

11. Subtilissimus verò Vazquez defendit dici eductam: quia actione distincta ab ea à qua materia creatur, sit dependenter ab illa. Hanc viam sequitur insignis Thomista Sapientissimus Magister Lerma.

12. Sed vt scopum veritatis attingas, nota primò, ex D. Tho. 1. p. q. 45. a. 4. o. actionem productiuam per se terminari ad totius productionem; licet per accidens possit ad partem illius terminari.

Tom. 1. pars 1.

13. Nota secundò, duplicem esse transmutationem ad educationem indispensabiliter requisitam; *physicam* vnam; & *metaphysicam* aliam: *physica* supponit pro aliquo priori *in quo*, seu *temporis*, priuationem formæ in materia: *metaphysica* verò non supponit materiam pro aliquo priori *in quo*, seu *temporis*, cum priuatione formæ; sed solum pro priori *à quo*; in quantum pro illo priori intelligitur materia, non intellecta forma; ad quã (nostro modo intelligendi) est materia ordinata. Hanc doctrinam accipit ex complutensibus, & ex Magistro Lerma. Et quod ferè ab omnibus debeat admitti Thomistis, probatur: nã omnes ferè Thomistæ sub definitione motus à Philosopho 3. Physicæ tradita; non solum comprehendunt *motum successiuum*; qui pro priori *in quo*, relinquit subiectum cum priuatione formæ; sed etiam *instantaneum*; qui solum pro aliquo priori *natura*, seu *à quo*, intelligitur cum priuatione formæ, seu non intellecta forma: ergo similiter sub educatione vt sic, debent comprehendere metaphysicam transmutationem: nam hæc proprie participat rationem educationis: cum sit productio formæ ex subiecto pro priori saltim *natura* præsupposito.

14. Dices. Omnis transmutatio ex suo proprio conceptu dicit transitum de non esse ad esse; id est de priuatione ad formam; sed transmutatio metaphysica semper, & pro omni instanti habet formam

Disputatio quarta. *Questio unica.*

in subiecto: ergo nūquam est subiectum cum priuatione forme: utique quia priuatio forme, & forma, non possunt in eodem subiecto pro eodem instanti compati. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: dicit transitum *physicum*, vel *metaphysicum*, concedo maiorem: *physicum* tantum, nego maiorem: & distinguo minorem: transmutatio *metaphysica* supponit formā in subiecto pro priori in quo concedo minorem: pro priori a quo nego minorem: & consequentiam: nam vt sæpius dixi optimè stat, quod forma semper sit realiter in subiecto, & quod subiectum pro priori causæ materialis intelligatur non intellecta forma. Unde subiectum pro hac prioritate a quo, vel sub hac prioritate intellectum, tribuit intellectui fundamentum, vt intelligatur cum priuatione forme. Ratio huius est: nā priuatio nihil aliud est, quam carentia forme in subiecto a pro: sed subiectum pro priori causæ materialis intelligitur nō intellecta forma: ergo potest intelligi eū fundamēto in re cū priuatione forme: nam aliud est, quod intelligatur cum priuatione forme; & aliud, quod sit cum priuatione primum est verum, & sufficiens ad transmutationē *metaphysicam*: secundum falsum, & solum requisitum ad transmutationem *physicam*.

15. Vera ergo educationis essētia consistit in hoc quod forma fiat per *transmutationē physicam*, vel *metaphysicam*, dependenter à materia, in genere causæ materialis illā re-

cipiendo, & sustentando, nedum quoad vnionem, seu actum secundū; sed etiam quoad esse vt productum, seu quoad actum primum, vt stat sub existētia: nā ad cōceptum educationis nō sufficit, quod forma dependeat à subiecto, tanquam à termino suæ vnionis, seu informationis: aliās animæ rationalis (quæ à materia depēdet quoad vnionē, & informationem) esset à materia educta; sed vltra hoc requiritur, quod forma dependeat à subiecto tanquam à causa materiali suæ productionis; ita vt ipsa forma depēdeat à materia tanquam à causa materiali *quæ ad esse, fieri, & conseruari*: id est, quod esse forma (non in statu secundum se acceptum; sed vt productum) sit dependenter à materia: nam dependentia quæ reperitur in forma substantiali spiritali, & materiali: & denique in omni accidenti, in statu secundum se, non sufficit ad educationem, si vltra illam non habens aliam in statu existētia.

§. IV.

Referuntur sententiæ.

16. **P**rima, in hac re, sententia docet, omnes formas substantiales materiales esse creatas, nullamque ex subiecti præsuppositione eductam. Pro hac stant aliqui Nominales.
17. Secunda defendit formas substantiales in prima mundi productione esse creatas; in secunda verò

An formæ materiales sint ex materiaeductæ? 51

verò eductas. Hanc communiter sequuntur Thomistæ.

18. Tertia (quæ parum ab ista distat) asserit formas elementorū, & cœlorum in prima rerum productione fuisse de facto creatas; potuisse tamen educi; si Deus per actionem distinctam, ab actione creativa materiæ, formam produceret: unde ait, formam cœli potuisse esse eductā, in prima sui productione, absque eo quod materia prioritate tēporis fuisset præsupposita; dummodo prioritate naturæ esset creata per actionem distinctam, ab actione per quam forma pro alio posteriori naturæ erat educenda. Ita Sapiētissimus Magister Lerma, & Sapiētissimus Magister Curiel 1. 2. q. 112. de causa gratiæ: a. 1. dubio. 3. in solutione ad primam confirmationem secundæ sententiæ: ubi sic ait: *non enim est inconueniens, quod in eodem instanti, quo aliqua substantia incipit esse, educatur ex eius potentia ali- quod accidēs per aliam actionem.* Ex quibus verbis constat, quod si expressè non est pro quarta sententiā, statim adducenda; ad minus (saltem) est pro ista, quæ (meo videri) maxime conducit ad quartam; vt constabit ex nostris rationibus.

19. Quarta denique sententiā docet, omnes formas materiales, siue cœlorum, siue elementorum, esse de facto eductas, siue in prima, siue in secunda mundi productione. Ita Molina, & Vazquez. 1. p. q. 45. a. 1. Ruuio in præsent. tract. 2. de forma. q. 2. & etiam de-

Tom. 1. pars 1.

fenditur à pluribus modernis, qui sua scripta prælo nō dederunt. In huius sententiæ obsequium, sit.

§. V.

Prima conclusio.

20. **F**ormæ materiales, in secunda rerum productione, sunt eductæ de potentia materiæ. Est communis, eidentique probatur ratione. In secunda formarum productione concurrunt omnia requisita ad educationem: (datur enim subiectum præsuppositum, cum carētia formæ, nedum prioritate naturæ; sed temporis, à quo formæ sunt educibiles, & à quo dependent; nedum quoad actum secundum; sed quoad primum; & deniq; datur subiectum, actione distincta creatum, ab actione qua forma educitur) ergo formæ materiales, in secunda mundi productione, (in omnium opinione) sunt eductæ.

21. Dices. (& est fundamentum primæ sententiæ) Forma non potest educi ex subiecto, in quo non est; sed forma substantialis materialis non est in materia, antequam ab agente naturali producat: vtique quia si esset ante productionem in illa, ab agente nō produceretur; sed tantum in lucem educeretur, id quod in tenebris potentialibus materiæ erat: ergo formæ substantiales materiales nō sunt à potētia materiæ eductæ. ¶ Respondetur distinguēdo maiorem:

Disputatio quarta. Questio unica.

iolem : forma non potest educi ex subiecto *in quo non est in actibus*, concedo maiorem : *in quo non est actu*, nego maiorem : & distinguo minorem : forma materialis non est in potentia materiae *actu*, concedo minorem : *in potentia*, nego minorem, & consequentiam : nam actualitas tam essentialis, quam existentialis formae obstat ad educationem, ad quam solum requiritur, quod forma fiat ab agente dependenter à potentia materiae.

§. VI.

Secunda conclusio.

22. **O**Mnes formae materiales fuerunt in prima rerum productione eductae de potentia materiae. Haec conclusio procedit *de facto* nam *de possibili*, certum est Deum potuisse illas creare tam in prima, quam in secunda rerum productione. ¶ Probatur nostra assertio rationibus specialibus. Prima sic se habet. Formae quae *in fieri* dependent à materia, (non solum tanquam à recipiente, sed tanquam à sustentante) sunt eductae; sed omnes formae materiales, siue caelestes, siue sublunares potuerunt in prima rerum productione dependere à materia hoc modo: ergo fuerunt ab illa hoc modo dependentes. Discursus legitimus; si praemissa probentur. Maior constat ex notabilibus; & constabit ex objectionibus infra reiiciendis. Consequentia est meo videri cui-

dens: nam de lege ordinaria implicat Deum impedire causalitatem causae necessariae secundae effectum in proprio genere continentis, & illum valētis causare: utique quia ut bene vidit ex Diuo Thoma Magister Curiel. 1. 2. q. 63. de causa virtutum. 2. 4. dubio unico. §. 3. ea quae secundum suam naturam possunt fieri à causis secundis, non fiunt secundum legem ordinariam diuinæ providentiæ à Deo solo seclusis causalitatibus causarum secundarum; sed ad omnes formas materiales potuit materia in genere causae materialis in prima rerum productione concurrere: ergo implicat factum de lege ordinaria Deum illius concursum impedire. Minor prioris syllogismi probatur. Formae materiales in prima rerum productione fuerunt in materia contentae, nedum tanquam à recipiente; sed etiam tanquam à sustentante hoc est, nō solum tanquam in termino, seu causa materiali suae unionis, & in formationis; sed etiam tanquam à subiecto, seu causa materiali sui esse: & alias materia est prioritare naturae forma prior: ergo formae materiales in prima rerum productione potuerunt educi à potentia materiae.

23. Dices primo. In prima rerum productione non fuit duplex actio ad educationē necessario requisita; sed per indivisibilem Dei actionem fuit totum creatum, & partes cōcreatæ: ergo in illo statu nō datur educationis locus. ¶ Respondetur distinguendo maiorem:

in prima rerum productione non fuit duplex actio *formaliter*, concedo maiorem: *æquivalenter*, nego maiorem: & distinguo minorem: actio Dei est *indivisibilis formaliter*, concedo minorem: *virtualiter* nego minorem: & consequentiam: nam actio Dei, vt respicit per se primo totum materiale, est, & dicitur *eductio*; & vt respicit per se secundo materiam, est *creatio*: & denique vt respicit per se secundo formam, dicitur *eductio*: sicut enim non implicat ex parte termini, quod totum sit realiter compositum ex materia creata, & ex forma educta; sic non implicat actionem Dei esse *virtualiter* compositam ex actione creativa, & eductiva; & quod eadem causalitas in ordine ad terminos inadæquatos, & subordinatos diuersas fortiter denominaciones; constat in causalitate materiae, quæ in ordine ad formam appellatur *receptio*, & in ordine ad totum, *constitutio*: haud aliter in presenti.

24. Dices secundo. Vt aliquid ex materia educatur debet materia transmutari; sed in prima rerum productione non potuit transmutari: vtique quia transmutatio necessario requirit priuationem formæ, quæ in prima rerum productione non fuit in materia: ergo in hac formæ materiales non fuerunt eductæ. ¶ Hoc argumentum, (quod est aliquorum Thomistarum præcipuum fundamentum) manet solum ex notabilibus, & ex doctrina ab ipsis. 3. phy-

sic. tradita: & ideo in forma respondetur distinguendo maiorem: debet materia transmutari transmutatione *physica*, nego maiorem: *metaphysica*, concedo maiorem: & distinguo minorem eodem modo: nego que consequentiam: nam sola hæc transmutatio *metaphysica* per se sufficiens est ad educationem.

Et quod *metaphysica mutatio* sufficiat ad educationem, cõstat ex doctrina à Thomistis non neganda; quæ simul erit nostræ resolutionis fundamentum: nam in opinione Dini Thomæ. 1. p. q. 62. a. 3. gratia habitualis, quæ fuit Angelis collata in primo instanti suæ creationis, nõ fuit cum essentia Angeli creata; sed educta; & tamen in opinione eiusdem Doctoris fuit in eodem instanti cum essentia Angeli producta; iuxta illud Augustini: *erat Deus in illis condens naturæ; & largiens gratiam*: ergo ad rigorosam educationem formæ nõ est necessaria rigorosa, & *physica* transmutatio: hoc est, quod præsupponatur subiectum pro priori *in quo* cum priuatione formæ; sed solum *metaphysica* transmutatio: hoc est, quod præsupponatur subiectum pro priori à quo, cum carentia *metaphysica* formæ. ¶ Confirmatur hæc ratio, alio simili. Quando ex speciebus sacramentalibus generantur vermes; tunc materia creata non præsupponitur pro priori *in quo* cum carẽtia, seu priuatione formæ; (ni velis dicere materiam esse in rerum natura pro aliquo instanti reali absque aliqua forma

Disputatio quarta. Quæstio unica.

substantiali) & tamen formæ productio esteductio: ergo ad rigorosam formæ substantialis educationem non est necessaria *physica*, & *rigorosa* transmutatio.

25. Respondent aduersarij hanc actionem esseeductiuam; etiam si *peraccidens* non includat transmutationem rigorosam per se ad educationem requisitam. Sed cõtra est: nam essentia hominis sicut cuiuslibet rei nec *peraccidens* potest reperiri absque prædicatis essentialibus naturæ humanæ; ergo similitereductio, nec *peraccidens* potest reperiri sine prædicatis essentialibus educationis; sed sine *transmutatione physica*, seu rigorosa potesteductio reperiri: ergo *transmutatio physica* non est de conceptu adæquato, & essentiali educationis.

26. Insurges ex Sancto Thoma, 1. p. q. 65. art. 4. ubi sic fatur: *in prima corporalis creaturæ productione non consideratur aliqua transmutatio de potentia in actu: & ideo formæ corporales sunt immediatè à Deo: ergo iuxta mentem Diui Thomæ in prima creaturarum productione non fuit transmutatio: ergo neceductio.* ¶ Dico, Doctorem Angelicum in his verbis solum affirmare productionem primam esse immediatè à Deo, & non ab aliqua creatura: tum quia non fuit, talis creatura, antecedenter ad primam creaturam: tum quia nõ potest dari, in prima corporalis creaturæ productione, transmutatio *physica*, & *rigorosa*, per se, naturaliter ab agente naturali requisita,

vt modo naturali disponat subiectum ad formæ educationem.

27. Secundo specialiter etiam probatur conclusio, ex definitione creationis, quæ est, *productio entis ex nihilo*: nam vt creationis essentia detur, non est opus, quod nihil præcedat prioritate temporis; sed ad summum, quod pro aliquo priori naturæ improprio, & metaphorico præcedat: vtique, quia in meliori opinione, res permanentes potuerunt creari ab æterno, absque eo quod nihil pro aliquo instanti reali illas præcederet: ergo essentia educationis saluabitur per hoc quod subiectum pro priori naturæ sit forma prior. Consequentia probatur: nam si pro priori quasi naturæ, in quo est nihil ad creationem per se necessarium daretur aliquod subiectum, absque dubio talis productio non esset creatio: quia non esset productio entis ex nullo præsupposito subiecto: ergo esseteductio: ergo subiectum pro priori naturæ præsuppositum sufficit ad educationem: cum per se essentia creationis destruat. ¶ Confirmatur. Subiectum non præsuppositum pro aliquo priori naturæ sufficit ad creationem: vt constat in casu nostræ rationis: ergo subiectum pro aliquo priori naturæ præsuppositum destruit rationem creationis, & constituit rationem educationis: vtique quia non datur medium, inter *creationem*, & *educationem*; sicut nec inter esse ex nihilo, & ex aliquo.

§. VII.

Tertia conclusio.

28. **O**Mnes formæ accidentales, (siue naturales, siue supernaturales, siue violentæ) sunt de facto eductæ ex potentia subiecti, tam in prima, quam in secunda rerum productione. Est cõmunis inter Thomistas. Et pro illius intelligentia, nota, potentiam passivam esse duplicem: naturalem unã, & obedientialem aliam: potentia passiva naturalis est illa, quæ ex natura sua ordinatur ad aliquem actum naturalem recipiendum; cui correspondet causã naturalis effectiva: potentia obedientialis passiva, est illa, quæ licet non sit ordinata ad aliquem actum; tamen ei non repugnat illum recipere, & respicere: quia est, quasi in obedientia, vt Deus infundat actum, seu formã. constat in anima rationali, quæ habet potentiam obedientialem ad formas supernaturales; etiam si ad illas non sit ordinata: quia in se habet quandam coaptationem essentialẽ; ratione cuius ei nõ repugnat has recipere formas supernaturales. ¶ Et probatur quoad omnes suas partes, ratione qua secunda manet fulcita: nam de facto, seu de lege ordinaria omnes formæ accidentales possunt dependere in esse fieri, & conservari à proprio subiecto, quod illas priorè naturæ antecedit, & in quo naturaliter continentur; (nunc per

Tom. 1. pars 1.

eandem, nunc per diuersam actionem producantur) sed naturaliter non debet impediri cõcurus causæ naturalis quoad effectum, quem naturaliter potest causare: ergo omnes formæ accidentales siue in prima, siue in secunda productione fuerint eductæ ex potentia subiecti; etiam si subiectum earum sit creatum.

29. Dices primò. Omnis effectus debet contineri in causa, vt possit ab illa causari; sed accidens violentum non continetur in subiecto, in quo recipitur: vtique quia nõ habet inclinationem, nec propensionem ad illud: ergo ex illo nõ educitur. ¶ Responderet concedendo maiorem: & distinguendo minorem: non continetur in subiecto, in quo recipitur; naturaliter, concedo minorem: violentè, nego minorem: & consequentiam; nam vt effectus contineatur in causa materiali violenta, solum requiritur, quod ab illa possit dependere in esse, fieri, & conservari: quæ dependentia datur in forma violenta; etiam si ad illam subiectum nõ habeat propensionem, nec inclinationem.

30. Dices secundo. Gratia non continetur in potentia subiecti: cū illa sit supernaturalis, ab agente supernaturali collata; istud vero naturale, dicens cum illa improprietatem, nullumque influxum habens in illam: ergo formæ supernaturales nõ educuntur de potentia subiecti. ¶ Responderet distinguendo antecedens: gratia nõ

G 5

con-

Disputatio quarta. Questio vnica.

continetur in potētia subiecti naturali, concedo antecedens: *obediētiā*, nego antecedens: & distinguo probationem in antecedēti inclusam: subiectum naturale dicit improportionem cum gratia; subiectum naturale, *ut naturale, & ut agenti naturali subiectum*, concedo antecedens: *subiectum naturale, ut subditur agenti supernaturali*, nego antecedens: & consequentiam: nā accidens supernaturale, sicut naturale: est entis ens, quod naturaliter nequit esse, fieri, & conseruari, absque subiecto: & ideo nō est mirum, quod educatur de potētia obediētiāli subiecti; quæ licet entitatiuē sit naturalis; tamen formaliter in reſto, nec naturalis, nec supernaturalis est; sed *partim naturalis*; quatenus subiectum entitatiuē est naturale; & *partim supernaturalis*; quatenus formaliter est agenti supernaturali subiecta.

31. Replicabis. Educi aliquid ex potētia materiæ, idem est, quod dependere à materia, tanquam à vera causa; sed accidentia supernaturalia non dependent à subiectis: vtique quia sunt naturalia: ergo ab illis non educuntur tanquam à vera causa. Probatür cōsequentia. Causa est quæ dat effectui esse quod in se præhabet *formaliter, aut eminēter*; sed subiectum naturale non præhabet in se supernaturalitatem, *nec formaliter, nec eminēter*: ergo non valet esse vera causa materialis accidentis supernaturalis. ¶ Respondetur (iuxta dicta) negando minorem: nā

non eodem modo causa efficiens, & materialis, concurrunt ad effectus productionem: quia causa efficiens concurrat dando effectui entitatē, & esse, ad quod est opus, quod in se præhabet effectum *formaliter, vel eminēter*: at vero causa materialis concurrat *recipiēdo* in se entitatem effectus; ad quod non est necessarium, quod in se contineat *formaliter, aut eminēter* perfectionem effectus; sed solum quod habeat potētiā ad illius receptionem: nam ad recipiendam perfectionem effectus potius est necessarium, quod subiectum careat illa, quam quod illam præhabet.

§. VIII.

Argumentum ab scriptura desumptum.

32. IN fauorem secundæ sententiæ insurges primo ex sacra pagina: Genesios. 1. vbi sic ait: *In principio creauit Deus cælum, & terram*. Quæ verba debent intelligi de creatione propria: præcipue cum Diuus Augustinus, 2. de doctrina Christiana, doceat verba scripturæ intelligenda esse, vt sonant; quando ex illis non sequitur aliquod in conueniens; sed in præfenti non datur in hoc, quod hæc composita sint creata: ergo de factis fuerunt creata in prima rerum productione. ¶ Sed hæc auctoritas (quæ est absum oppositæ sententiæ) magis quam probabilem habet solutionē: nam Diuus Hieronimus

ronimus, (in expositione sacrarum scripturarum ab Ecclesia Doctor appellatus maximus) ad Hebræos. 2. & 4. docet: quod quando res magne generantur, creari dicuntur: ut constat ad Genesios. 1. creauit Deus, &c. ergo in meliori expositione cælum dicitur creatum; non quia in rigore metaphysico sit creatum; sed quia à Deo ut res magna fuit productum, absque cõsortio causarum secundarum.

33. Et ut solutionem intelligas, nota cum Sapiētissimo nostro Vincentio de Marcella, (in paraphrasi inter texta editioni vulgaræ in Pentateuchū Moyſis) quod creare tripliciter accipitur in sacra scriptura; primo latissime, pro qualibet productione, siue hoc, siue illo modo producat: in quo sensu debet accipi illud Ecclesiastici. 1. unus est altissimus Creator omnium. Secundo, stricte pro re ex nihilo facta; ita ut neque prioritate durationis, neque nature, aliquod præſupponat subiectum: in qua acceptione soli Spiritus Angelici, & anime rationales dicuntur creari. Tertio magis late, pro generatione miraculosa rerū corporalium; in qua nullum subiectum præſupponitur prioritate temporis; secus veto prioritate nature: & licet talis productio verè sit generatio; tamè propter affinitatem quam habet cum creatione, solet appellari creatio; ut fuit appellata ab scriptura in cap. 1. & in alijs, in quibus loquitur de productione rerum corporalium: ob idque liber primus

scripturæ appellatur à Græcis. *Genesis*; & à Latinis, *liber generationis*; ut intelligas res corporales fuisse in exordio vniuersi genitas.

§. IX.

Secundum argumentum ex auctoritatibus Dni Thomæ assumptum.

34. **I**nferges secundo ex Angelico Aquinate. 1. p. q. 45. a. 4. vbi sic fatur: *creari, est quoddam fieri, quod terminatur ad esse rei; illis autem conuenit creari, quibus conuenit esse, quod proprie conuenit subsistentibus, siue sine substantia separata, siue substantia materiali*: ergo ex mente Dni Thomæ actio creatiua non solum producit materiam; sed etiã formam, & compositum, quod per se est subsistens, & cui conuenit esse, seu existere: ergo in prima rerum productione actio creatiua materiæ non fuit ad materiam tantum terminata; sed simul ad formam, & compositum. ¶ Confirmatur. Angelicus Doctor expressè docet actionem creatiuam terminari per se ad subsistens materiale, & non ad partem materialem subsistentiæ materialis; sed in prima rerum productione actio productiua materiæ fuit creatio; ergo hæc non fuit ad materiã terminata per se primo; sed ad totum materiale, quod per se est subsistens.

35. Pater Vazquez respondet Diuum Thomam asserere creationem

Disputatio quarta. Questio unica.

nem terminari ad subsistens materiale: quia per creationem est materia producta: quare iuxta huius Doctoris sententiam totum dicitur *creatum*; non quia in rigore metaphysico creatum sit; sed quia partis denominatio, (in lata acceptione) potest composito convenire. In hoc sensu explicat auctoritatem Philosophi. 1. de cælo dicentis: *cælum esse in generabile*. Sed contra est: quia secundum hanc solutionem cælum dicitur creatum: quia aliqua eius pars; scilicet, materia, fuit creata: ergo de facto homines qui generantur, debent dici à Deo creati: cum in hominibus omnes partes sint creatæ.

36. Hac ergo relicta solutione ut respondeas, nota primo, actionem Dei esse virtualiter multiplicem; ita ut, ex nostro modo concipiendi, termini simplicitatem, & compositionem accipiat: dicitur enim *simplex*; quando terminus est simplex; & *composita*; quando terminus est compositus.

37. Nota secundo, in Deo creationem non esse actionem realiter ab educatione distinctam: cum secundum Parentem Anselmum; *in divinis omnia sint communia*; ubi non obstat relationis oppositio. Unde eadem indivisibilis actio, per ordinem ad diversos terminos, diversas creationis, & educationis accipit denominationes.

38. Nota tertio actionem Dei (in prima rerum productione) per se primo respicere educationem to-

tius materialis, & per se secundo partes totius materialis: unde hæc actio, (quæ adæquatè, & per se primo respectu subsistentis materialis appellatur educatio, & inadæquatè, & secundo respicit materiam) dicitur creatio: quia respectu illius est productio entis ex nihilo: & ut secundo respicit formam, dicitur educatio; quia respectu illius est productio entis ex præsupposito subiecto: si ergo subsistens materiale, quod formaliter est educatum potest constare ex parte creata, & ex parte educata; quare educatio adæquate ex nostro modo intelligendi non poterit constare ex actione inadæquate creativa, & ex actione inadæquate educativa?

39. His prælibatis dico, Doctorem sanctum non asserere actionem Dei in prima rerum productione esse creationem; sed creationem per se primo respicere totum subsistens, & non partem totius subsistentis: quod probat ex eo quod *creari est quoddam fieri*: unde ad auctoritatem responderetur, actionem Dei (entis materialis productivam in prima rerum productione) esse educationem per se primo; licet per se secundo valeat appellari creatio; quatenus producit materiam ex nihilo: nam per se primo solum respicit totum materiale, quod ex se, & ratione sue imperfectionis non valet terminare creationem. ¶ Ad confirmationem responderetur (iuxta dicta) Præceptorem Angelicum non asserere creationem terminari per

per se ad subsistens materiale; quatenus formaliter est creatio; sed quatenus productio, seu fieri quoddam est: in quo sensu libenter fa-
teor actionem Dei (ex propria virtute creatiuam) respicere sub formalitate educationis totum materiale.

40. Iterum insurges ex eodem Diuo Thoma artic. supra citato ad 3. ubi sic ait: *ad tertium dicendum, quod ratio non probat, quod materia sola creetur; sed quod materia non fit nisi per creationem; nam creatio est productio totius esse, & non solum materiae: ergo ex mente Diui Thomae, non solum materia; sed totum materiale est per creationem factum.*

¶ Ex hac auctoritate constat solutionem traditam esse ad mentem Diui Thomae; nam in illa non docet creationem, vt talem, terminari ad totum materiale; sed creationem, vt productionem, ad illud terminari: vt constat ex ipsis verbis: *nam creatio est productio totius esse.*

41. Dices primo. In prima reru productione, creatio materiae (vt distincta ab educatione formae) est ex se productio totius materialis: ergo ab illa debet creari totum materiale. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: in prima reru productione creatio materiae est productio totius materialis, vt exercet munus educationis, concedo antecedens: vt exercet munus creationis, nego antecedens, & consequentiam: nam sicut non datur inconueniens in hoc, quod idē to-

tum materiale sit compositum ex parte creata, & educta; sic nō datur in hoc, quod eadem actio Dei coalescat ex formalitatibus creationis, & educationis.

42. Dices secundo. Caelum ex se est in corruptibile, tam ratione materiae, quam ratione formae: ergo est ingenerabile, tam ratione materiae, quā ratione formae. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam non est incorruptibile: quia ipsa forma non sit genita; vel quia dependeat à materia in esse, fieri, & conseruari; (quod idem est) sed quia totaliter eius potentialitas est per vnicam formam satiata.

43. Replicabis. Secundum Philosophum. 1. de caelo; caelum est ingenerabile: ergo caelo nō solum conuenit incorruptibilitas; sed etiā ingenerabilitas; sed id quod per generationem non est factum, est creatum: ergo caelum est per creationem. ¶ Respondetur caelum vocari à Philolopho ingenerabile: quia fuit à Deo absq; creaturarum consortio productum; nō verò quia in rigore metaphysico non sit eductum, & genitum, ab ipso in mundi exordio: vnde vocatur à Philosopho ingenerabile, in ordine ad actionem causae secundae.

§. X.

Aliqua quæstia.

44. **P**RO complemento quæstionis inquires primo: An

Disputatio quarto. Quest. appendix.

An forma materialis substantialis possit diuinitus creari? ¶ Respondeatur affirmative: tum quia potest extra materiam à Deo produci: tum quia etiam in materia potest à Deo produci suspendendo concursum materialem materiae.

45. Inquires secundo: An de potentia Dei absoluta possit totum materiale creari? ¶ Respondeatur negative: nam totum materiale nec diuinitus potest produci absque eo quod forma reducatur in actum secundum; quod independenter à materia nequit fieri; sed hæc dependentia creationi opponitur: ergo totum materiale essentialiter exigit educationem. ¶ Confirmatur hæc ratio. Non alia ratione homo est genitus, & non creatus; (etiam si partes illius sint creatæ,) nisi quia totus homo fit dependenter à materia; sed totum materiale nequit (nec diuinitus) resultare absque tali dependentia: ergo essentialiter est educatum, & non creatum.

QVÆSTIVNCVLA
APPENDIX.

§. XI.

An anima rationalis educatur de potentia materiae?

46. **R**esolutorie dico, animam rationalem non esse de potentia materiae educatam; sed à Deo creatam. Hæc conclusio ab omnibus catholicis est tuenda.

Et probatur. Illa forma est educata, quæ absque miraculo nõ valet habere esse productum, & existens, sine causa materiali; sed anima rationalis (vt potest spiritalis, & immortalis) de facto, & absque miraculo existit independenter à causa materiali; (vt nunc videre est in anima Diui Benedicti) ergo anima rationalis non est educata: ergo creata: vtique quia non est dare mediũ, inter hoc quod est esse educatum, & creatum; sicut nec inter hoc quod est, esse factum ex aliquo, vel ex nihilo. ¶ Confirmatur. Anima rationalis in genere formæ, vt respicit subiectum, seu materiam, nõ dependet ab illa, quoad actum primum; sed solum quoad informationem, seu actum secundum; vtique quia cum illo, sine illo, valet existere, & subsistere; sed (vt constat ex dictis in hac questione) dependentia, quoad actum secundum, non sufficit ad educationem formæ: ergo anima rationalis, dependens solum quoad actum secundum à materia, nõ est educata, seu ex illa; licet in illa, naturaliter creetur.

§. XII.

Aliqua obiectiones.

47. **O**bjicies primo. Anima rationalis dependet in omnibus suis operationibus à materia: ergo in esse dependet à materia: vtique quia operari sequitur ad esse: ergo si in operari dependet; in esse

esse debet dependere. Antecedens probatur. Animæ operationes, vel sunt *materiales*, vel *spirituales*; primæ absque dubio dependent: secundæ vero etiam dependent: nam intellectus non intelligit nisi per conversionem ad phantasmatum, & cum dependet à sensibus: ergo anima, in omnibus suis operationibus, dependet à materia. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem, concedo antecedens, quoad primam partem; & distinguo illud, quoad secundam: intelligit per conversionem, & cum dependentiam; *dum est in corpore, vel in statu immersionis*, concedo antecedens dum est *extra corpus*, & *in statu separationis*, nego antecedens: & consequentiam: nam ex se ad intelligendum nullatenus dependent à corpore: cum *materia* sit principium *intelligibilitatis* *oppositum*: ut constat ex Divo Thoma. 1. p. q. 12. a. 2. ubi ait: *immaterialitatem esse intellectus actus principium*. Ex eo autem quod operationes materiales animæ dependant à corpore, non sequitur, quod principium illatum ab illo dependeat: cum ex se sit spirituale, & per se subsistens. Unde sicut dependentia formæ à materia, quoad informationem, & actum secundum, in genere formæ, non sufficit ad educationem; sic nec in genere effectivo dependentia quoad actum secundum, seu quoad aliquas operationes sufficit ut forma sit educata.

48. Obijcies secundo. Materia prima est potentia passiva natura-

lis animæ rationalis; sed potentia passiva naturali debet correspondere potentia naturalis activa: ergo debet dari agens naturale quod possit formam rationalem producere; sed hoc nequit per creationem illam producere: quia ut docet Divus Thomas. 1. p. q. 46. a. 4. *creatio est actio solius Dei*: ita ut, nec *instructum* entia iter possit creaturæ communicari: ergo per educationem debet illam producere. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: materia prima est potentia naturalis animæ; in ordine ad *receptionem* animæ, concedo maiorem: in ordine ad *sustentationem* animæ, nego maiorem: & distinguo minorem: potentia passiva naturali debet correspondere potentia activa naturalis *similis* potentia activa naturali, concedo minorem: *dissimilis*, nego minorem: & consequentiam: nam potentia passiva naturalis animæ in ordine ad animam rationalem solum est ad illius *receptionem*, seu *unionem*; non vero ad illius *sustentationem*, seu *productionem*: & sic solum debet dari agens naturale, quod illam materiæ uniat; non vero quod illam ex materia producat: Ex hoc non sequitur, quod animæ rationalis actus primus non recipiatur in materia; sed solum quod talis actus primus à materia non dependeat.

49. Obijcies tertio. Anima rationalis producitur in materia, & est subsistens *ut quod*; & non *ut quod*: ergo est educata, & non creata. Consequentia probatur. Non alia ratione

Disputatio quarta. Quest. appendix.

riōne forma materialis est educta; nisi quia producitur in materia, & quia in illa solum subsistit *ve quo*; sed hoc modo producitur rationalis anima: ergo hæc est educta, & non creata. ¶ Respondetur distinguendo antecedens, quoad primam partem: anima rationalis producitur *in materia, & ex materia*, nego antecedens: *in materia tantum*, concedo antecedens: & illud distinguo quoad secundam partem: anima rationalis est subsistens *ve quo*; *respectu actionis generatiue*, concedo antecedens: *respectu creatiue*, nego antecedens: vel alio modo illud distinguo: est subsistens *ve quo*; ita *ut nequeat ve quod* subsistere naturaliter, nego antecedens: ita *ut possit ve quod* subsistere naturaliter, concedo antecedens: & nego consequentiam ratio autem, quare forma materialis est educta de potentia materiæ, non est; quia est in materia; nec quia est in composito subsistens *ve quo*; sed quia est ex illa; & quia ita subsistit *ve quo* in composito, *ut naturaliter absque illo nequeat existere, nec subsistere.*

50. Obijcies quarto. Si propter aliquam rationem anima rationalis non educitur ex potētia subiecti; maxime quia est spiritualis; sed hoc non obstat: ergo educitur de potentia subiecti. Minor probatur: nam in opinione Thomistarum (ut constabit ex dicendis. 2. de anima) species phantasiæ sunt materiales; & tamen *ut subordinatæ intellectui* producunt de facto species intelligibiles spiritua-

les: ergo etiam instrumenta, & organa materialia animæ rationali spirituali subordinata poterunt animam rationalem producere.

¶ Respondetur distinguendo maiorem: si propter aliquam rationem anima rationalis non educitur, maxime quia *spiritualis & independens* est, concedo maiorem: precise quia *spiritualis*, nego maiorem: & minor. Ad probationem concedo antecedens: & nego suppositum consequentis: nam accidentia materialia non subordinantur animæ rationali, *ut rationati*; sed ad sumum *ve sensitivum, seu vegetativum*: at verò species phantasiæ subordinantur intellectui spirituali, *ut possint instrumentaliter* species intelligibiles educere de potentia subiecti.

¶ Adde, quod etiam si accidentia materialia subordinarentur animæ, *ut spirituali*; adhuc non possent illam nec instrumentaliter producere: ratio est: nam species intelligibiles sunt accidentia, quæ, *ut entis entia*, possunt, & petunt fieri dependenter à subiecto: at verò anima rationalis ex se est ens independens à materia; & ideo nequit à creatura, nec instrumentaliter, produci: cum creatio etiam instrumentaliter sit creaturæ repugnans.

51. Replicabis. Gratia, etiam si spiritualis sit, producitur physice ab instrumento materiali; videlicet, ab humanitate Christi Domini, & à sacramētis novæ legis: quia sunt Deo agenti principali gratiæ subordinata: ergo similiter accidentia materialia *ut animæ rationali*

nali subordinata potuerunt animam rationalem instrumentaliter producere. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nā gratia, cum sit *entis ens*, potest instrumentaliter produci à creatura de potentia obedientiali subiecti: attamen anima, cum sit *ens per se subsistens*, & ab omni subiecto, (quoad actum primum) independens; ideo non potest à creatura, nec instrumentaliter, produci.

52. Obijcies quinto. Materia est vna in specie: ergo debet omnes formas substantiales sub vnica ratione indiuisibili respi-

cere; sed respicit materiales, vt educibiles ab illa: ergo animam rationalem vt educibilem debet respicere: alias non sub eadem ratione omnes formas respiceret.

¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: debet formas sub vnica ratione respicere, *in esse obiecti*, vel *termini*, concedo consequentiam: *in esse rei*, nego consequentiam, nā à materia formæ non respiciuntur vt educibiles, vel vt creabiles; (sicut nec vt spirituales, nec vt materiales) sed vt actus primi illius: in qua ratione, omnes specificè conueniunt.



QVINTA

DE PRIVATIONE,

QVAE EST TERTIVM ENTIS NATURALIS PRINCIPIVM.



Exacta disputatione forma, quae est secundum entis naturalis principium; pro ut ad praesens pertinet institutum, immediate sequitur disputatio de privatione, ex qua ens naturale tanquam ex termino à quo incipit, ut late diximus disputatione. 1. q. 2. §. 2. & 3. nunc verò solum disputandum est de privationibus, quae primum entis naturalis principium afficiunt.

QVAESTIO VNICA.

An materia vnā, vel plures habeat privationes?

§. I.

Notantur aliqua.

PRO intelligentia huius questionis, primò est notandum, quod dupliciter materia dicitur habere aptitudinem ad formam; primo secundum se, in quantum ipsa est essentialiter potentia determinabilis per aliquam formam vagam; & secundum hanc rationem potentia materiae non respicit determinatè aliquam formam; sed, secundum se, per quacumque valet

actuari: secundo in quantum huiusmodi potentia est peculiaribus dispositionibus determinata ad vnā formam determinatè: ut cum materia aquae frigiditate disponitur, & determinatur ad formam aquae, vel cum materia terrae, per dispositiones aquae, vltimò determinatur ad receptionem talis formae.

2. Secundo est notandum, quod licet cognoscamus privationes, & negationes per formam, seu per positivum, quod negatur; tamen non sunt in omnibus æquiparandae formis positivis: nam aliquando formae sunt impossibiles in eodem subiecto; ita ut implicet reperiri simul in illo, & huiusmodi impossibilitas non reperitur in negationi-

An materia vnā, vel plures habeat priuationes? 58

tionibus: vt constat in forma terra, & ignis, quæ non possunt simul esse in eodem subiecto; & tamen carentiæ harum formarum simul reperiuntur in materia ligni: nam repugnantia formarum non infert repugnantiam priuationum, aut negationum.

3. Tertio notandum est, priuationē destrui aliquando per aduētum formæ positivæ; & aliquando per defectum aptitudinis: vt patet in tenebris, quæ possunt destrui per aduētum lucis oppositæ; & etiam possunt destrui per hoc quod Deus auferat diaphaneitatem ab aëre: nā ratione huius, aër est subiectū aptum ad recipiendam lucem: sed est discuti non despiciendum; nam quando tollitur priuatio per aduentum formæ oppositæ nullomodo manet carentia: cæterum quando auferitur per destructionem aptitudinis, manet in subiecto carentia; sed non titulo priuationis; sed negationis: vt constat in exemplo supra posito: aër namque tenebrosus per aduētum lucis amittit omnino tenebras: quia amittit lucis carentiam; sed per destructionem diaphaneitatis amittit tenebras in ratione priuationis; non tamen in ratione negationis: quia non amittit carentiam lucis: cum maneat negatus luce.

§. II.

Referuntur sententiæ

4. In hoc dubio prima sententia

asserit, materiam primam vnica gaudere priuatione. Ita Magister Sorus, lib. 1. Phisic. q. 8. in solutione argumentorum: hunc sequuntur aliqui recentiores.

5. Secunda (quæ ferè ab omnibus patrocinatur) defendit, tot esse in materia priuationes, quot sunt formæ, quibus caret.

6. Tertia verò docet, materiam ex se, seu secundum potentiam remotam, tot habere priuationes, quot sunt formæ, quibus caret; at verò vt affectam dispositionibus conseruatiuis formæ possessæ, nullam habere priuationem; vt autē affectam dispositionibus præuijs formæ possidenda, vnica tantum habere priuationem. In huius sententiæ obsequium, sit.

§. III.

Prima conclusio

7. **I**N potentia remota materiæ multiplicantur priuationes iuxta numerum formarum, quæ non sunt in illa; possunt tamen ab illa recipi. Est cōmunis: & probatur. Priuatio secundum Philosophum est carentia formæ in subiecto apto; sed materia prima ex se, vel secundum potētiam remotā, actu caret pluribus formis, quæ in ipsa possunt successiuè recipi: ergo in potētia remota materiæ multiplicantur priuationes iuxta numerū formarum, quæ in ipsa possunt recipi. ¶ Confirmatur hæc ratio. In materia tot sūt priuationes, quot fuerint

Disputatio quinta. Quæstio unica.

tint carētię in subiecto apto nato; sed in materia dantur plures carētia: vtiq; quia de materia, quæ est sub forma aquæ, est verum dicere, quot caret forma ignis, vel aëris, &c. ergo in illa dantur plures priuationes: cum habeat aptitudinē ad omnes has formas.

S. Probatum secundo. Si per possibile daretur in rerum natura materia sine forma; tunc inquiram: an in illa materia esset tantum unica priuatio: quia tantum est unica aptitudo: vel plures: quia sunt plures formæ, quæ in illa valēt recipi: si dicas secundum: habeo intentum: si primum: ergo adueniente aliquo actu, & forma, non manet priuatio in tali materia: quia per aduentum actus, & formæ positivæ, destruitur priuatio: ex quo ulterius sequitur, tale compositum esse incorruptibile: quia subiectum illius non habet priuationem: nam propter similem rationem diximus cælum esse incorruptibile.

9. Nec potest dici (in tali hypothese) esse tantum unicum priuationem totalem, & adæquatā, quæ quasi inadæquatē, & partialiter tollitur per aduentum vnius formæ. ¶ Non (inquam) nam non possumus intelligere unicā priuationem ad integrari ex carentijs plurium formarum; quando plures formæ non adintegrant unicum formam: ergo impossibile est priuationem omnium formarum esse unicum in eodem subiecto. ¶ Contra est secundo. Aptitudo

subiecti, vel materia, est aliquid quasi extrinsecè connotatum per priuationem: ergo eius unitas, vel multiplicatio nō est taxanda iuxta unitatem, vel multiplicatam aptitudinis: nam sicut plures formæ possunt connotare idem subiectum, secundum eandem aptitudinem; (vt omnes potentia sensitivæ connotant idem subiectum secundum eandem aptitudinem) ita plures priuationes possunt connotare idē subiectum secundum eandem aptitudinem.

10. Dices. Priuatio (in opinione D. Thom.) servat accidētis proprietates; sed duo accidentia, solo numero distincta, nequeunt (in opinione Thomistarum) in eodem subiecto recipi: ergo nec duplex priuatio, solo numero distincta: ergo in materia non multiplicantur priuationes, iuxta numerum formatum, quæ sunt eiusdem speciei. ¶ Vt respondeas nota, priuationem ad (admodum accidentis relativè sumpti) ex nostro modo intelligēdi duplicem includere respectum; vnum, in ordine ad subiectum in quo est; & alium, in ordine ad formam, qua caret primus est illi quasi accidentalis, & in obliquo: secundus verò est illi essentialis, & in recto: vt constat ex Dico Thoma, 1. 2. quæst. 88. ar. 1. ad 3. Ex quo colligo (cum Ioāne à Sancto Thom.) priuationem non accipere unitatem nec specificam, nec numericam à subiecto, sed à forma: ratio est: nam subiectum non est essentialiter, & in recto inf-

An materia vnā, vel plures habeat priuationes? 59

inspectum; sicut forma: ergo ab ista, & nō ab illo debet accipere priuatio vnitatem, vel multiplici-
tatem. Hoc supposito respondetur concedendo maiorem: & minorem: & negando vtramque consequentiam: nam accidentia, numero distincta, nequeūt reperiri in eodem subiecto; quia ab illo indiuiduantur: at verō priuationes non ab illo; sed à formis indiuiduantur: & ideo possunt in vno, eodemq; subiecto reperiri.

§. IV.

Secunda conclusio.

11. **M**ateria prima, vt reduplicat dispositiones conseruatiuas formæ possessæ, nullam dicit priuationem; at vero, vt reduplicat dispositiones prauas formæ possidendæ, vnicam tantum dicit priuationem. Quoad primā partem probatur. Materia, vt reduplicatiuè stat sub dispositionibus conseruatiuis formæ possessæ, non est cum potentia, nec cum capacitate ad aliam: cum istæ dispositiones ad aliam formam, non dicant exigentiam: (non aliter ac materia vt stat sub vnica forma, nō est, in sensu composito, cum capacitate ad aliā) ergo vt sic, non est cum priuatione alicuius formæ: cum priuatio indispensabiliter exigat in subiecto capacitatem ad formā, qua priuat: vt cōstat ex priuationis definitione, que est: *cauentia forma in subiecto apto nato.*

Tom. I. pars I.

12. Quoad secundam partē probatur. Materia per dispositiones formæ possidendæ solum determinatur ad vnā: numero formam: ergo, vt reduplicat has dispositiones, solum est in potentia ad illam, & non ad aliam: ergo vt sic, solum dicit priuationem illius formæ: vtique quia sub hac reduplicatiue nō est capax alterius formæ; quod necessariū est, vt habeat priuationem alterius.

13. Dices. Deus potest animam rationalem, v.g. introducere in materia dispositionibus formæ alienæ affecta: ergo in materia dispositionibus vnus formæ affecta datur capacitas ad receptionem aliarum formarum: ac per consequens ad priuationes aliarū formarum. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: Deus potest animam rationalem introducere in materia affecta dispositionibus alterius formæ specificatiue, concedo antecedens: in materia reduplicatiue vt affecta, nego antecedens: & consequentiā: nam in præsentī conclusione non affirmamus materiam dispositionibus vnus formæ affectam esse ex se, & specificatiue incapacem ad alterius formæ receptionem: (cum cōtrarium sit in prima conclusione resolutum) sed materiam, dispositionibus vnus formæ affectā, esse vt talē reduplicatiue alterius formæ incapacem: cum subiectum, his dispositionibus affectum, aliam non exigat formam.

Disputatio quarta. *Questio unica.*

§. V.

Argumenta sententia contraria.

14. **P**rimum sic se habet. Plura obiecta, in esse rei distincta, possunt inspicere ab eadem potentia; & etiam plures termini ab eadem relatione; quia in esse obiecti conueniunt: ergo vnica priuatio sufficit in materia pro pluribus formis. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam potentia, & relatio, tendunt ad obiecta, & terminos sub vna, eademque ratione formali: at vero priuatio formæ in materia non respicit formas sub vna, eademque ratione: cum non solum sint carentia formæ vt sic; sed etiam talis formæ in speciali: vtique; quia non solum habet capacitatem ad formam secundum rationem communem; sed etiam secundum peculiarem: & ideo licet vna potentia possit plura obiecta in esse rei distincta attingere; vna priuatio non potest ad plures formas deferuire.

15. **D**ices. Duplex forma substantialis nequit simul vnā materiam in formare; ergo neque duplex priuatio. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam ex repugnātia formarum substantialium, non sequitur repugnantia priuationū: tum quia oppositio non est inter carentias; sed inter actum, & carentiam; vel inter formas positivas: tum quia priuationes formæ oppositæ, (scilicet, albedinis, &

nigredinis) possunt esse in eodem subiecto; etiam si formæ nequeāt esse: vnde priuationes non sunt in omnibus formis posituis æquiparandæ: vt dixi in notabili secundo.

16. **S**ecundum sic se habet. Priuationes formæ fundantur in appetitudine, vel in potentia materia; sed hæc est vna: ergo & priuatio est vna. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: fundantur in appetitudine materia; ita vt ab illa sumant vnitatem, vel distinctionem nego maiorem: ita vt à formis illam accipiāt concedo maiorem: & minorem: negoque consequentiam: nam (vt dixi ex Diuo Thoma) priuationes, à formis, & non à subiecto in quo sunt, accipiunt vnitatem, & distinctionem: nõ aliter, ac in opinione probabili, relatio nõ à subiecto, sed à termino accipit vnitatem, vel distinctionem.

17. **T**ertium sic procedit. Si materia habet plures priuationes: ergo habet infinitas; consequens est falsum: ergo & antecedens. Sequela probatur. Formæ quæ possunt in materia recipi sunt infinitæ: ergo si habet priuationes omnium formarum, quæ in ipsa possunt recipi, habet infinitas priuationes; hoc implicat: cum infinitum in actu, adhuc per potentiam Dei absolutam) repugnet: ergo & quod datur in materia omnium formarum priuationes. ¶ Respondetur in primis. Negando sequelam: nõ vt priuationes materiae essent secundum numerum infinitæ, (in quo genere solum

An materia vnā, vel plures habeat priuationes? 60

solum possunt habere infinitatē) opus esset, quod nullam excluderet priuationem; sed nulla datur materia, quæ non excludat priuationē formæ possessæ: ergo sequela non tenet. ¶ Sed antecedente admisso respondetur secundo; illas priuationes nō esse *cathegorematicæ*; sed *syncathegorematicæ* infinitas: in qua infinitate nulla reperitur repugnancia. ¶ Tertio respondetur, repugnātiā in formis *cathegorematicæ* infinitis reperiā, nō reperiri in priuationibus infinitis harum formarum: nam existis non resultat, sicut ex illis ens infinitū; sed potius carentia entis infiniti: quod ergo in rerum natura repugnat, non est carentia entis infiniti; sed infinitum in aliquo genere entis.

18. Quartum sic se habet. Si daretur in rerum natura vacuum, solum daretur vnica priuatio; sed in tali casu spatium posset repleri pluribus, & diuersis corporibus: ergo priuatio non dicitur vna, vel plures iuxta multitudinem formarū; sed iuxta vnitatem, vel multitudinem aptitudinis: alias essent infinitæ vacuitates, quod est contra communem modum concipiendi: & etiam essent in Petro, habente potentiam passiuam, infinitæ cæcitates: quia non habet infinitas potentias passiuas, quas valet recipere. ¶ Respondetur negando antecedens: nam non est inconueniens admittere infinitas priuationes, & vacuitates; etiam si tantum

sit vnum vacuum: quia *numeralia addita connotatiuis, solum multiplicanc materialia, & non formale significatum*: vnde simpliciter solum erit vnum vacuum licet *syncathegorematicè* infinitas habeat vacuitates.

19. Dices. Quando locus est plenus simpliciter, est falsum dicere, quod sit vacuus: ergo & quod habeat infinitas vacuitates, seu priuationes: ergo in tali hypothesi tantum est vnica priuatio, definēs esse per aduentum actus replentis locum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam cum dicimus, locum esse vacuum, negamus à loco omnem repletionē: (quia vacuum idem est, quod non plenum) & *negatio cum sit malignantis nature, destruit vniuersaliter terminum, cui adiungitur & ideo vacuum nō valet dici de loco, qui habet carentiam alicuius determinatæ repletionis; si vltterius non habet carentiam cuiuscumque repletionis. Sicut vas absolutè non dicitur vacuū; sed vacuum vino, vel oleo: similiter materia habens vnicam formā, nunquam dicitur absolutè priuata forma; per hoc quod ei hæc, vel illa deficiat: nam huius modi propositiones: *Locus est vacuus; materia est priuata forma*: sunt *distributive, & vniuersales* ex parte prædicati: & propositio vniuersalis, vt sit vera, requirit omnem particularem esse determinate veram.*

LIBER

SECUNDVS

PHYSICORVM.



Ostquam eruditio Philosophica differuit in primo libro de principijs entis naturalis in ordine ad se; nunc in isto secundo Physicorū libro de ipso ente naturali, in ordine ad operationem, sermonem instituit: vt tamen aliqualis notitia eorū, quæ in isto libro ab Aristotele disputantur, summam habeatur: sciendum est, quod iste liber, (sicut & præcedens) per nouem completur capita: in quorum primò docet Philosophus, quid sit natura, quid ens naturale, & quid ens secundum naturam. In secundo assignat distinctionem inter Physicam, & Mathematicam. In tertio quatuor statuit causarum genera, per se ad ens naturale concurrentia. In quarto enumerat causam per accidens: casum, scilicet, & fortunā. In quinto casum à fortuna discernit. In sexto proponit aliqua quæ ad causam per se, & per accidens reducuntur. Et denique in reliquis vltimis docet, naturam semper agere propter finem; & Philosophum in propria cognitione prioristica procedere demonstrā. lo effectum per suam causam. quæ omnia per sequentes disputationes sunt examinanda.

DISPUTATIO PRIMA DE NATURA.

Omissis Antiquorum erroribus, Aristoteles, in primo capite huius libri, naturam hoc explicat modo: natura est principium, & causa, motus, & quietis, eius in quo est, primò, & per se, & non secundum accidens: & postea docet quod ens naturale est substantia completa, quæ ex materia, & forma coalescit: & denique (secundum ipsum) de ente

An natura sit ab Aristotele recte definita? 61
 ente secundum naturam dicuntur proprietates, & passiones ab ipso
 ente naturali pullulantes. Doctrinam igitur huius capituli in hac prima dis-
 putatione declarare intendimus. Vnde sit.

QVÆSTIO. I.

*An natura sit ab Aristotele
 recte definita?*

§. I.

Prenotantur aliqua.

1. **P**ro huius definitionis in-
 telligentia, aduerte primo,
 hoc nomen *Natura* esse æquouocū:
 nam aliquando sumitur in *latissima*
 acceptione pro tota collectione,
 & vniuersitate rerum: in quo sen-
 su dicimus hoc, vel illud fuisse in
 rerum natura factum. Aliquando
 vero accipitur *magis strictè* pro
 quidditate, & essentia cuiuscum-
 que rei: in quo sensu dicimus in-
 tellectualitatē radicalem Dei esse
 de essentia, & natura ipsius Dei.
 Tertio sumitur *magis proprie* pro
 actione generatiua, quæ à nascē-
 dō dicitur *natiuitas* postea hoc
 nomen *Natura* translatum est ad
 significandum *principium motus na-
 turalis-natiuitatis, seu ortus*: imo &
 primum principium cuiuscumque
 motus materiam sensibilem con-
 cernentis.

2. Aduerte secundo, quod sicut
 natura, sic *naturale* est à Philoso-
 phis in varias receptum acceptiones.
 Nā primò accipitur *prout op-
 ponitur supernaturali*: in quo sensu
 dicitur *naturale quidquid sit ab*

agente, quod non sit supernatura-
 le, (sive sit liberum, sive necessa-
 rium, sive violentum) secundo
 sumitur *prout opponitur libero, &
 moralis*: in quo sensu, vocatur natu-
 rale quidquid non est liberum, &
 morale. Tertio sumitur *prout op-
 ponitur artificiali, & violento*: in qua
 acceptione quidquid nō sit ab ar-
 te, nec est contra inclinationem
 subiecti, dicitur naturale. Deni-
 que in præcænti accipitur pro en-
 te, in quo est natura, quæ est mo-
 tus physici, & quietis physice
 principium.

3. Aduerte tertio violentum sic
 esse à Philosopho definitum: *vio-
 lentum est illud, quod procedit à prin-
 cipio extrinseco, passio non conferente
 nim.* Id est, *passio veniente, & reluctā-
 te.* Vt ergo motus sit violentus, nō
 sufficit, quod subiectum negatiuè
 se habeat ad accidētis violentiam;
 sed vltterius, quod positiuè sit cō-
 tra subiecti inclinationem: allās
 illuminatio Solis effect aëri violē-
 ra: quia aër non habet inclinatio-
 nem, nec reluctāntiam; sed merè
 negatiuè se habet ad illuminatio-
 nis receptionem. Constat hæc do-
 ctrina in motu naturali, qui non
 est talis præcisè, per hoc quod
 subiectum merè negatiuè se ha-
 beat ad illum; sed vltterius requi-
 ritur, quod habeat naturalem in-
 elinationem ad illum. Vnde mo-
 tus ab arte dimanans non est lig-

Disputatio prima. Quæstio prima.

no naturalis: quia in ligno non est inclinatio ad effigiem, (Virginis Matris. v. g.) etiam si in illo sit quædam non repugnans, ad talem effigiem.

4. Aduerte quarto quod eadem actio, in ordine ad diuersos gradus eiusdem suppositi, & in ordine ad diuersa supposita, potest dici naturalis, & violenta: v. g. motus localis, est homini violentus ratione gravitatis; & tamen est illi naturalis secundum gradum vite; & calefactio est igni naturalis, & aque violenta. Quibus suppositis, fit.

§. II.

Conclusio.

5. Natura rectè est à Philosopho definita. Hæc nostra conclusio constat: tum ex auctoritate definiens: tum ex cõmuni omnium Philosophorum consensu: tum ex expositione definitionis: circa quam primò est supponendum, primam particulam, scilicet, principium esse appositam loco generis; in qua cõuenit cum omnibus principijs: distinguitur tamen per illam à composito substantiali, quod nõ est principium; sed principiatum. Secunda, scilicet, causa, denotat naturam non quomocumq; esse primum principium motus; sed esse principium per modum causæ influentis, cum dependentia principiatu, quod per modum effectus causæ correspondet. Secundò specialiter potest

dici, has particulas; principium, & causa, esse à Philosopho in definitione naturæ appositas, ad denotandum naturam non solum esse causam motus interni, (qui ad esse proprium, constitutionemquè intrinsecam entis naturalis ordinatur, medijs causalitatibus, seu motibus intrinsecis; idest, media in formatione, & receptione) sed etiã motus externi, qui ad perfectionem actus essendi, seu compositi constitutioni ordinatur. Hæc specialis expositio deducitur ex Aristotelica dispositione: nam in 1. li. (vbi naturam ad motum internum causalitatemquè intrinsecam, seu actum essendi ordinauit, illum sub expressione principij, seu elementi definiuit: & in hoc libro, (vbi naturam ad motum, causalitatemque extrinsecam, seu actum operandi ordinauit, illam sub expressione causæ definiuit: nunc verò sub utraque principij, & causæ expressione definiuit; vt denotaret, naturam nõ solum esse principium motus interni; sed & causam externi; vel vt denotaret, non solum esse principium actus essendi; sed etiam causam actus operandi. Nota tamè motum, ad perfectionem naturæ ordinatum, appellari extrinsecum; non quia recipiatur in subiecto distincto, ab eo in quo est ipsa natura; sed comparatiuè ad actum essendi; qui est actus, seu motus magis intrinsecus.

6. Dices. Omnis causa est principium: (vt constat ex dictis in 1. lib. disp. 1. q. 1.) ergo superflue ponitur

nitur particula *principium*: utique quia datur inutilis repetitio principij; cum semel sit in se appositum; & iterum in particula *causa* sit inclusum: non aliter ac si in definitione hominis diceretur: *homo est vivens animal rationale.* ¶ Respondetur (iuxta primam expositionem) concedendo antecedens; & negando consequentiam: nã species multoties ponitur loco differentie: quando illius differentia non est ita manifesta: vnde in præsentí definitione particula, *causa* non supponit pro constituto ex differentia particulari, & ex principio; sed solum pro differentia, quæ contrahit principium ad esse causæ. ¶ Secundo (iuxta secundam expositionem) respondetur, concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam principium quod includitur in *causa* in definitione apposita, non est *principium motus interni*; sed *externi*: principium verò à Philosopho in definitione prolatum, non stat nisi pro principio motus *interni*: vnde licet *materialiter* idem sit principium motus *interni*, & *externi*; tamen *formaliter* non est idè: cum *sub ratione principij* respiciat *motum internum*, & *sub ratione causæ* *motum externum*.

7. Replicabis. Natura, ad actum essendi, motumque internum ordinata, non est formaliter natura; sed essentia; sed Philosophus in præsentí naturam, & non essentiam definiuit: ergo male exponitur definitio Philosophi in ordine ad

actum essendi. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: natura ad actum essendi, motumque internum ordinata, non est formaliter natura *metaphysice*, concedo maiorem: *physice*, nego maiorem: & distinguo minorem: in præsentí definiuit naturam, quæ à *Philosophis* talis appellatur, concedo minorem: quæ à *Metaphysicis*, nego minorem: & consequentiam. Vt distinctionem intelligas, nota naturam ad motum intrinsecum, actumque essendi ordinatam, propriissimè in *Philosophia* obtinere rationem *naturæ*, entisque mobilis: licet hæc à *Metaphysicis* (vt præcissionibus locum præbeant) appelletur *essentia*. Ratio est: nam natura, vt ad motum intrinsecum ordinata, media receptione, & informatione causat compositum, in quo istæ causalitates quiescunt; sed hoc compositum, vt tale, per se primò (tam in esse obiecti, quam in esse rei) inspicitur à *Philosophia*: ergo natura ad motum internum ordinata propriissimè appellatur in *Philosophia* natura. Maior probatur. Principium motus *physici*, (per se primò inspecti à *Philosophia*) est quod propriissimè obtinet rationem *naturæ*; sed *Philosophia* (saltem in esse rei) non inspicit per se motum, vt ordinatum ad perfectionem propriij esse; sed motum ordinatum ad proprium esse: utique quia ille in esse rei consequitur ad istum, estque ad istum ordinatum: ergo principium motus intrinseci est quod respectu *Philosophiæ*

Disputatio prima. Quæstio prima.

sophiæ maiorem obtinet perfecti-
tem. ¶ Confirmatur. Natura
propriissimè est illa, quæ est prin-
cipium motus physici sensibilis;
sed prout principium motus in-
terni est principium motus phy-
sici sensibilis: cum vt sic sit causa
informationis, & receptionis: er-
go prout sic habet rationem na-
turæ.

8. Tertia particula; scilicet, *mo-
tus, & quietis*, ponitur ad denotan-
dum naturam esse causam *motus
physici, & quietis positivæ*: nam *quies*
dupliciter potest accipi: primò *pro
termino motus*, qui est aliquis modus
positivus; (vt *ubi*, respectu motus
localis) secundò *pro carentia mo-
tus*, ad quam non datur per se mo-
tus, nec causa per se; sed per acci-
dens; in quantum consequitur ad
entitatem quietis positivam, ad
quam datur per se motus.

9. Dices. Natura est determina-
ta ad vnum: ergo debet definiri
per motum tantum, vel per quie-
tem tantum. ¶ Respondetur na-
turam esse determinatâ ad vnum;
etiam si terminetur ad motum, &
quietem: nam ex motu, *qui est via*,
& ex quiete, quæ est huius *vie ter-
minus*, non fit duplex specificati-
uum; sed vnum: non aliter ac ex
consecutione, & ex re consecuta
non fit duplex finis; sed vnus dum-
taxat: (vt dixi ex Angelico Magi-
stro in proœmialibus Logicæ, q.
2.) Sed quia hæc obiectio potest
fieri circa diuersos motus eiusdem
naturæ; ideo responderetur distin-
guendo antecedens: natura est de-

terminata ad vnum; id est, nō ope-
ratur cum libertate, & indifferen-
tia, concedo antecedens: id est, nō
potest, absque indifferencia mo-
tus specie diuersos, operari, nego
antecedens: & consequentiam: nā
natura absque libertate, & in dif-
ferentia ei opposita potest motus
specie diuersos producere: vt con-
stat in Sole, qui succitatem, & ca-
lorem producit.

10. Replicabis. Nulla definitio
datur per opposita: ergo nec hæc
valet dari per motum, & quietem.
¶ Primo responderetur conceden-
do antecedens: & negando conse-
quentiam: nam motus, & quies
nō sunt inter se opposita; si quies,
(vt dixi) accipiatur positivè pro
termino motus: cum via, & ter-
minus non opponantur. ¶ Secun-
dò responderetur, distinguendo an-
tecedens: nulla definitio datur per
opposita *in recto*, concedo antece-
dens, *in obliquo*, nego antecedens:
& consequentiam: nam non repe-
ritur incōueniens in hoc quod est
definire aliquam entitatem per
opposita in obliquo: vt si dicam:
*subiectum transmutationis, est: quod
transit à nō esse priuatiuo, ad esse posi-
tiuum*: & ratio huius est: quia in his
definitionibus non affirmatur op-
posita de definito; sed affirmatur
de definito, quod sic principium,
aut subiectum oppositorum; in
quo nulla datur repugnantia.

11. Quarta particula; scilicet,
eius in quo est, ponitur ad denotan-
dum naturam esse solum princi-
pium *motus interni*; id est, recepti-

in supposito, in quo est ipsa natura.
12. Dices. Actio generatiua nõ recipitur in supposito, à quo elicitur; & tamen est naturalis, & dimanans à natura, vt formalissime exprimit perfectionẽ naturæ: r. 3o ad hoc vt principium exprimat naturę perfectionem non est opus, quod actio, vel motus recipiatur in subiecto, à quo elicitur. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negãdo minorem: nam licet illa actio possit dici naturalis: quia dimanat à principio actiuo iuxta inclinationem naturæ: non tamen quia dimanat à natura; vt formaliter talis. Hęc solutio constat ex Philosopho in hoc libro. cap. 6. vbi sic ait: *generatio non obinde fuit dicta natura, vel nativitas: quia exeat à natura; sed quia ad naturam via est: ex quibus verbis constat, generationem non dimanare à natura, vt à natura: alias per ordinem ad illam generatio nativitas diceretur: quare generatio solum dicitur nativitas in ordine ad principium passivum in quo recipitur.*

13. Sed hæc communis explicatio non placuit Moderno nostræ familiæ; qui dicit genuinum huius particule sensum esse: quod natura sit principium motus respectu entis, vel suppositi, in quo est ipsa natura; siue talis motus recipiatur in proprio subiecto, siue in alieno: dummodò sit iuxta inclinationem ipsius principij actiuo: nõ *ly eius*, non appellat *supra motum* (vt volunt Thomistæ) sed *supra suppositum*, in quo est ipsa natura.

Sed hæc expositio, quę aliquandò placuit, nunc vt Philosopho contraria, displicet: nam in hoc libro cap. 2. sic naturã definiuit: *natura est principium, & causa vt id moueatur, atque quiescat, in quo primo, & per se, & non secundum accidens.* Ex hac, Moderni, definitionem (à nobis supra appositam) sumperunt; sed expositio huius Doctoris est huic definitioni contraria: vtique quia suppositum in quo est natura non potest moueri per motum receptum in supposito alio, ab eo in quo est ipsa natura: ergo in eo, & non in alieno debet recipi motus: quod est contra explicationem à Moderno traditam.

14. Quinta particula; scilicet, primo ponitur ad denotandum naturam, non vt cum quę esse principium motus; sed esse primum; id est, radicale, seu substantiale principium motus: vnde per hanc particulam excluditur à ratione naturæ principia proxima, & formalia motus.

15. Sexta particula; scilicet, *per se* ponitur ad denotandum naturam ex se, & secundum rationem vltimam, & differentialem esse principium motus, & quietis.

16. Vltima particula, & non secundum accidens ponitur, vt distinguatur ab arte, adhuc sumpta pro radice; quę, siue per accidens concurrat ad motũ internum; vt medicina, quę in Medico per accidens concurrat ad Medici sanitatem; siue per se, vt in arte saltatoria, quę per se concurrat ad saltationẽ; tamen

Disputatio prima. Questio prima.

men semper concurrat secundum accidens: id est, secundum aliquam rationem accidentalem in ipso motu repperiam: unde particula *secundum accidens*, ponitur ad denotandum naturam non concurrere ad accidens; sed ad substantiam motus. Ratio huius est: nam ille motus saltandi quoad substantiam est naturalis à potentia loco motiua naturali proueniens; & solum quoad modum est artificialis, seu ab arte dimanans: ergo motus artificialis solum secundum accidens dimanat ab arte; sed hoc non sufficit ad rationem naturæ: ergo nec natura, quoad motum artificialem, ut artificialem radicaliter concurrens, exprimit expressionem naturæ. Minor probatur. Natura est principium motus; sed accidens motus, non est motus: ergo principium huius accidentis, ut principium huius accidentis non obtinet naturæ perfectionem. Unde per hanc particulam non solum ars formalis, vel proxima; sed etiam ars radicalis; scilicet, substantia ipsa, quæ identice dicitur natura est exclusa formaliter à ratione naturæ: cū natura essentialiter exigat esse principium motus, & non accidentis in motu recepti. Ex quo colliges aliquos Thomistas cum cōfusione, & absq; intelligentia accipere particulam *secundum accidens*, pro particula *per accidens*; ut distinguatur natura ab accidenti, & ab arte proxima, quæ accidens est: nam motus artificialis ut talis non solum prouenit proximè ab arte; sed etiā radicaliter

à substantia: ergo in hoc actio artificialis non distinguitur à naturali. Reijcitur etiam hæc expositio: quia superfluitatis nota in vrit Aristotelicam definitionem: cum iuxta suam explicationem iam esset natura ab arte distincta per particulam *primò*, & *per se*: ergo hæc expositio ut veritati, & Philosopho contraria debet reijci.

17. Inquires: an hæc definitio sit essentialis, vel descriptiua? Dico hanc definitionem esse *virtualiter* duplicem; & sic esse *essentialem*, & *descriptiuam*: *essentialem*, quatenus est principium motus interni primarij: *descriptiuam*, quatenus est causa motus externi secundarij: non aliter ac definitio vniuersalis ex Porphyrio tradita à nobis in Logica, disp. 3. q. 1. est *essentialis*, & *descriptiua*. ¶ Nec obstat, quod hæc definitio detur per aliquod extrinsecum, ad quod natura ut entitas absoluta nequit ordinari. ¶ Non (inquam) obstat: nam natura in recto non coalescit ex motu, licet definiatur in ordine ad illum, tanquam ad terminum habitudinis *secundum dici*: licet enim habitudo prædicamentalis substantiæ repugnet; non tamen habitudo secundum dici: ut constat ex Diuo Thoma in præfati Lectione. 1. ubi docet naturam importare habitudinē principij.

QVÆSTIO. II.

Quibus competat ratio
naturæ?

§. I.

Lux tituli.

1. **P**Lura sub vno titulo continentur: nam in presenti inquirimus: an composito ex forma totali, & subsistentia constare competat ratio naturæ? & an composito ex forma partiali, & ex materia constanti? & an partibus formam totalem constitutibus? deinde an celo? Rursus an anime rationali? & denique an elementis; videlicet, grauibus, & lenibus? Vt ergo hæc omnia maiori discutiantur claritate sigillatim à nobis sunt resoluenda.

2. Et in primis vt certum suppono compositum ex forma totali, & subsistentia constans non habere rationem naturæ. Constat hæc nostra suppositio: tum ex Philosopho in presenti tract. 12. vbi docet: *quod compositum natura quidem non est; sed constans natura: vt homo*: Tum ratione: quia suppositum nõ est principium quo motus; sed ex illo consurgens: ergo compositum ex forma totali, & ex subsistentia consurgens nõ est natura.

§. II.

An forme totali ratio naturæ
conueniat?

3. **A**D secundam huius questionis difficultatem dico, formam totalem non habere ra-

tionem naturæ. Contraria aliquando placuit; sed hæc nunc placet vt expressa in tex. 12. Philosophi, vbi sic fatetur, *sunt ergo natura materia prima, & forma substantialis; id autem quod ex his componitur, non est natura; sed ea constat*: quem locum sic exponit Magister Sanctus: *posset autem aliquis credere, quod quia materia dicitur natura; & etiam forma, quod compositum posset dici natura: compositum autem ex materia, & forma, non est natura; sed à natura*: Tum sic forma totalis est, quæ ex materia, & forma consurgit: ergo hæc in opinione vtriusque Philosophi nõ est natura; sed à natura. Constat hoc ex eodem Philosopho. cap. 4. tex. 5. vbi sic ait: *quod natura est id, ex quo, primo inexistente, generatur quod gignitur*; sed natura completa non est id ex quo primo generatur; sed est terminus genitus: et ergo natura completa non obtinet naturæ perfectionem. Constat etiam ex eodem Philosopho. 5. Metaph. tex. 1. vbi sic ait: *quod natura principium est, & elementum*; sed forma totalis non est principium elementale: ergo non est natura.

4. Ratiose vero probatur. Natura est principium natiuitatis, seu generationis; sed forma totalis. v. g. *humanitas*, non est principium; sed terminus formalis quo natiuitatis, seu generationis: ergo forma totalis nõ est natura. ¶ Confirmatur. Forma totalis primo, & per se, non est principium passiuum, nec actiuum vt quo motus: (vtique quia ratione materiae recipit; &

Disputatio prima. Questio secunda.

ratione formæ agit) ergo non ex se, vel per se; sed ratione alterius; (id est, partis inclusæ) est principium *vi quo* motus: ergo ratione alterius obtinet perfectionem naturæ.

5. Dices primò. Licet forma totalis non sit principium; sed terminus *quo* generationis; tamen est principium *quo* motus vitalis ad perfectionem rei ordinati: ergo est natura. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: est principium *quo* motus, *ratione alterius*, concedo antecedens; *ratione sui*, nego antecedens, & consequentiam: nam forma totalis, nec est primum principium generationis; nec ratione sui; sed ratione partis inclusæ agit, & recipit.

6. Dices secundò. Humanitas. v.g. in ordine ad motum considerata, licet materialiter, & præsuppositiuè sit à natura; tamen formaliter non est à natura; sed natura cum, vt sic, sit principium motus; ergo, vt sic, et ratio naturæ competit. ¶ Respondetur in primis: idem argumentum posse fieri de supposito, quod in nullius Doctoris opinione habet rationem naturæ. ¶ Respondetur ergo negando antecedens: nam etiam in ordine ad motum, partes humanitatis constitutar se habent de formalis: cum sint radicalia, & prima principia, vt humanitas recipiat, & agat.

7. Dices tertio. De fide est, quod Verbum assumpsit naturam humanam; scilicet, humanitatem: er-

go humanitas secundum fidem est natura. ¶ Respondetur humanitatem esse naturam, sumpta natura *pro essentia*: in quo sensu non solum essentia Dei natura appellatur; sed etiam ipsa humanitas: vt constat ex Diuo Thoma. 5. Metaph. lect. 5. dum dixit: *Non solum forma partis dicitur natura; sed species ipsa, que est forma totius: vt si dicamus: quod hominis natura non solum est anima; sed humanitas.* Vnde forma totius natura dicitur; non quia sit primum principium motus; sed quia est quidditas rei.

§. III.

An materia ratio naturæ conueniat?

8. **A**D secundam huius questionis difficultatem dico materiam primam proprie participare rationem naturæ. ¶ Cõstat hæc nostra assertio ex Philosopho. text. 12. supra citato. §. 2. nu. 3. Et ratione probatur. Materia prima in genere causæ materialis est primum principium motus interni, & externi: vtique quia trãsmutatio naturalis immediatè recipitur in materia tanquam in primo principio: ergo ratio naturæ proprie conuenit materiæ. ¶ Confirmatur. Materia prima in genere receptiuo semper est primum generationis principium; nunc in illa, nunc in termino actio recipiatur generatiua: ergo verè, & proprie est natura. Antecedens probatur.

batur. Immediata, & proxima receptio non est ad rationem naturæ necessaria; sed solum radicalis, & prima; sed hæc est materia propriatæ sit receptionis radix prima: ergo semper est primū; id est, radicale generationis principium. Probatum maior à simili: nam ut forma sit natura in ratione principij actiui, non requiritur, quod sit proximum; & immediatum principium motus: (alias poterit proxima à ratione naturæ non essent excluse) sed solum quod sit primum, & radicale principium: ergo similiter ut materia sit propriè natura, in ratione principij passivi, non exigitur, quod sit immediatum, & proximum receptiuum motus; sed solum quod sit primum, & radicale receptionis principium.

9. Dices primò. Secundum Philosophum 2. physic. cap. 1. *forma est magis natura, quam materia*: ergo materia metaphoricè participat rationem naturæ. ¶ Responderetur formam dici *magis* naturam; non quia ratio naturæ æqualiter ab his duobus primis principijs non participetur; sed quia ratio differentialis contra diuina naturæ in forma est perfectior. Non aliter ac *homo dicitur animal perfectius* Leone; etiam si excessus perfectionis non sit in ratione generica.

10. Ex his colligo materiam, & materiam vniocè participare rationem naturæ: nā materia in genere cause materialis est independentem à forma principium motus: & si

militer forma in genere cause formalis independentem à materia est etiam principium motus: ergo æqualiter, & vniocè participant rationem naturæ. Nec obstat, quod materia absque forma non possit esse principium passiuum motus. Nam etiam forma materialis absque materia nequit esse principium actiuum motus; & tamen propriè participat rationem naturæ: ergo quamuis materia non possit sine forma esse principium passiuum motus, poterit propriè rationem naturæ participare: nam ly *independentem* non sonat, quod vna pars absque alia exerceat rationem naturæ; sed quod vna non constituitur ab alia in ratione naturæ.

11. Dices secundo. In artificialibus sola forma est ars, vel est intra genus artis: utique quia per subiectum non distinguitur ab ente naturali: ergo in naturalibus sola forma est natura, vel est intra genus naturæ. ¶ Responderetur negando antecedens: nam in artificialibus non solum forma est intra genus artis; sed etiam subiectum formaliter acceptum est intra idem genus: nam subiectum, vel materia formæ artificialis *formaliter accepta* reduplicat quandam non repugnantiam ad formæ arti-

ficialis receptionem.

(?)

Disputatio prima. Quæstio secunda.

§. IV.

Fundamenta contraria sententiæ.

12. **V** Allessius expugnabili vallo contrariâ solâ assertionis vallauit sententiâ, controuers. 11. ad Tyrones, c. 10; probat primo, ex Philoso. 5. Metaphysicæ, ubi sit ait: *Materiam esse susceptiuâ naturæ; id est, formæ*; ergo materia ex mētē Philosophi solâ denominatiuè est natura. ¶ Respondetur Philosophum solum denegare materiæ ex se rationem naturæ per modum principij actiui: cum solum ratione formæ agat. Nô verò per modum principij passiui: cum non sit susceptiuâ primi principij passiui; sed primi principij actiui.
13. Ratione suam probat sententiâ. Motus naturalis opponitur violento; sed respectu materiæ nullus motus est violentus: utiq; quia omnis motus, qui est via ad formam, est materiæ ex se, naturalis; sicut ipsa forma: ergo materiæ ex se non cōpetit ratio naturæ; sed solû ratione formæ: ergo respectu materiæ non datur motus violentus, nec naturalis: *cum contraria debeant esse respectu eiusdem subiecti.*
14. Huic argumento respondent Cōplutenſes concedendo maiore: & minore; & negando consequentiâ: nam docent motum solum esse materiæ violentum ratione formæ, vel dispositionis; nô vero ratione sui: quia ex se est subiectum capax omnium formatû. Pro hac solutio

re notant materiâ posse dupliciter cōsiderari: vel secundum se, vel ut affectâ forma, seu dispositionibus alicuius formæ: *si primo modo accipiatur*; dicunt nullum motum esse ei violentum; *si vero secundo modo accipiatur*, dicunt motum formæ; vel dispositionibus contrarium, esse materiæ violentum. ¶ Sed contra est: nâ eodē modo det et conuenire materiæ motus naturalis, ac violentus: *cum contrarium eadē sit actio, & dispositio*; sed motus violentus (iuxta doctrinam Complutensium) solum conuenit materiæ ratione formæ, vel dispositionis. ergo naturalis debet eitantum ratione formæ conuenire.

15. Ut ergo argumento, & obiectioni respondeâ; nota, motû, ad introductionē formæ substantialis ordinatû, posse esse materiæ naturalē, ne ū ratione formæ, & dispositionis; sed etiâ ratione proprie inclinationis. Explicatur hoc in calefactione, quæ nô solum est materiæ naturalis, ex eo quod sit per dispositiones, vel formâ ignis actuatâ; sed etiâ ex eo quod est iuxta inclinationē naturalem materiæ: cum materia ex se, & ratione proprie inclinationis, sit subiectum omnium formatû: huic ergo materiæ frigiditas calefactioni contraria, est ei violenta; nô ratione sui; sed ratione calefactionis, seu formæ ignis. Ex hoc nô sequitur, quod respectu materiæ, ut sic, non possit dari motus violentus, sicut & naturalis: nâ omnis motus, qui cedit ad introductionē formæ conaturalis amissibilis,

lis, & sublunaris, est ei naturalis: cum, ex se, sit subiectum omnium formarum sublunarium & è conuerso, motus qui intenderet in corruptionem, & inamissibilis, & incorruptibilis, esset materie sublunari, ex se, violentus: quia ex se, non est subiectum formæ inamissibilis: & similiter motus qui intenderet desiderationem formæ præexistentis, absq; eo quod alterius formæ intenderet introductionem, esset ei violentus: quia materia, ex se, saltem secundum conaturalem inclinationem, petit esse sub aliqua forma. His suppositis respondetur ad arguentium, concedendo maiorem: & negando minorem, iuxta dicta in notabilibus. Ad probationem, concedendo omnem motum formæ amissibilis introductionem desiderantem, esse materie, ex se, conaturalem: & nego, materiam, ex se, non posse pati violentiam, saltem in casibus supra allatis. Per quod patet ad instantiam: nam dantur motus, qui sunt materie (ratione formæ, & etiam ratione propriæ entitatis naturales, & violenti.

§. V.

An forma ratio naturæ conueniat.

16. **V**T tertio respondeã quæ-
sito, dicendum est, formã
substantialẽ esse formaliter natu-
rã. Et probatur ex Philosopho 2.
physic. cap. 1. ubi sic ait: atq; natu-
ra magis forma est, quam materies. Ex

qua auctoritate hanc deduco ra-
tionem. Si natura esset ad princi-
pium passiuum motus determina-
ta, & non se extenderet ad princi-
pium actiuum motus, absque du-
bio materia esset magis natura,
quam forma; sed contrarium docet
Philosophus: ergo forma essen-
tialiter participat rationem natu-
ræ. Sequela probatur. Princi-
pium passiuum motus magis princi-
paliter conuenit materie, quam
formæ: ergo si natura esset ad
principium passiuum motus de-
terminata, absque dubio mate-
ria esset magis natura, quam for-
ma.

17. Obijcies. Forma, ex se, non
est principium passiuum motus:
cum sola materia sit ex se princi-
pium passiuum motus; sed ad ra-
tionem naturæ indispensabiliter
requiritur ratio principij passiu-
i (vtique quia ignis, respectu cale-
factionis, non habet rationem for-
malem naturæ: quia hæc in illo nõ
recipitur (ergo forma, ex se, non
est natura. ¶ Responderur ne-
gando antecedens, respectu for-
mæ vitalis: nam licet materia pri-
ma, in ordine ad transmutationem
substantialẽ, & ad alias similes
actiones, sit, ex se primum princi-
pium passiuum motus, tamen in
ordine ad operationes vitales, for-
ma vitalis est ex se primum princi-
pium passiuum, & actiuum mo-
tus; ita vt actus vitalis recipiatur
in materia ratione formæ vitalis.

18. Sed hæc solutio non placet: nõ
ex illa magis constituitur forma in

Disputatio prima. Questio secunda.

esse naturę per receptionem, quam per actiuitatem, à qua debet dici natura, vt specie distingatur à principio passiuo motus: ergo receptio primaria, & per se; per accidens se habet ad rationem naturę: Secundo: nam forma æqualiter debet dici natura in ordine ad omnes motus in proprio composito receptos; sed in ordine ad motus non vitales non habet, ex se; sed ratione materię, receptionem: ergo receptio ex se, per accidens se habet, vt forma constituitur in ratione naturę.

19. Quare, hac relicta solutione, dico; quod ad hoc vt constituitur forma in esse naturę per modum principij actiui; non est opus, quod motus recipiatur per se primo, & ratione sui in illa; sed solū quod sit intrinsicè in illa: id est, quod in ratione principij actiui nō sit actiuitas, vt in illa nō sit motus, tantum per se secundo, receptus. Constat hæc solutio ex definitione naturę: vbi ad rationem naturę nō requiritur, quod ex se sit determinatè principium passiuum motus; sed quod sit primum principium siue actiuum, siue passiuum motus: nā *by primum* non appellat supra *passiuum*; sed supra *principium*: vt ex se constat. ¶ Ex quo colliges formā, in ordine ad actus vitales, esse naturam; nedum in ratione principij actiui; sed *passiuum* nā per se primo, & ratione sui, est primū principium nedum *actiuum*: sed *passiuum* motus. ¶ Adde, receptionē motus, vel hoc quod est esse principium

passiuum motus, in principio actiuo non esse rationem formalem constitutinam naturę; sed esse conditionem necessariam, vt principium actiuum sit natura: vnde motus materialis, non vitalis, vt dimanans à principio actiuo, (tandem à principio radicali, & primò) constituit formaliter formam in ratione naturę; & idem, vt receptus constituit formaliter materiam in ratione naturę; & conditionaliter formam in ratione naturę: quare ignis, respectu calefactionis, non est natura, defectu conditionis: id est, quia in se non recipit calefactionem.

§. VI.

An anima rationali ratio natura conueniat?

20. AD quartam nostrę questionis deueniendo parè, dico, animam rationalem, vt rationalem, rationē naturę proprię finē obtinere. Probat: nam vt constat ex Concilio Lateranensi, sess. 8. quod fuit sub Leone 10. congregatum: anima rationalis, secundum rationem vitam, & specificam, est forma hominis, entis naturalis constitutiuā; sed forma naturalis, entis naturalis constitutiuā, propriè est natura: ergo anima rationalis, vt talis, propriè participat rationem naturę.
21. Dices primo. Ex eo quod anima rationalis, vt talis, sit for-

ma hominis entis naturalis constituitur, non sequitur, quod sit natura ad operari, motumque passivum ordinata; sed solum quod sit pars huius conpositi ad esse illius ordinata: ergo ratio non probat intentum. ¶ Respondetur, negando antecedens: nam anima rationalis, ut talis, non solum ordinatur ad esse hominis; sed etiam ad motus physicos locutionis, admirationis, actus ridendi, & flendi; & denique ad motus inferiorum potentiarum, prout procedunt ex imperio voluntatis.

21. Dices secundo. Motus ab anima rationali, ut rationali, dimanantes sunt omnino spirituales, & a materia sensibili independentes: ergo anima rationalis, ut rationalis, non obtinet naturæ perfectionem.

23. Ut huic objectioni, & præcedenti respondeant aliqui Doctores, supponunt, (& bene) animam rationalem, in statu separationis, non exercere munus proprium naturæ; etiam si natura sit: nam actus eliciti ab anima, in statu separationis, tam quoad substantiam, quam quoad modum, sunt immateriales, & a materia sensibili propria Philosophiæ independentes: hæc doctrinam sumpserunt ex Sancto Doctore. 2. physic. lect. 4. ubi ait: *Physicum non agere de anima rationali prout est in statu separationis.* ¶ Secundo supponunt, animam rationalem, in statu immersionis, exercere munus naturæ quoad omnes suos actus: quia omnes, etiam spi-

Tom. 1. pars 1.

rituales, sunt dependentes à materia sensibili, Philosophiæ propria.

24. Quibus suppositis, probabiliter responderetur, negando antecedens: nam licet actus volitionis, & intellectus, quoad substantiam, sint secundum se à materia sensibili independentes; tamen, quoad modum, sunt ab illa dependentes: quia pro hoc statu exercentur dependentes à sensibus.

25. Sed quia hæc solutio pluribus est subiecta impugnationibus; ideo secundo (forsam & melius) responderetur, iuxta dicta, negando antecedens: nam anima rationalis, ut talis, non solum est principium intellectus, & volitionis; sed etiam risus, fletus, & locutionis, qui sunt actus omnino materiales, tam quoad substantiam, quàm quoad modum: & ideo ut principium horum, licet non aliorum, explicat perfectionem naturæ: quia, ut aliqua forma sit natura, non est opus, quod in ordine ad omnes motus, sed sufficit, quod in ordine ad aliquos, explicet perfectionem naturæ: ut constat in forma ignis, que natura est; & tamen perfectionem naturæ non explicat in ordine ad calefactionem.

§. VII.

An celo ratio natura conveniat?

26. Pro ultima huius questionis parte nota, cælum esse ens naturale, ex natura essentiali.

Disputatio prima. Questio secunda.

ter constans: tū quia cœlum (sicut quodlibet ens naturale) constat ex materia, & forma physica, quæ est quantitatis radix: cum quia Philosophus, (qui solum disputat de ente naturali) disputat de cœlo, tanquam de obiecto partiali, per se primo atta èto.

27. Nota secūdo, cœlestes orbis non habere, ex se, principium actuum motus circularis: vt aliqui somnauerunt; sed moueri a cœlo ab Angelis, vel ab intelligentijs, à diuina sapientia ad hoc munus deputatis, iuxta illud Iob: *sub quo currunt, qui portant orbem.* Præter istum motum circulem cœlorum, orbis habent, ex se, peculiare influentias in corporibus inferioribus, siue cœlestibus, siue sublunariis, ad quas applicatur per motum circulem, effectiue causatum ab intelligentia, quæ non est orbibus vnita, per modum formæ informantis, vt aliqui existimarunt; sed eis contigua per modum motoris. ¶ Nunc quod inquirimus, est: an cœlum habeat naturæ perfectionem in ordine ad motum circulem passiuè in illo receptum? & an, iste motus sit cœlo naturalis, secundum inclinationem particularem ad bonum proprium ordinatam; vel secundum inclinationem communem, & vniuersalem, ad bonum vniuersi ordinatam? His ergo prælibatis.

28. Dico, cœlum, per ordinem ad motum circulem, obtinere naturæ perfectionem; nedum secundum inclinationem vniuersa-

lem; sed etiam secundum particularem. Hæc nostra assertio tres continet partes: & quoad primam probatur. Cœlum est principium, & causa passiuæ motus circularis, ad quem naturaliter inclinatur: ergo cœlum per ordinem ad motum circulem perfectionem naturæ explicat. Cōsequētia est certa. Antecedens probatur. Motus circularis est cœlo naturaliter necessarius, vt in inferioribus peculiare causet influentias; sed cœlum, ex se, inclinatur naturaliter ad illas: ergo & ad motum circulem ad illas simpliciter necessarium.

29. Secunda pars nostræ assertionis probatur. Omnis vniuersi pars, non solum ordinatur ad bonum proprium, & ad conseruationem propriæ entitatis; sed etiam ad bonum vniuersi, & ad illius conseruationem; etiam si sit cum detrimento propriæ entitatis: (vt constat in manu, quæ cum detrimento proprio ordinatur ad capitis conseruationem) sed omnia corpora sublunaria dependēt ad propriam conseruationem ab influxibus cœlorum: vt constat ex Diuo Thoma, 3. contra Gentes, cap. 22: nam cœlum est causa vniuersalis influens, & gubernans, modo possibili hæc inferiora; iuxta illud Philosophi: *oportet mundum huic inferiorem contiguum esse latioribus superioribus, vt inde gubernetur.* Ergo cœlum ex inclinatione vniuersali, orta ex necessitate vniuersali, ordinatur ad motum circulem, ad influxus proprios necessarium.

Hæc

Hæc consequentia probatur. Qui, secundum aliquam inclinationem, ordinatur ad aliquem finem, ordinatur etiam ad medium naturaliter necessarium; sed cælum, secundum vniuersalem inclinationem, respicit influxus proprios: ergo secundum illam respicit motum circularē, qui se habet vt medium naturaliter requisitum, vt corpora sublunaria possint cælorum influxus participare.

30. Tertia nostræ assertionis pars probatur. Cælestes orbis secundum inclinationem particularem, & naturalem influunt in corpora sublunaria: tum quia, sicut ignis est ad calefactionem conditus; sic cæli sunt ad hos influxus conditi: tum quia Deus, qui omnia suabitur disponit, tribuit unicuique rei inclinationem propriam, & naturalem ad proprios motus; sed ad hos influxus egent motu circulari: vt constat ex dictis: & ex Diuo Thoma. in 4. dist. 48. q. 2. a. 2. vbi ait: *quod motus cæli nō est de perfectione corporis cælestis, nisi in quantum per hoc est causa generationis in istis inferioribus; & sic est talis motus naturalis*: ergo motus circularis est orbibus naturalis; nedum secundum inclinationem vniuersalem; sed etiam secundum particularem.

31. Dices. Cælum empyreum, (in quo æterni Dei maiestas residet, & in quo animæ beantur) non est principium motus: vtique quia stabili gaudet mansione: ergo hoc cælum non est natura. ¶ Respondetur negando antecedens: nam

Fon. 1. part. 19

cælum empyreum, ex se, est principium motus, & quietis; quamuis defectio hoc principium sit sub quiete: nam si cælum hoc abstraheretur à proprio loco absque dubio tenderet ad illum; sicut leue tendit ad ignis spheram: idemque dicendum est de terra, in casu quo à proprio extraheretur loco.

32. Replicabis. Potentia naturalis, quæ nequit ad actum reduci, est frustranea; sed hæc potentia, quæ à nobis in Cælo empyreo ponitur, non est naturaliter ad motum reducibilis: ergo est frustranea.

¶ Respondetur primò, distinguendo maiorem: frustranea est potentia, quæ non potest ad actum reduci naturaliter, vel supernaturaliter, concedo maiorem; quæ non potest naturaliter ad actum reduci nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: nam vt lib. 1. disp. 3. q. 3. §. 4. & 5. dixi: in materia prima datur potentia ad formas amissas; etiam si naturaliter illas non valeat possidere. ¶ Secundo respondetur, negando consequentiam: nam non esse in potentia ad actum; quia illum habet, nō reddit potentiam frustraneam: vt constat in omnibus potētijse: quare cælum nō posse habere motum ad locum proprium; quia est in illo; non est defectus potentie; sed impotentia.

§. VIII.

Argumenta opposita sententiæ.

33. S. Scotus in 4. dist. 4. q. 2. & Durandus ibidem dist. 14.

Disputatio prima. Quæstio secunda.

quæst. 2. afferunt motum circula-
rem primi mobilis non esse natu-
ralem, nec violentum; sed superna-
turalem. Et probant primò: nam
ille motus est naturalis, quo res
mouetur ab statu non naturali ad
naturalem; sed cœlum per motum
circularem non mouetur ab statu
non naturali ad naturalem: ergo
motus primi mobilis non est natu-
ralis; ita vt per ordinem ad illum
natura nominetur. ¶ Responde-
tur negando minorem: nam mul-
tæ res non mouentur ab statu
naturali ad naturalem; sed potius
è contra; & tamen talis motus est
naturalis, & à natura: vt constat
in motu corruptionis, qui natu-
ralis est; & tamen res per illum non
mouetur à dispositione non natu-
rali ad naturalem; sed potius è cõ-
trà: quare licet cœlum nō transeat
ab statu non naturali ad naturalem;
transit tamen de statu naturali ad
naturalem, semper statum natu-
ralem conseruando: nō aliter ac po-
tentia visua succedit in eliciens ac-
tus visionis, nō transit de non na-
turali ad naturalem; sed de vno na-
turali ad alium naturalem.

34. Secundò sic probant suam
sententiã. Si motus cœli esset na-
turalis, sequeretur, quod cœlo es-
set duo motus contrarij natu-
rales; consequens est falsum: ergo &
antecedens. Sequela probatur: nam
motus ab oriente in occidentem
esset cœlo naturalis; & etiam mo-
tus ab occidente in orientem esset
ei naturalis: cum eadẽ sit in vtro-
que motu ratio; sed isti motus sunt

contrarij: ergo si motus sunt cœlo
naturales, duo contrarij essent ei
naturales. ¶ Respondetur negã-
do sequelam. Ad probationẽ con-
cedo maiorem: & nego minorem:
nam cœlum ex se non habet acce-
dere tantum ad orientem, seque
ab illo recedere tantum; sed circu-
lariter moueri, vt possit, medio
tali motu circulari ex duobus ad
integrato, in sublunariibus specia-
les influentias causare. Vnde licet
hi motus sint inter se oppositi, &
non possent alicui rei pro eodem
tempore, & statu conuenire: bene
tamen pro diuersis: vt constat in
albedine, & nigredine, & in om-
nibus contrarijs: quæ licet homi-
ni v.g. non possint pro eodem tẽ-
pore naturaliter conuenire; bene
tamen pro diuersis.

35. Tertio. Omnis motus natu-
ralis est propter quietem; sed mo-
tus circularis cœli non est propter
quietem: ergo motus cœli non est
naturalis. ¶ Respondetur distin-
guẽdo maiorem: omnis motus est
propter quietem *positiuam*, quæ est
terminus motus, concedo maio-
rem: propter *negatiuam*, seu *prina-
tiuam* ad positiuam aliquando cõ-
secutam, nego maiorem; & eodem
modo distinguo minorem: & nego
consequentiam: nam (vt quæstio-
ne præcedenti dixi) quies in defi-
nitione naturæ posita, non est *ne-
gatiua*; sed *positiua*, quæ in cœlo re-
peritur. Præter quam quod etiam
datur quies *negatiua* in cœlo: non
quia in illo adæquatè cesset mo-
tus; sed quia in instanti *B. v. g. da-
tus*

tur carentia motus partialis, vel
partis motus, qui erat in instan-
ti. *A.*

56. Pater Vazquez. 1. 2. dispu.
22. num. 25. docet motum circula-
rem esse cœlo violentum. Probat
ex Philosopho 4. physic. ubi ait:
*quod omnis motus aut vi, aut à natura
fit; sed motus circularis non est à
natura; sed ab intelligentia: ergo
à vi: ac per consequens talis mo-*

tus est violentus. ¶ Responde-
tur concedendo maiorem: & mi-
norem: & negando consequen-
tiam: nam motus cœli non est à
natura *actiue*, quatenus fit ab in-
telligentia motrice, sed *passiue*,
quatenus naturaliter recipitur in
cœlo: non aliter ac generatio non
est naturalis; quia fit à generante;
sed quia naturaliter recipitur in
geniti materia.



DISPUTATIO
SECUNDA
 DE CAUSA IN
 COMMUNI.



EXPLICATA iam & definita nature quidditate, & essentia, per motum, & quietem; restat inquirere quomodo hæc natura sit causa rerum mutabilium: causarum igitur disputationem (haud facilem) aggredimur, per quaestiones qua mox solito sequuntur.

QVÆSTIO I.

In quo essentia cause ut sic consistat?

§. I.

Explicatio tituli, & quaestionis.

I. Pro quaestione, tituli que luce nota, causam posse tripliciter accipi: primo *improprie*, & *nimialitate*, pro principio: in qua acceptione Patres Græci Patrem æternum causam æterni Filij appellabant. Secundo, *nimis stricte*, pro principio tantum esse trino: in qua acceptione locutus fuit Divus Augustinus lib. 83. quaestionum: dum dixit: *omnis causa efficiens est*. Tertio, *proprie*, prout sub se comprehendit causam *efficientem*; *materialem*; *formalem*; & *finale*: in hoc ergo

sensu inquirimus quid sit.

2. Varijs definitionibus causa ut sic, prout sub se comprehendit quatuor genera causarum, à iunioribus explicatur: nam Pater Suarez sic eam explicat: *causa est id, quod per se et sine esse in aliud*. Pater Rubius, sic eam definit: *causa est id, ad quod sequitur effectus*. Commbricenses, sic eam explicant: *causa est id, à quo aliquid per se dependet*. Et denique Collegium Sancti Zyryli sic eam definiuit: *causa est, ad quod sequitur aliud*. Hæc definitionum diversitas fuit orta ex silentio Philosophi, qui causam ut sic indefinitam reliquit. Et licet omnes illæ definitiones aliquo modo causæ, ut sic, quidditatem explicent; tamen omnes sunt diminutæ: tum quia in aliquibus *dependentia* effectus à causa, (ratione cuius est à principio discreta) non exprimitur.

entur: quia in alijs *influentia* causa, (in qua conuenit cum principio) non explicatur. Quare vera causa ut sic definitio ex locis Sancti Doctoris deprompta sic se habet.

§. II.

Vera cause ut sic definitio.

3. **C**ausa ergo, ut sic, est natura influens in esse dependens. Ab alijs additur, à natura distinctum; sed superfluum: nã eo ipso quod sit esse à causa dependens, est à natura distinctum: cum idem nõ possit à seipso dependere. Hæc nostra definitio cõstat est Angelico Magistro. 1. p. q. 33. art. 1. vbi sic fatur: *Vnde hoc nomen causa, videtur importare diuersitatem substantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principium.* Sed quia nostra definitio magis indiget explicatione, quam probatione; ideo dico quòly *natura influens* ponitur loco generis, in quo causa cõuenit cum principio; ly *in esse dependens*: ponitur loco differentiæ; in quo differt à principio, quod ex se non exigit principium dependentiam. Pro huius particulæ intelligentia nota ad rationem dependentiæ effectus, vel causati, à causa, non sufficere quod causatum non possit dari absque causa, vel absque influxu cause: nam si hoc esset verum, sapientia genita esset à Patre ingenito dependens: cum indispensabiliter sit à Patre æter-

no, media generatione æterna, quæ est Patris æterni influxus: sed vitra hoc est opus, quod causatum habeat esse limitatum, in perfectum, participatum à causa; ita ut possit esse (quantum est ex se) sub priuatione illius perfectionis, quã accipit à causa: quæ omnia deficient Verbo Diuino respectu Patris Æterni.

§. III.

Impugnatur definitio.

4. **P**rimò sic insurges. In diuini influxus: nam Pater Æternus est principium influens in esse Filij, quod licet in essentia nõ sit ab esse Patris distinctum; tamen in personalitate est ab esse personali Patris distinctum: ergo de prima persona, respectu secundæ, verificatur tota definitio causa: ergo definitio causa conuenit alijs à definito. ¶ Respondetur, concedendo antecedens: & negando utrãque consequentiam: nam ad rationem cause opus est, quod productum sit à causa dependens: id est, quod causatum habeat esse limitatum, & potentiale; quod (quantum est ex se) possit esse sub carentia perfectionis à causa acceptæ: quæ omnia Filio respectu Patris deficient; ut dictum est supra, §. 2. num. 3.

5. Dices. Tunc aliquid dependet ab alio, quando sine illo requiritur reperiri; sed Verbum nequit sine Pa-

Disputatio secunda. Quæstio prima.

Patre reperi: ergo definitio causæ etiam quoad dependentiam verificatur de Patre Æterno respectu Filij. ¶ Respondetur negando maiorem vniuersaliter acceptam: nam multoties aliqua res ratione connexionis nequit reperi sine alia; & tamen ab illa non dependet; vt patet in omnipotentia Dei, quæ nequit dari absq; infinita possibilitatum collectione; etiã si ab illa non dependeat: & etiam in creatis, vbi obiectum nequit dari sine potentia; & tamen ab illa nõ dependet; sed potius è contra: sic dicendum est in præsentia, Filium à Patre non dependere; etiam si ratione cõnexionis nequeat sine illo esse.

6. Secundò. Plura ab alio dependent; & tamen ab illo nõ causantur: ergo ex eo quod effectus dependeat à causa, non sequitur, quod ab illa causetur. Antecedens probatur. Relatio dependet à termino, & humanitas Christi Domini à personalitate Verbi; & tamen nec terminus relationem, nec personalitas humanitatẽ causat: ergo ex eo quod vnum ab alio dependeat, nõ sequitur, quod ab illo causetur. ¶ Respondetur concedendo antecedens; & distinguendo consequens; ex eo *precisè quod dependeat*, concedo consequentiã: ex eo quod *dependeat, & dimanet per verum, & realem influxum*, nego cõsequentiam: vnde terminus vt talis respectu relationis, & similiter personalitas respectu humanitatis, non exercent munus causæ;

quia non exercent munus influendi: at vero causa respectu effectus vltra dependentiam habet veram, & realem influentiam causæ propriam per modum rationis genericæ.

QVÆSTIO. II.

An omnis causa sit prior suo effectu?

§. I.

Aperitur titulus, & aliqua prænotatur.

- P**RO tituli luce nota primò causam posse tripliciter accipi: primò *materialiter, & specificatiue*, pro entitate, quæ est causa: in qua acceptione causa solet esse prioritate in quo prior suo effectu. Secundo *formaliter*, pro vt dicit relationem prædicamentalem ad suum effectum: in qua acceptione causa est simul cum suo effectu in esse termini considerato; nedum natura; sed cognitione: nam vt cõstat ex dictis in 1. to. cap. de relatione: *relatiua sunt simul natura, & cognitione*. Tertio modo potest accipi vt *actum* causas, vel vt actum fundat relationem: & in hoc sensu inquirimus an sit suo effectu prior?
- Nota secundò, quod proportionaliter ad *prioritates in quo*, & à quo reales, (supra lib. 1. disp. 3. latè explicatas) distinguendæ sunt alię duę *prioritates rationis*: prima in quo, quæ accidit, quando ex rebus in eodem instanti existentibus for-
mat

mat intellectus plura instantia rationis; ita vt *in primo*, intelligat id quod se habet vt causa, vel vt ratio à priori; & *in secundo*, id quod se habet vt effectus, vel vt ratio à posteriori: hæc prioritas reperitur in creaturis inter essentiam, & proprietates; inter Solem, & lucem: & in diuinis; inter Deum, & actus liberos ipsius Dei. ¶ Secunda rationis prioritas est à quo, quæ accidit, quando eadem entitas secundum vnã formalitatem, vel expressionem intelligitur vt ratio à priori alterius formalitatis, vel expressionis: vt in diuinis essentia diuina est prior prioritate à quo rationis suis attributis: & in creatis: ens est prius prioritate à quo rationis, suis quasi proprietatibus.

3. Vt tamen cognoscas quando ex prioritate à quo reali possunt, cum fundamento in illa, fundari prioritates. *in quo* rationis; nota tertio dupliciter posse causam connecti cum suo effectu primo, ita vt causa nullam habeat rationem effectus, seu dependentiam respectu effectus causati: vt videre est in Sole respectu lucis. Secundo, ita vt causa, non vtalis; sed vt effectus, habeat dependentiam ab effectu causato: vt videre est in materia respectu formæ. Quamuis ergo res quæ in prima acceptione sunt priores prioritate à quo reali suo effectu, possint cum fundamento in re intelligi pto priori *in quo* rationis sine effectu causato; nõ tamen res quæ in secunda acceptione sunt priores suo effectu. His ergo sup-

positis, sit.

§. II.

Conclusio.

4. **C**Ausa actu causans, pro priori à quo, seu natura, est prior suo effectu. Est communis. Constat primo ex nostro Anselmo. in Monologio. cap. 5. vbi sic fatatur: quod enim dici vt esse per aliquid, videtur esse, aut per efficiens, aut per materiam, aut per aliquid aliud adiumentum, vel instrumentum; sed quid quid ex aliquo his tribus modis est, per aliud est, & posterius est, & aliquo modo minus est eo, per quod habet, vt sit: ergo ex mente nostri Anselmi causa actu causans est suo effectu prior: cum effectus actu causatus sit ex sua causa.

5. Constat secundo ex Diuo Thoma. q. 26. de veritate. a. 7. vbi sic ait: in quolibet genere cause causa naturaliter est prior causato; sed non potest loqui de prioritate *in quo*: cum multoties causa sit simul cum suo effectu: vt experientia docet: ergo loquitur de prioritate à quo.

6. Ratione etiã constat. Omnis effectus essentialiter dependet à sua causa actu causante: (vt constat ex definitione causæ vt sic) sed dependentia per viam rationis formalis coincidit cum prioritate à quo, seu naturæ: ergo omnis causa actu causans est, prioritate à quo, suo effectu prior.

7. Dices primo. Materis, & forma vnita actu causant totum; & tamen

Disputatio secunda. Quæstio secunda.

tamen non sunt eoto priores: ergo non omnis causa est prior suo effectu. ¶ Respondetur distinguere loquutionem: materia, & forma unite, & simul sunt præsertim recte, causaliter & utitur nego maiorem: *autem*, concedo maiorem: & minorem: nego que consequentiam: nam compositum, ut effectus harum causarum, non dicitur veramque causam in recto; sed unam in recto, & aliam in obliquo: in qua acceptione quælibet est in suo genere prior; ut constabit ex dicendis infra, in hoc libro, disp. 3. q. 3. §. 5. n. 16. & 17. §. Dices secundo, Relativa sunt simul natura, & cognitione; sed causa, & effectus mutuo se respiciunt: ergo causa non est prior suo effectu. ¶ Respondetur concedendo maiorem; loquendo de relativis prædicamentibus: & negando minorem; de causa formaliter taliam hæc (ut dixi in primo notabili) solum est relationis fundamentum; quod est suo effectu prius; etiam si causa, & effectus ut relativa formaliter, sint simul natura, & cognitione.

QVÆSTIO. III.

An omnis causa sit perfectior suo effectu?

§. I.

Prima Conclusio.

1. AD hanc questionem cum omnibus Doctoribus di-

co primo, omnem causam secundum quid, vel quantum ad modum, esse in effecta perfectionem. Constat hæc nostra assertio ex illo actuum Aristolorum, cap. 21. *beatius est magis dare, quam accipere*; sed causa in suo genere dat, & effectus recipit: ergo causa, saltem secundum quid, vel quantum ad modum, est suo effectu perfectior.

2. Constat secundo ex Parente Anselmi in Monologio, cap. 5. supra questione præcedenti citato, & etiã ex cap. 3. ubi sic ait: *at quid quid est, per aliud, minus est, quam illud per quo d. causa sunt alia*: ergo ex mente nostri Magistri, causa aliquomodo, saltem, est suo effectu perfectior.

3. Constat tertio ratione: nam effectus, ut talis, dependet à causa; non verò e contra; sed id quod ab aliquo dependet, est imperfectius, & ignobilius; & id quod est independentens, est perfectius, & nobilius: ergo causa, ut talis, saltem secundum quid, vel quoad independentiam modum, est suo effectu perfectior.

§. II.

Secunda conclusio.

4. CAUSA efficiens quoad substantiam, vel in esse entis, aliquando est perfectior, aliquando imperfectior, aliquando verò æque perfectior suo effectu. ¶ Probat. Causa efficiens dividitur in instrumentalem, & principalem; & hæc,

hæc, in vniuersam, & æquiuocam; sed instrumentalis in esse entis est suo effectu imperfectior: cum in virtute cause principalis producat effectum, saltem causa principali æqualem: & *vniuoca* principalis est æque perfecta: cum sit eiusdem rationis cum effectu: & denique *æquiuoca* principalis est perfectior: cum eminenter effectum continet: ergo causa efficiens, vt sic, in ordine ad effectum habet hanc triplicem perfectionis diuersitatem.

5. Dices primò. Cælum, vt causa principalis; generat vermes; sed vermes sunt cælo perfectiores: vtiq; quia sunt vitales: ergo a causa efficiens principali possunt dimanare effectus illa perfectiores.

¶ Respondetur negando maiorem enim D. Thomas. 1. p. q. 70. a. 3. ad 3. nam cælum solum instrumentaliter, & in virtute Dei, vel intelligentiæ motricis, concurrit ad effectuum vitalium productionem.

6. Dices secundò. Animal minus perfectum in genere causa principalis generat perfectias: vt cum ex accedu animi ad aquam generatur Mulus: ergo non omnis causa principalis æquat effectus perfectionem. ¶ Aliqui probabiliter respondent: quod in tali casu aliquod ex generantibus; scilicet, aqua, est æque perfectum. Sed quia Aristoteles. 2. de generatione animalium: & D. Thomas. 3. p. q. 32. a. 4. docent solum masculum concurrere per modum principij aeterni ad animalium genera-

tionem: ideo dico, Deum in tali casu supplere suo vniuersali concursu defectum cause particularis: ni velis dicere talem generationem esse monstruosam.

7. Dices tertio. Multoties ex homine cæco, & integraliter defectuoso generatur homo integraliter perfectus; & ex homine tardi ingenij generatur homo ingenij subtilissimi: ergo multoties cause efficientes principales sunt suo causato imperfectiores. ¶ Ad primum concedo antecedens: & nego consequentiam: nam homo integraliter defectuosus, absolutè, & simpliciter non est homine integraliter perfecto imperfectior: cum sit eiusdem perfectionis specificæ cum illo: nec in perfectio secundum quid, qualis est carentia partis integralis obicit ad generationem: nam homo genitus non durat ex oculis genitoris; sed ex æquali virtute, quæ potest esse in homine integraliter imperfecto, perfectior. ¶ Ad secundum dico, excessum ingenij in effectu causato dimanare ex meliori organorum dispositione, quæ provenit à virtute seminali, vel ab aliquibus proprietatibus individualibus tibi occurrentibus; vt à benignitate Solis, vel Astrorum, vel à loco natiuitatis.

§. III.

Tertia conclusio

8. Causa materialis, absolutè, & æ-

Disputatio secunda. Questio quarta.

simpliciter, est suo effectu imperfe-
ctior; formalis verò imperfe-
ctior effectu adæquato; perfectior
tamen inadæquato. ¶ Quoad
primam partem probatur: nam ma-
teria est forma, & composito im-
perfectior; sed materia ordinatur
ad formam, tanquam ad effectum
inadæquatum vialem; & ad com-
positum tanquam ad adæquatum
ultimatum; & tam forma, quam
compositum sunt materia perfe-
ctiores: ergo materia absolutè, &
simpliciter, est suo effectu imper-
fectior. ¶ Quoad secundam par-
tem probatur. Forma compara-
tur ad materiam tanquam ad ef-
fectum inadæquatum; & ad com-
positum tanquam ad effectum adæ-
quatum; sed forma est materia per-
fectior: vt ex se constat: & compo-
sito imperfectior, ratione alterius
partis in illo inclusa: ergo forma
est materia perfectior; & compo-
sito imperfectior.

§. IV.

Quarta conclusio.

9. **L**oquendo verò de causa
finali, dico quarto, cau-
sam finalem, ex *sine operis*, vel ex
natura sua à rebus expositam, esse
perfectiorem finalizato; ut ex *sine*
operantis, vel pro libito illius ad-
hibitam, aliquando esse perfectio-
rem, aliquando æque perfectam, &
aliquando finalizato imperfectio-
rem. Quoad primam partem con-
stat ex Angelico Magistro in 2.

dist. 13. q. 1. ad 6. & probatur ra-
tione: nam omnis res ex natura
sua ordinatur tanquam ad finem
ad id quod est ei conueniens; sed
solum bonum quod est ipsa perfe-
ctius, est ei naturaliter conueniēs:
ergo finis operis est finalizato
perfectior. ¶ Quoad secundam
partem probatur: nam aliquis pro
suo libito potest operari propter
aliquid perfectius, vt si propter
Deum operetur; vel propter ali-
quid æque perfectum, vt si actus
amoris eliciat propter bonitatem
in ipso actu amoris repletam; vel
propter aliquid imperfectius; vt si
audiat sacrum vt Sacerdotem oc-
cidat; vel si Philosophiam discat
propter lucrum: ergo finis operan-
tis valet hæc triplicem habere
diuersitatem.

QUESTIO. IV.

An causa sint adinuicem cause?

§. I.

Resolutio questionis.

1. **H**oc vulgare axioma veri-
ficatur nõ solum de causa
efficiente, & finali; sed etiam de
materiali, & formali. ¶ Constat
hæc nostra assertio ex Doctore
Angelico. 5. Metaph. lect. 2. vbi sic
ait: *quod efficiens est principium motus;*
finis autem terminus; & similiter ma-
teria, & forma: nam forma dat esse;
materia verò recipit. et igitur efficiens
causa finis; finis autem, causa efficien-
tis;

his; forma autem, & materia, ad inuicem sunt cause: ergo ex mente Diui Thomæ istæ causæ adinuicem sunt causa. Ratione probatur quoad primam partem. Efficientis intellectiuis, & rationalis, (si casu, & temerè non agit) gratia finis operatur: ergo finis mouet, & attrahit efficientem ad sui productionem; sed efficiens motus ab illo in executione illum causat: ergo hoc axioma verificatur de causa efficiente, & finali. Quoad causam materialè, & formalem probatur. Forma tribuit materiæ actum primum, & secundum: scilicet, actualitatem essentialè, & participialè; & materia tribuit formæ materiali esse, & determinationem: ergo istæ causæ adinuicem sunt causæ.

§. II.

Obijciuntur aliqua.

2. **O**bjicies. Secundum Philosophum, quod est causa causa, est causa causati; sed si materia, & forma essent adinuicem causæ: materia v. g. quæ est causa formæ, esset causa mediata sui ipsius: cum sit causa formæ ipsam causantis: ergo materia non est causa formæ. ¶ Responderetur distinguendo maiorem: quod est causa causæ, est causa causati; si sit causa causæ formaliter, & reduplicatiuè, communicando illi virtutem, & continuando eundem

ordinem in eodem genere, concedo maiorem: materialiter, & specificatiuè; & non communicando illi virtutem; sed illam solum in diuerso ordine causantem, nego maiore: & minorem: nã ad hoc vt causa causæ sit causa causati, non sufficit, quod materialiter, & specificatiuè causet causam causati; sed quod formaliter, & reduplicatiuè illam causet communicando ei virtutem in eodem ordine, quod non reperies in causis intrinsecis compositi: nam forma non communicat materiæ virtutem ad causandum: id est, ad recipiendum; nec materia tribuit formæ esse in eodem genere tribuendo rationem causandi formaliter; sed materialiter tantum. Explicatur hoc in Deo; qui licet sit nostræ voluntatis deficientis causa; tamen non est causa defectus: quia à Deo nõ diuinanat voluntas vt deficientis; sed vt efficiens: sic licet materia causet rationem informatiuam; quia tamen non causat illam vt informatiuam, nec in propria linea cum continuatione, & ordine; (sicut Pater causat Filiũ, vt causet Nepotem) ideo materia non est causa sui ipsius.

3. Inquires primò: an possit dari, mutua causalitas in eodem genere causæ? ¶ Responderetur posse dari, dummodo vna sit in genere remoto, & alia in proximo: vt constabit ex libris de Generatione.

Disputatio secunda. Questio quarta.


4. Inquires secundo: an in eodem genere proximo possit dari mutua causalitas? Respondetur posse dari in causis efficientibus; dummodo non sit quoad idē: nam potest causa efficiens tribuere esse specificum effectui; & postea ef-

fectus in eodem genere effectiuo potest tribuere causae esse accidentale: non aliter ac Filius à Patre productus potest in Patre effectiuè producere calorem, sanitatem, & alia huiusmodi.



TER T I A

DE CAUSA MATE- RIALI, ET FORMALI.

 *Impertinens causarum, in communi, ratione, de illis in speciali utilissimum restat examen: Et primo de causis intrinsicis, ens mobile constituentibus; ut passus natura sequamur; qua prius ad esse, quam ad operari ordinatur.*

QVÆSTIO. I.

In quo consistat causa, causalitas, & effectus causa materialis, & formalis?

§. I.

Lux tituli, & questionis.

1. **P**ro tituli, questionisq; latere nota, quod in materia, (sicut in alijs causis) datur *virtus causalitas*; quæ vocatur *causa in actu primo*, vel *actus primus materie, & causalitas*, seu *influxus*, qui *actus secundus*, vel *causa in actu secundo* appellatur: & denique *effectus causatus* ab illa. Virtus causalitativa est potentialitas receptiva materie: actus secundus est actualis formæ rece-

Tom. I. pars 1.

ptio: & denique est forma recepta vel compositum media hac receptione causatum: idemque dicendum est proportionaliter de forma.

2. Secundò, quod causalitas materie in ordine ad diversos effectus, diversas sortitur denominationes: nam respectu formæ materialis dependentis, dicitur *sustentatio*, seu *receptio sustentativa*; & respectu formæ spiritualis independentis, dicitur *receptio*: & denique respectu compositi ab illa, (nec sustentati, nec recepti, bene tamen constituti) appellatur *constitutio*: idemque proportionaliter dicendum est de forma; cuius causalitas respectu materie denominatur *informatio*; &

K 2

ref-

Disputatio tertia. Questio prima.

respectu compositi non informati, sed constituti, vocatur *constitutio*: non aliter ac causalitas agentis; ut est *ab*, dicitur actio: ut est *in*, passio: ut est *ad*, motus.

3. Tertio (ex dicendis infra quaestione sequenti) unionem materiae, & formae, non solum esse entitativè ab illis in distinctam; sed etiam à proprijs causalitatibus: nam unio, cum sit de genere actus secundi, maiorem intimitatè petit habere cum causalitatibus, quàm cum causis intrinsicis. His ergo prælibatis, sit.

§. II.

Prima conclusio.

4. **M**ateria, & forma, secundum suasmet entitates, absquè aliqua entitate, seu formalitate superaddita, habent virtutem causandi, & sunt causa in actu primo. Est communis: & probatur. Causa materialis essentia consistit in hoc, quod est esse receptivum actus primi: & similiter formalis causae essentia consistit in hoc, quod est esse subiecti primi informativam; sed materia ex se est receptiva actus primi: cum essentialiter sit potentialitas: & forma ex se est primi subiecti informativa: cum essentialiter sit prima actualitas: ergo materia, & forma, secundum suasmet entitates, absque aliquo superaddito, habent virtutem causandi, &

sunt causa in actu primo.

5. Dices. Materia nequit absque dispositionibus formas recipere: ergo dispositiones complent virtutem recipiendi. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: nequit formas absque dispositionibus recipere *naturaliter*, concedo antecedens: *supernaturaliter*, nego antecedens: & distinguo consequens: dispositiones complent virtutem recipiendi: id est, requiruntur de *connexione* à materia, ut naturaliter recipiat, concedo consequentiam: id est materiae tribuunt *potentialitatem*, nego consequentiam: nam (ut dixi) dispositiones non recipiuntur in materia; ut ipsa medijs illis recipiat formas; sed *convolvuntur* ab illa; ut determinetur magis ad receptionem huius, quam alterius formae.

§. III.

Secunda conclusio.

6. **C**ausalitates materiae, & formae tam in fieri, quam in facto esse sunt ab ipsis realiter indistinctae. Duas habet partes. Et quoad secundam, quae communis est, probatur. Forma (ut contabit ex infra dicendis) absque aliqua entitate superaddita unitur materiae tam in fieri, quam in facto esse: ergo absque aliqua entitate superaddita illam informat, & aequat tam in fieri, quàm in facto esse: ergo causalitas formae est ab ipsa realiter

De causa, causalitate, & effectu causa intrinseca? 75

licet indistincta, tam in fieri, quam in facto esse. Consequentia probatur. Informatio in nullius Doctoris opinione est ab vnione distincta; sed vnio non est à forma distincta: (vt constabit ex dicendis infra, quaestione sequenti) ergo nec informatio, quæ est causalitas formæ, est à forma distincta, tam in fieri, quam in facto esse: nam causalitas formæ in fieri, non est à causalitate in facto esse distincta, nisi per inceptionem & quietum esse ipsius informationis. ¶ Confirmatur. Causalitas formæ est actus secundus formæ; sed actus secundus causæ formalis ad distinctionem actus secundi causæ efficientis est à causa formali indistinctus: ergo causalitas formæ est à forma indistincta, tam in fieri, quam in facto esse.

7. Dices. Actus secundus formæ accidit primo: vtique quia non est de conceptu essentiali primi: ergo est à primo realiter distinctus: vtique quia quidquid accidit alicui rei realiter, est realiter ab illa distinctum. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: actus secundus formæ accidit primo *Logice*, seu *prædicabiliter*, concedo antecedens: *metaphysicè*, seu *prædicamentaliter* nego antecedens: & consequentiam, si loquantur de *distinctione entitativa*, & non de *expressiva*: nam singularitas accidit *logice* essentia; & tamen ab illa realiter *entitativè* non distinguitur.

8. Replicabis. Forma dum actu causat aliter se habet realiter,

Tom. 1. pars 1.

ac dum est in statu solitudinis: ergo actus secundus formæ est realiter ab ipsa forma distinctus. Antecedens probatur. Forma, dum actu causat, accipit causalitatem realem, quam antea non habebat: ergo forma, dum actu causat, aliter se habet realiter. Consequentia primi enthymematis probatur. Vt aliqua res sit ab alia per rationem, opus est, quod per rationem accipiat formalitatem distinctam: ergo vt sit ab alia realiter opus erit, quod de nouo realem accipiat formalitatem. Hoc idem argumentum potest fieri de materia respectu propriæ causalitatis.

¶ Etsi dicas, formam non mutari realiter per causalitatem indistinctam; sed per materiam; sicut nec materia mutatur per causalitatem indistinctam; sed per formam, à materia distinctam. ¶ Contra est: nam antecedenter ad materiã, vel ad informationem materiæ intelligitur forma mutata, & aliter se habens realiter: nam forma, in actu primo, seu in statu solitudinis, non est actu realiter causans; & postea, per informationem materiæ, pro aliquo priori antecedente, est realiter causans: ergo per causalitatem ab effectu præcisam est realiter mutata: quod idem dicendum est de materia antecedenter ad formam.

9. Vt huic argumento satis difficili respondeam, nota, duplicem esse mutationem realem; *entitativam* vnã, & *expressivam* aliam: *entitativa* fit per aduentum nouæ entitatis;

Disputatio tertia. Quæstio prima.

titatis; *expressiva*, per noua expressionis aduentum: explicatur hoc in anima rationali; quæ dupliciter potest transmutare corpus; vel ita vt corpus quod illa carebat transeat de non esse animæ, ad esse animæ; vel ita vt corpus quod illam iam habebat, transeat de non esse animæ rationalis, vt rationalis, ad esse animæ rationalis, vt rationalis: prima mutatio est *entitativa*; secunda verò *expressiva*, quæ accedit, quando defectu dispositionis requiritur ad ultimam animæ perfectionem, anima corpori ultimam non præstat perfectionem, quam *entitativè* antea habebat. Vnde tunc corpus non transit à non esse animæ rationalis, ad esse animæ rationalis; sed à non esse ultimæ animæ expressionis, ad esse ultimæ animæ expressionis. ¶ Quibus suppositis respondetur distinguendo antecedens: dum forma actû causat aliter se habet *expressivè*, concedo antecedens; *entitativè*, nego antecedens; & distinguo consequens: actus secundus formæ est ab illa distinctus *realiter expressivè*, concedo consequentiam: *realiter entitativè*, nego consequentiam: nam forma per aduentum causalitatis indistinctæ solum habet novam expressionem, defectu applicationis in statu solitudinis non explicatam. ¶ Ad impugnacionem similiter dico formam antecedenter ad materiam esse aliam *expressivè*; non verò *entitativè*.

10. Prima nostræ assertionis pars non est ita communis: nã ferè

omnes Thomistæ docent causalitatem materiæ in fieri esse ætionem agētis, prout se tenet ex parte passi, vel materiæ: id est, esse passionem à materia realiter distinctam: causalitatem verò materiæ in facto esse à materia realiter indistinctam.

11. Sed ille modus dicendi efficaciter impugnatur nostræ assertionis rationibus: nam causalitas formæ nec in fieri, nec in facto esse est à forma distincta: ergo nec causalitas materiæ. Consequentia constat à paritate: nam ex eo causalitas formæ in fieri non est à forma distincta: quia est causa intrinseca: & quia essentialiter est informativa; sed materia etiam est causa intrinseca essentialiter receptiva, & sustentativa: ergo illius causalitas est ab illa tam in fieri, quam in facto esse indistincta.

12. Secundo probatur assertio nostra, simulque impugnatur contrariorum sententia: nam causalitas materiæ in facto esse est à materia indistincta: ergo & causalitas materiæ in fieri. Antecedens admittitur ab adversarijs. Consequentia probatur. Quod est in facto esse, est quod antea fuit in fieri: aliàs esset aliqua res in statu perfecto, & in termino, absque eo quod prius fuerit in statu imperfecto, & viali; sed causalitas materiæ in statu perfecto, & in facto esse, est à materia indistincta: ergo & hæc causalitas in fieri, est à materia indistincta: aliàs quod est in facto esse indistinctum, esset in fieri

ri distinctum, quod implicat: præcipuè loquendo de re, quæ est in situ existens, sicut est omnis res tam in fieri, quam in factu esse. ¶ Confirmatur. Causalitas materialis in facto esse est à materia indistincta; sed hæc fuit prius in fieri; nõ per modum actus primæ: ergo secundæ, seu causalitatis: ergo vel debet in fieri admittere in materia duplicem causalitatem; indistinctam vnã, & distinctam aliam; vel debes dicere causalitatem materialis esse in fieri: sicut in facto esse à materia realiter indistinctam. 13. Dices primo. Motus prout egreditur ab agente est actio, & causalitas agentis; ergo prout recipitur in passio est passio, & passio causalitas. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens quoad primam partem: actio vt recipitur in passio, est passio de predicamento passionis, concedo consequentiam de predicamento substantie, nego consequentiam: & secundam consequentiam partem: nam licet passio predicamenti passionis constitutiuam requiratur per modum conditionis in passio, vt transeat materia de actu primo ad actum secundum; non tamen requiritur per modum actus secundæ, qui in passione de predicamento substantie, à passio, vel materia indistincta; & non in passione de predicamento passionis, à materia distincta, consistit. ¶ Explicatur hoc in vnione ex parte materiae se tenente, quæ licet realiter sit à passione de predicamen-

to substantie in distincta: hoc est à receptione, tamen per viam rationis formalis non exprimit respectu materiae rationem passionis, seu causalitatis; sed solum rationem conditionis indispensabilis; vt materia recipiat; sic actio vt recepta in passio non est causalitas in fieri, nec materiae, nec agentis; sed solum conditio indispensabilis, vt passum recipiat, & agens operetur.

14. Replicabis. Materia prima non causat nisi quatenus à genere ante transmutata; sed media actione in materia recepta est transmutata: ergo hæc, prout recepta in materia, est causalitas materiae in fieri. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam: nam sicut ignis non calefacit aquam nisi media approximatione: (etiam si hæc non sit ratio formalis calefactionis; sed solum conditio) sic materia nõ recipit nisi media passione de predicamento passionis; etiam si hæc solum se habeat vt conditio ad receptionem.

15. Dices secundo. Passio predicamentalis, vt talis, habet aliquem effectum; sed non respectu agentis; cum hoc non dicatur patiens; sed agens: neque respectu compositi; cum hoc dicatur actus, & non patiens: ergo solum potest illum habere respectu subiecti, quod dicitur patiens, seu recipiens. ¶ Respondetur concedendo totum: nam passio de predicamento passionis, vt recepta in materia, illam recipiẽtem denominat:

Disputatio tertia Quæstioprima.

non quia sit causalitas illius; (cum ad passionem, de prædicamento passionis, requiratur etiam ex parte materiæ causalitas, seu passio de prædicamento substantiæ) sed quia recipitur in illa ut effectus vialis, & ut cõditio, ut formã recipiat. Liqueo ergo, passionem substantialem à materia *indistinctam*; & non prædicamentalem *distinctam*, esse exercitium principij passivi.

§. IV.

Tertia conclusio.

16. **M**ateria prima est causa formæ, & compositi, non per duplicem causalitatem realiter distinctam; sed per vnã; per ordinem ad diuersos effectus diuersimodè denominatam; & similiter forma est causa materiæ, & compositi. Hæc assertio constat ex dictis: & quoad vtramque partem amplius probatur per hoc præcisè, quod materia, media receptione, vel sustentatione, recipiat, vel sustentet formam substantialem, est, & intelligitur totum causatum, quantum est ex parte materiæ: & similiter per hoc præcisè, quod forma, media informatione, aduenit, & informat materiã, est, & intelligitur totum causatum, quantum est ex parte formæ; sed receptio, & sustentatio est materiæ causalitas respectu formæ; & similiter informatio est formæ causalitas respectu materiæ: ergo per eandem causalitatẽ, per

quam se inuicem causant, causant etiam compositum.

17. Nota tamen has causalitates esse à diuersitate effectum diuersimodè denominatas: nã causalitas materiæ prout attingit formam, & effectum vialem dicitur *receptio*, seu *substantiatio*: & prout media forma transit ad constitutionem compositi, dicitur *compositio*, seu *constitutio*: & similiter causalitas formæ prout attingit materiã, per modum effectus vialis, dicitur *informatio*; & prout quiescit in cõstitutione compositi tanquam in effectu ultimo, dicitur *õstitutio*, seu *compositio*.

18. Dices ingeniosè valde. Cõpositum semper est à materia dependens; etiam forma à materia non dependente: vtique quia homo semper est à materia dependens; etiam si anima rationalis ab illa quoad esse non depēdeat: ergo materia saltem respectu huius compositi, & formæ independentis habet diuersas causalitates: vna respectu compositi dependentis; & alia respectu formæ independentis. Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam materia identicè, & materialiter, eadem causalitate, qua recipit animam rationalem, constituit hominem; etiam si hic dependeat à causalitate materiæ: à qua anima rationalis non dependet: nam eadem causalitas, respectu diuersorum, valet hos distinctos exercere effectus, propter diuersam illorum capacitatem. Constat hoc à simili
in

De causa, causalitate, & effectu causa intrinseca? 77

in forma materiali, quæ recipitur à materia per eandem causalitatē, per quam recipit animam rationalem; & tamen materialis quoad esse dependet à causalitate, à qua spiritualis forma non dependet.

19. Replicabis, Forma spiritualis, quæ à materia non dependet, distinguitur realiter à forma materiali, quæ à materia dependet: ergo causalitas materiæ à qua compositum dependet, distinguitur realiter à causalitate materiæ, à qua forma spiritualis non dependet. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam implicat contradictionem, quod eadem forma sit, respectu eiusdem materiæ, *per se dependens*, & *independens*: & ideo iuxta multiplicationem dependentiæ, vel independentiæ debent formæ multiplicari: nõ tamen implicat, quod ab eadem causalitate, vna res, alia non dependente, dependeat; vt constat ex solutione obiectionis: & ideo eadem causalitas sufficit respectu formæ independentis, & compositi dependentis.

20. Non quiesces. Eadem causalitas non valet diuersos in specie causare effectus: ergo materiæ causalitas non potest recipere formam, & constituere compositum. ¶ Respondetur negando antecedens: nam eadem causalitas sufficit ad plures effectus causandos; quãdo inter se sunt subordinati: vt in presenti accidit: vtique quia formæ receptio se habet vt via, & me-

dium, ad compositi constitutionem.

6. V:

Quarta conclusio.

21. **F**orma substantialis, & compositum, sunt materiæ effectus reales: materia verò, & compositum sunt effectus reales formæ. Hac conclusio duas continet partes adæquatas, in alias duas inadæquatas diuisas. Quoad primam primæ probatur. Omnis forma substantialis, siue spiritualis, siue materialis, dependet à materia; spiritualis quoad informationem; materialis verò quoad esse, seu sustentationem: ergo omnis, forma substantialis est materiæ effectus realis. Secunda primæ probatur. Materia recipiendo formam, causat compositum, à materia essentialiter dependens: ergo compositum est effectus realis materiæ. Prima secundæ probatur. Licet materia non dependeat à forma quantum ad esse potentiale à Deo creatum; dependet tamen ab illa quoad actualitatem primam, & secundam: ergo materia est effectus realis formæ substantialis. Secunda secundæ constat ex secunda primæ: nam forma substantialis actuando, & informando materiam, causat compositum: ergo hoc est effectus realis formæ.

22. Obijcies primo. Effectus realis debet à causa reali realiter distingui: vt constat ex definitione

Disputatio tertia. *Questio prima.*

causa vt sic; sed forma vt effectus materię non est à materia realiter distincta: ergo forma non est effectus realis materię. Minor probatur. Forma vt recepta in materia, est materię effectus; sed vt recepta in materia, dicit essentialiter entitatem materię: quæ se habet vt fundamentum formę sustentatę: ergo forma vt effectus materię, non est à materia realiter distincta. ¶ Responderur concedendo maiorem: & negando minorem. Ad probationem concedo maiorem: & distinguo minorem: forma vt recepta dicit essentialiter entitatem materię per modum principij materialis causantis cōcedo minorem: per modum effectus causati nego minorem: & consequentiam: nam ex eo quod vnare essentialiter connectatur cum alia, vel ex eo quod nequeat intelligi sine alia, non sequitur, quod non sit ab illa realiter distincta: vt cōstat in materia, quæ absque forma nequit intelligi; & in potētia, quæ absque obiecto nequit intelligi: & in alijs causis, in quibus effectus ab illis producti nequeunt intelligi absque causis, etiam si ab illis realiter distinguantur.

23. Obijcies secundo. Compositum non est formę effectus, nisi per esse quod illi communicat: cū nõ sit formę effectus per esse quod accipit à materia; sed esse quod accipit à forma non est ab ipsa forma realiter distinctum: cum solum ei propriam tribuat causalitatem: ergo compositum vt effectus for-

ma non est ab ipsa forma realiter distinctum. ¶ Responderur concedendo maiorem: & negando minorem: nam forma causat compositum media actuatione materię; ita vt non sit compositum effectus formę: quia præcisè accipit formam; sed quia accipit formam, materiam informantem: vel quia accipit materiam informatam à forma: vnde licet forma, quæ est in composito, non sit ab ipsa forma realiter distincta; tamē esse quod forma in composito causat, est ab ipsa forma realiter distinctum.

24. Replicabis. Secundum Philosophum effectus formalis formę, est forma subiecto communicata; sed hæc vt subiecto communicata, non est ab ipsa forma, quæ antea erat communicabilis, distincta: cum communicatio sit ab ipsa forma realiter indistincta: ergo effectus causę intrinsicę non est ab ipsa forma realiter distinctus.

¶ Responderur concedendo maiorem: & negando minorem: nam secundum Philosophum effectus formę, non est præcisè forma, & communicatio, prout setenet ex parte ipsius formę; sed etiam prout includit subiectum, cui communicatur, quod est ab ipsa forma realiter distinctum: vnde effectus formę (secundum Philosophum) non est absolutè ipsa forma; sed est forma actiuans subiectum, ab ipsa realiter distinctum: quare effectus formę, ratione subiecti inclusi, est ab ipsa realiter distinctus. Et vt veritatem nostrę solutionis intelligi-

celligas, nota, quod licet Communicantes asserunt formam communicatam subiecto esse effectum realiter ab ipsa forma distinctum ratione communicationis, vel unionis, in eorum opinione, à forma distincta; sic in nostra opinione, forma subiecto communicata, est effectus à forma realiter distinctus; non ratione communicationis, seu unionis, in nostra opinione indistincta; sed ratione subiecti realiter distincti.

25. Dices. Subiectum accipit effectum à forma: ergo non intrat ut effectus formæ. Respondetur concedendo antecedens: vel illud distinguendo claritatis gratia: subiectum accipit à forma effectum; ita ut forma tantum sit effectus formæ, nego antecedens; ita ut ex forma, & ex subiecto resultet effectus, concedo antecedens: & distinguo consequens: subiectum non intrat, ut effectus formæ *in recto*, concedo consequentiam: *in obliquo*, nego consequentiam: nam si forma, quæ tribuit subiecto effectum, non excluditur *in recto*, à ratione effectus: quare subiectum, quod illum *in obliquo* accipit, debet excludi in obliquo à ratione effectus?

QUESTIO II.

*Utrum materia, & forma unione
ab ipsis realiter distincta
uniantur?*

(. .)

§. I.

*Explicatur, utriusque feruntur que
sententia.*

1. Pro tituli luce nota, trifariam unionis acceptionem ex Dno Thoma, in 1. distinct. 5. q. unica. ar. 3. desumptam: & ex Caiet. 1. p. q. 76. a. 1. nam primò accipitur *pro adione unitiva*, quæ extrema unit, & quæ unitio appellatur. Secundo *pro relatione predicamentali* in partibus unitis fundata, quæ extrema adinvicem referentur. Tertio *pro unione extremo rû*, quæ est unionis terminus, relationis quæ fundamentum. In presenti ergo non procedit quæstio *de adione unitiva*: quia hæc (in omnium opinione) est à materia, & forma realiter distincta: nec *de relatione predicamentali*, in opinione Thomistarum à proprio fundamento, (sicut aliæ relationes predicamentales) distincta: sed solum *de unione, quæ est unionis terminus*, & huius relationis predicamentalis proximum fundamentum.

2. In hoc ergo celebri certamine plures, & gravissimi Doctores affirmant materiam, & formam uniti medio aliquo modo substantiali ab utroque extremo realiter modaliter distincto. Ita Bañez. 1. p. q. 76. a. 1. Cabrera. 3. p. q. 2. a. 4. disp. 8. Herrera, & Araujo. in 3. p. Patres Carmelitæ in presenti, disp. 6. q. 2. conclus. 1. Suárez. 3. p. q. 2. a. 8. disp. 8. sect. 2. Vazquez. tit. 1. in 3. p. disp. 8. cap. 1. etique
com-

Disputatio tertia. Questio secunda.

communis in societatis schola, & in nostra familia satis plausibilis.
 3. Insignior tamen, & plausibilior sententia, quæ inter classicos circumfertur, docet materiam, & formam vni per suasmet entitates, absque interuentione alicuius vinculi super additi. Ita Diuus Thomas, locis infra citandis. Gregorius Ariminensis in 1. dist. 28. q. 2. Scotus in 2. dist. 12. q. 1. Caietanus. 1. p. q. 76. a. 1. Ferrara. 2. contra Gentes, cap. 71. Valentia. 3. p. q. 2. puncto. 5. Sapientissimus Magister Curiel in commentarijs ad. 3. p. q. 2. a. 8. Illustrissimus Dominus Don Frater Antonius Perez. in laurea salmantina. certamine. 4. Scholastico. cap. ultimo. Ioannes de Sancto Thom. in præfenti. q. 6. a. 3. & nouissimè Magister Lerma, & ex nostris nec pauci, nec in docti in manuscriptis. In huius sententiæ gratiam, sit.

§. II.

Conclusio.

4. **M**ateria, & forma inter se cõne fiuntur, absque aliquo modo substantiali, realiter superaddito. Hanc nostram conclusionem expressis verbis docet Doctor Aquinas. 2. contra Gentes, cap. 71. vbi sic fatur. *Ostensum est enim quod anima vniitur corpori ut forma eius; forma autem vniitur corpori absque omni medio: per se enim comperit formæ, quod sit actus corporis, & nõ per aliquid aliud. Vnde nec*

est, aliquid aliud vnum faciens ex materia, & forma, nisi agens, quod potentiam reducit ad actum: ut probat Aristoteles 8. Metaph. Ex quibus verbis manifestè constat Diuum Thomam, non solum exclusisse à composito substantiali medium, quod poterat se habere per modum rei; sed etiã per modum modi: tum quia relegat medium quod de facto poterat dari inter partes substantiales per se ordinatas; inter quas adhuc in opinione contraria solum potest esse modus: tum quia absolute ait, formam absque omni medio esse per se materia vnitam: tum quia medium quod assumitur à Diuo Thoma, ad excludendum vinculum, est: quia actus & potetia per se immediatè vniuntur: ergo de mente Diui Thoma in hac re nequit dubitari.

§. III.

Ratio inefficax proponitur, & impugnatur.

5. **N**ostræ assertionis sectatores ratione inefficaci sic probant conclusionem. Modus superadditus (à contrarijs inter partes substantiales ex se connexas assignatus) *vel est simplex, vel compositus* ex duplici partiali vniõne; neutrum dici valet: ergo non datur. Quod non sit simplex, constat; nam modus simplex, vel afficit vnã partem, vel vtramque simul; non vnã: quia vniõ indispensabiliter est duorum extremorum

rum nexus: non vtramque: quia idē modus simplex nequit partes diuersas modificare: quod secundum nequeat dici; scilicet, quod sit compositus, probatur: nā quælibet partialis vnio est nexus duorum: ergo alia partialis superflue assignatur, vt inter se partes sint vnitæ.

6. Sed contra est: nam idem modus potest res diuersas modificare: vt constat in existētia, subsistētia, & alijs modis, qui partes diuersas, & distinctas modificant.

7. Nec valet dicere has modales entitates posse res diuersas modificare: quia ipsæ res se habēt per modum vnus antecedenter ad aduentum modi modificantis; quod dicunt non reperiri in vnione, quæ partes non supponit per modum vnus: nisi dicas esse antecedenter ad vnionem, vnitas.

¶ Non (inquam) valet: nam partes continui (in opinione Thomistarum) vniuntur medio vinculo indiuisibili continuatio; etiam si non se habeant per modum vnus, antecedenter ad continuatum illas vnies: ergo ex eo quod partes compositi substantialis non se habeant per modum vnus antecedenter ad vnionem, non sequitur, quod non possint vniri ab eadem vnione indiuisibili à partibus vnitis distincta.

§. IV.

*Rationibus efficacibus nostra
probatnr conclusio.*

8. **H**Ac ergo relicta ratione, hic probō nostram conclusionem. Materia immediatē, ratione propriæ entitatis, recipit formam; & forma similiter ratione propriæ entitatis immediatē actuat, & informat materiam; sed vnio quæ se habet ex parte materiæ, realiter entitatiuē non distinguitur à receptione à materia indistincta: & similiter vnio quæ se habet ex parte formæ realiter entitatiuē non distinguitur ab informatione à forma indistincta: ergo vnio nō est à partibus; scilicet à materia, & forma, realiter distincta. Consequentia est euidentis. Maior constat ex dictis: & amplius probatur. Si anima, v. g. media aliqua entitate modali actuat, & informaret materiam, talis entitas modalis, per modum actus secundi, animaret corpus; hoc implicat: ergo & quod immediatē absque aliqua entitate modali nō actuet, vt actus immediatus materiæ. Minor ex se constat: cum corpus nullo modo possit dici animatum à forma ab anima distincta. Maior probatur primō: quia sicut informatio est actus secundus formæ; sic animatio est actus secundus animæ; sed si informatio esset à forma condistincta, constitueret materiam in actu secundo informatam: ergo si animatio est condistincta ab anima, animatio constitueret corpus in actu secundo animatum. Secundo probatur eadem maior. Animatio ab anima

Virū materia, & forma unione distincta uniatu? 79

anima realiter distincta eodē modo se habet respectu anime, ac actio respectu agentis; sed in genere causa efficientis actio est, quæ in actu secundo agit: ergo in genere causæ formalis informatio, seu animatio, est quæ in actu secundo reddit corpus animatum: ergo si hæc est ab anima realiter modaliter distincta, sequitur, quod ab entitate ab anima distincta sit corpus in actu secundo animatum. Quæ ratio eandem vim habet respectu materie primæ: nam materia prima, & non entitas modalis ab ipsa distincta, est, quæ in actu secundo recipit, & subsistentat formas substantiales.

9. Secundo probatur nostra conclusio contra Thomistas, qui contrariam tenent sententiam. Ex materia, & forma sit unum per se; sed si unio (ad unum per se indispensabiliter requisita) esset à partibus realiter distincta, non fieret unum per se: ergo unio à partibus non est realiter modaliter distincta. Minor probatur præcipuè contra Patres Carmelitas, & cōtra Doctores nostræ familiæ. Ex eo in opinione horum Doctorum non admittitur in materia existētia partialis distincta ab existentia forme: quia ex materia existente, seu in actu, & ex forma substantiali, posset resultare unum per se; sed materia per unione distinctam à partibus esset in actu: ergo unio à partibus distincta obstat ad constitutionem unius per se. ¶ Expli- catur hæc ratio. Ex eo in libris de

generatione defendit Thomista, cum Divo Thoma fieri resolutionem vsque ad materiam primam: quia permanentia cuiuscunque forme, (etiam modalis) obstat ad constitutionem unius per se: cum secundum Philosophum, ex duobus entibus in actu non fiat unum per se; sed unio à forma distincta, saltem modaliter actuaret pro aliquo priori materiam: ergo ex tali materia, modaliter actuata, & ex forma substantiali, non posset resultare unum per se.

10. Tercio probatur assertio nostra contra Patres Carmelitas ratione theologica. Si partes substantiales essent medio nexu ab ipsis distincto unite, etiam humanitas Verbi Divini esset Verbo, medio nexu distincto, unita; hæc implicat: cum Verbum divinum sit actus purus, cui repugnat transmutatio: (necessario admittenda, si esset vinculo distincto affectum) ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur. Unio assignatur ab his Doctoribus inter materiã, & formam; etiã si sint partes per se adinvicem ordinatæ: ergo potiori iure debet admitti inter humanitatem, & Verbum: nam licet humanitas sit divine subsistentiæ ordinata; tamen divina subsistentia non est humanitati ordinata.

11. Dices primò cum Collegio Sancti Cyrilli, nõ dari distinctam unione, inter humanitatem, & Verbi divini subsistentiam: quia hæc se habet respectu humanitatis, vt terminus, qui per se illam

Vtrum materia, & forma vnione distincta vniatur? 80

terminat: quod nequit dici de forma substantiali respectu materia: cum illa respectu huius non habeat termini, sed formæ ratione. ¶ Sed contra est primò: nam licet substantia Verbi, respectu humanitatis se habeat per modum termini; tamen humanitas respectu substantiæ diuinæ non se habet per modum termini: ergo saltem respectu humanitatis debet dari vnio à partibus distincta. ¶ Contra est secundò: nam si inter partes substantiales, per se ordinatas datur nexus ab illis realiter distinctus; quare inter humanitatem, & substantiam, seu terminum, non debet admitti præcipue cum argumenta contrariorum (infra adducenda) eodem modo conuincant respectu humanitatis, & substantiæ; ac respectu materia, & formæ.

12. Dices: secundò cum eodem Collegio, admittendo etiam vnionem distinctam, inter humanitatem, & Verbum, absque eo quod sequatur repugnantia, in tertia ratione adducta: nam tunc vnio distincta intrinsecè solum afficeret humanitatem; non vero Verbi substantiam, qua solum extrinsecè terminat vnionis transcendentalem respectum. ¶ Sed contra est primò: nam Verbum Diuinum intrinsecè est humanitati vnitum: ergo nedum extrinsecè; sed etiam intrinsecè terminat vnionis respectum: aliàs eodem modo vnio denominaret Verbum vnitum, ac visio denominat parietem visum. ¶ **Secundò. Substantia Verbi**

non est vnionis; sed humanitatis terminus: cum vnio sit, duorum extremorum intrinsecè nexus: ergo non solum afficit intrinsecè humanitatem; sed etiam Verbi substantiam.

13. Tertio respondent alij Verbum Diuinum denominari intrinsecè vnitum ab vnione temporali, & creata, absque eo quod sit ab illa intrinsecè transmutatum, & perfectum: nam Verbum Diuinum solum vnitur humanitati vt terminus, & perfectio illius. ¶ Sed contra est: nam hæc solutio contradictorias inuoluit propositiones simplicatorium enim est, quod Verbum Diuinum denoninetur intrinsecè vnitum ab vnione temporali, & creata; & quod vnio intrinsecè non sit in illo tanquam in extremo suæ actiuitatis; sed eò ipso quod sit in illo tanquam in extremo suæ actiuitatis illud intrinsecè transmutat, & perficit: (cum mutatio intrinsecè sit transitus de non esse formæ intrinsecæ, ad esse formæ intrinsecæ) ergo hæc solutio in terminis repugnat.

14. Quarto probatur assertio. Inter partes quantitatis admittitur vnio à partibus realiter distincta: quia vt eiusdem rationis, non se habet vt actus, & potentia: (non enim datur maior ratio, quare vna respectu alterius sit actus, magis quàm potètia) sed materia, & forma se habent essentialiter vt actus, & potentia: ergo inter illas propter oppositam rationem non debet dari vnio realiter distincta.

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

§. V.

Primum oppositæ sententiæ argumentum.

15. **P**rimam primæ sententiæ fundamentum desumitur ex Diuo Thoma. 1. p. q. 76. a. 1. ad 6. ubi ait: *quod sicut corpus leue manet cum inclinatione ad proprium locum, dum in illo non est; sic anima à corpore separata manet cum propensione ad illud*: Ex quibus Verbis hanc minorem deducunt; sed corpus leue non est formaliter in proprio loco absque vbiicatione ab ipso realiter modaliter distincta: ergo nec anima est formaliter in corpore absque vniione realiter modaliter distincta. ¶ Respondetur distinguendo ly *sicut*: sicut, dicente omnino *eam proportionem*, nego maiorem: dicente, *aliquam proportionem*, concedo maiorem: & minorem: & nego consequentiam: nam propensio, in corpore leui repta, non est de conceptu essentiali ipsius corporis; sicut propensio quæ est in anima separata: si ergo in propensionibus non datur omnimoda proportio; quare in terminis propensionis debet admitti similitudo ergo solum itat in hoc, quod sicut corpus leue quiescit in proprio loco, tanquam in centro, & loco naturali; sic anima in corpore: non verò in hoc, quod sicut corpus acquirit formaliter locum, media entitate modalis, à corpore distincta; sic anima

acquirat corpus media entitate modalis ab ipsa distincta: alias sicut corpus naturaliter proprium acquirit locum; sic anima sepeparata naturaliter corpus acquireret, quod ridiculum est.

§. VI.

Secundum primæ.

16. **S**ecundum primæ hæc pro-
cedit. Separatio realis, est signum realis distinctionis; sed vnio separatur à materia, & forma: vtique quia illis permanentibus deficit vnio: vt constat in anima Diui Benedicti à sua materia separata: ergo vnio à partibus separata, est ab illis realiter distincta.

17. Dices. Vniionem separari à materia, & forma, & tantum ad *expressionem exercitiam*; non vero quantum ad *entitatem*, vel *expressionem signatam*. ¶ Sed contra insurgunt: nam vnio, ex se, prout ab ente rationis distincta, est entitas realis; sed hæc separatur à partibus: ergo entitas realis vniionis est à partibus separata. Consequentia est certa: nã implicatorium est, quod albedo separetur à pariete albo; & quod entitas albedinis ab ipso non separetur; sed vnio per nos est à partibus separata: ergo entitas vniionis est ab ipsis partibus separata. ¶ Confirmatur. Vnio, quæ est materiæ, & formæ causalitas, & exercitium, non est rationis; sed realis, & positina entitas; sed hoc

Vtrū materia, & forma unione distincta uniat̄ur? 81

exercitium positivum deficit partibus, siue sit defectu rationis formalis, siue defectu applicationis; ergo saltem defectu applicationis deficit partibus aliquis modus realis, & positivus.

18. Vt respondeas, nota discrimen, quod datur inter formam *absolutam*, & *relativam*: nam illa solum dependet à capacitae subiecti, vt ei præster omnes suos effectus, & denominationes; ista verò: scilicet, *relativa*, nedum à subiecto, sed etiam ab aliqua actione extrinseca, vel ab alio aliquo extrinseco dependet; vt ei omnes suos præster effectus, & denominationes: huius generis est unio, quæ vt formaliter, & quoad actum exercitum sit in partibus, dependet ab actione unitiva agentis. ¶ Pluribus exemplis potest hæc doctrina illustrari, tam in schola Thomistica, quam in Iesuitana: nam in Thomistica; Pater per eandem relationem, per quam respicit unum Filium, respicit omnes, quando existunt; non verò quando non existunt: non quia ei deficit relationis entitas; sed quia terminus à quo exercitium exercitum huius relationis dependet, nō est in rerum natura. In Iesuitana verò familia etiam debet hæc doctrina in alijs locis admitti, & defendi: nam in illa, relatio prædicamentalis non est à fundamento distincta; & tamen isto existente, termino non existente, non exercet munus relationis, non quia entitas relationis deficit, sed

quia terminus relationis à quo, nō entitas relationis; sed exercitium exercitum illius dependet, deficit. Sic ergo optimè stat, quod unio, quæ de genere relativorum est, deficit, defectu alicuius extrinseci quoad expressionem exercitam, absque eo quod deficit, quoad entitatem, seu expressionē signatam.

19. His igitur suppositis respondetur ad argumentum: (ad quod bene supra) concedendo maiore; vel distinguendo illam, claritatis gratia: separatio realis est distinctionis signum, eo modo quo est separatio, concedo maiorem: alio modo, nego maiorem: & distinguo minorem: unio separatur à partibus quoad entitatem, & expressionem signatam, nego minorem: quoad expressionem exercitam, concedo minorem: & nego consequentiam: in hoc enim argumento variatur appellatio: nam transit à *sensu formali*, & *expressivo*, ad *materialem*, & *entitativum*: ad instantiam nego paritatem: nam ponit exemplum in forma, quæ non solum quantum ad *expressionem exercitam*; sed etiam *quantum ad signatam*; hoc est, *quantum ad entitatem*, est à proprio subiecto realiter distincta: nam albedo, vt in genere qualitatis existens, est realiter entitativè distincta; nedum à substantia, quæ est subiectum quod illius; sed etiam à quantitate, quæ est subiectum quo. ¶ Ad confirmationem eodem modo respondetur, distinguendo

Disputatio tertia. Questio secunda.

do maiorem: vno est realis *entitas distincta* ab entitatibus materie, & forme, nego maiorem: *in distincta*, concedo maiorem, & distinguo maiorem: hoc exercitium, defectu applicationis, deficit partibus quoad *expressionem exercitiam*, concedo maiorem: *quoad signatam*, nego maiorem, & consequentiam: nam (vt sapius dixi) in presenti non datur *separatio entitatis, sed exercitii*.

20. Dices. Vnio, saltem quoad expressionem exercitiam, separatur à partibus, sed hæc unionis expressio est realis, & à partibus separabilis: ergo unio est partibus realiter superaddita. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo maiorem, quoad primam partem: unionis expressio est *realis, realitate distincta à realitate partium*, nego maiorem: *in distincta*, concedo maiorem: & distinguo illam quoad secundam partem: *est separabilis à partibus quoad exercitium realitatis exercitium*, concedo maiorem: *quoad realitatem exercitii exercitii*, nego maiorem: & consequentiam: nam licet partis expressio non sit expressio in virtute unionis expressio; tamen in eadem realitate est utraque expressio; vel vt formaliter loquar, eadem realitas utraque exercet expressionem.

21. Replicabis. Dux contradictoria, adhuc pro diversis temporibus, nequeunt verificari de eadem entitate, absque reali huius entitatis mutatione; sed hæc verifi-

cantur de materia, & forma: nam hæc *ut connotant actionem unitivam*, dicuntur vnite; & vt illam non connotant, dicuntur non vnite; ergo in illis, vt vnitis, datur aliquis modus positivus à quo realiter dicuntur vnite, & transmutate: cum transmutatio realis, sit transitus de non esse forme realis ad esse forme realis. ¶ Hæc obiectio in se iam soluta ex dictis quæst. antecedenti, §. 3. conclus. 2. Quare supposita doctrina ibi allata, respondetur distinguendo maiorem: id est cōtradictoria nequeunt de eadem entitate verificari, *absque transmutatione reali expressiva, vel unitiva*, concedo maiorem: *absque entitativa tantum*, nego maiorem: & concessa minori: nego consequentiam: nam *et desur affirmatio, & negatio, eiusdem de eodem, circa idem*, sufficit quod expressio exercita entitatis, quæ in instanti. A. deficiebat, adveniat et in instanti. B. Cōstat hæc solutio in Patre, de quo verificatur in diversis temporibus, quod sit relatus, & non relatus, ad secundum Filium, per hoc quod ei deficiat expressio exercita relationis; quam antea, Filio secundo non existente, habebat.

22. Non quiesces. Vel in materie, & forme entitatibus, actionem agentis connotantibus, datur aliquis modus entitativus superadditus, vel non: si primum dicas; habeo intentum: si secundum: merito præcisè per hoc quod istæ partes sint indistantes, & presentes, sunt formaliter vnite. Hæc consequen-

quentia probatur. Partes indistantes, & presentes, connotant actionem agentis: cum ex se nō sint indistantes, sed hoc solum est necessarium, vt sint formaliter vnitæ: ergo præcisè per hoc, quod sint indistantes, sunt formaliter vnitæ.

¶ Responderetur cōcedendo secundam dilemmatis partem, & negando primam, cum cōsequentiā. Ad probationem, distingo minotē: partes indistantes connotant actionem agentis *mere applicatiuam*, concedo maiorem *vnitiuam*, nego maiorem: & minorem: nam vt sint vnitæ, non sufficit, quod connotēt actionem *mere applicatiuam*; sed *vltra hoc, quod vnitiuam connotent*: nā ex parte partium, actionem vnitiuam connotantium, neque indistantia, nec penetratio sufficit, vt partes sint vnitæ; sed *vltra indistantiam præsuppositam, requiritur, quod partes, media receptione, & informatione, intrinsecè sint communicatæ.*

23. Sed adhuc non quiescit Carmelitana Familia: nam hæc nō vallet intelligere, quid (seclusa vnione distincta) detur inter materiā, & formam; præter hoc quod esse sibi adinuicè presentes; sed totum hoc saluatur antecedenter ad actionem vnitiuam in illo priori, in quo anima à Deo creatur intra corpus: ergo vt partes sint formaliter vnitæ, opus est, vt admittatur vnio ab illis realiter modaliter distincta. ¶ Sed certe non valent intelligere in quæstionis corpore id quod in argumētorum solutio-

nibus valuerunt intelligere: nam, in ipsorum opinione, subsistentia increata Verbi Diuini immediate, absq; aliquo vinculo entitatiuè distincto, vnitur humanitati; & humanitas Verbo: & similiter humanitas subsistentiæ creata. Inquiro nunc ab illis: an hæc vnio, ab extremis indistincta, sit aliquid præter hoc, quod est esse sibi præsentia, vel non? secundum non dicent: cum (secundum Philosophum, & veritatem) præsentia sit ab vnione distincta: si dicant primum: ergo valent, intelligere quid sit hoc quod est esse vnitum, distinctum ab hoc quod est esse præsens; etiam si esse vnitum formaliter non proueniat ab entitate modali, ab entitate partium realiter distincta. Dico ergo vnionem formaliter non consistere in indistantia, & præsentia; sed in hoc, quod partes, media informatione, & receptione ab ipsis indistinctis, intrinsecè connectantur, media actione extrinseca efficientis.

24. Dices pro Complutensibus, subsistentiam esse modum essentiali; & ideo non indigere vnione superaddita, vt vniatur: quia de ratione essentiali modi est, quod immediatè dependeat à subiecto, eique immediatè vniatur. ¶ Sed contra est primò: nam ex eo Complutenses astruunt vnionem distinctam inter materiā & formā, quia actu transeunt de actu primo ad secundum: id est; quia actu transeunt de non esse vnitas, ad esse

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

esse unitas; sed etiam talis transitus reperitur inter humanitatem, & substantiam: ergo eadem militat ratio ut in utroque casu non detur modus realiter distinctus.

¶ Contra est secundò: nam ex eo inter subiectum, & modum non assignatur unio modaliter entitatiuè distincta; quia modus essentialiter modificat; sed actus essentialiter ætner: (cum ratione sui, & non ratione entitatis superaddita sit actus) ergo propter eandem rationem, non debet dari inter materiam; & formam unio ab illis realiter entitatiuè distincta.

§. VII.

Tertium argumentum.

25. **T**ertium argumentum sic procedit. Omnis actio transiens ex se est vera, & rigorosa productio, & factio; sed de conceptu essentiali productionis, & factionis, non est quod sit productiua, & factiua per modum actus primi; (ut aliqui contra essentiam actionis transeuntis existimant) sed, quod in actu secundo, de facto producat terminum: ergo in hominis generatione, quæ est vera, & rigorosa actio transiens debet dari terminus de nouo factus, & productus. Tum sic non potest assignari talis terminus, si nõ datur unio à partibus distincta: ergo materia, & forma vinculo ab ipsis distincto uniantur. Maior

in qua est difficultas probatur. Homo generans hominem, media actione generatiua, non producit animam rationalem, quæ immediate à Deo creatur; nec materiã primam; quæ etiam fuit in prima rerum conditione à Deo creata: ergo solum valet producere unionem à partibus distinctam. Hæc consequentia, vel illius suppositum probatur. Si unio ab actione generatiua producta esset à partibus indistincta, absque dubio homo producens unionem, produceret partes eam illa identificatis; (cum implicatorium sit, quod actio productiua, quæ practica est, producat formalitatem eam alia identificatam, vel quæ est idem cum alia; & quod non producat formalitatem, cum qua identificatur) sed homo non potest partes hominis producti producere: ergo necessario debet producere unionem ab ipsis realiter distinctam.

26. Huic argumento, (quod est contrariorum asyllum) respondent aliqui doctissimi, actionem transeuntẽ, ex se, non esse termini productionem per *modum actus secundi*; sed solum termini productionem per *modum actus primi*. Sed contra est primo: nam non alia ratione in opinione Thomistarum essentia relationis non consistit in actu primo, seu in hoc quod est constituere fundamentum proximè referibile ad terminum; sed in actu secundo, seu in hoc quod est actu referre subiectum ad terminum;

minum; nisi quia est de genere actus secundi; sed actio transiens nō solum est de genere actus secundi; sed est ipse actus secundus: ergo eius essentia non consistit in hoc, quod per modum actus primi, sit productiva; sed in hoc, quod per modum actus secundi, vel ut actus secundus, sit productio, & factio termini. ¶ Contra est secundo. Cōceptus essentialis actionis debet distingui à conceptu essentiali potentie, & habitus; sed essentialis conceptus potentie consistit in hoc, quod est esse productivā per modum actus primi radicalis; & habitus in hoc, quod est esse productivum per modum actus primi proximi, & formalis: ergo cōceptus essentialis actionis distinctus à conceptibus potentie, & habitus, solū potest consistere in hoc, quod est esse productivum, & factivum terminum. ¶ Contra est tertio: nam essentia actionis *immanens*: v.g. *visions*, non est de genere actus primi: cum essentialiter adueniat potentie, ut actu videat: ergo idem dicendum est de actionibus transeuntibus.

27. Alij doctissimi ex nostra familia respondent, actionem generativam hominis neque producere materiam, neque formam, secundum suas entitates divisivè acceptas; sed producere illas in esse unius compositi substantialis; ita ut compositum non producat ab illa in esse entis, sed solum in esse unius. ¶ Sed contra istam solutionem sic insurgo: nam unitas

ex se (ut constat ex dictis in Logica, disp. 3. q. 1. & 2.) est divisionis carentia; ita ut unum nihil addat supra ens, præter divisionis carentiam; sed carentia (ut condistincta ab ente) non potest terminare actionem positivam: cum carentia nequeat esse actionis generativæ terminus primarius: ergo unum per id quod addit supra ens, non est actionis generativæ terminus primarius. ¶ Contra est secundo. Divisionis negatio debet fundari in aliquo positivo; sed nō in entitatibus materia, & formæ, *ut separatis*: ergo in illis *ut unitis*; sed hoc fundamentum est generationis terminus: (cum antecederet ad illam partes non sint unitæ) ergo antecederet ad divisionis carentiam datur terminus actionis generativæ.

28. Quare tertio, (& satis probabiliter) respondet Magister Ioannes à Sancto Thoma, (quem sequitur sapientissimus Lerma) negando maiorem: nam de ratione actionis formaliter, vel virtualiter transeuntis, non est determinatè aliquid de novo producere; sed solum habere effectum ad extra, *sive productum, sive unum*: unde de ratione generationis, nō est determinatè quod sit productio; sed, vel quod sit productio, ut in generatione compositi ex forma materiali coalescentis accidit; vel quod sit unio, ut in generatione hominis evenit.

29. Sed (iuxta dicta in solutione secundi argumenti) quarto, &

Disputatio tertia. Questio secunda.

melius, responderetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam ex eo quod homo media actione generatiua producat vnionem indistinctam, non sequitur, quod producat partes hominis constitutiuas, ab vnione indistinctas: quia homo nō producit vnionem *quantam ad entitatem, seu expressionem signatam*; sed solum *quantum ad expressionem exercitam*: vnde bene stat, quod actio practicē attingat vnionem indistinctam, absq; eo quod partium entitates producat: non aliter ac actio conuersiua, seu transubstantiatiua non producit absolutē, & simpliciter Corpus Christi; sed solum vt factum ex pane: haud aliter in presenti; actio generatiua hominis absolutē non producit partes, nec entitates partium; sed illas vt unitas producit. Quod autem sola entitatis *expressio* de nouo adueniēs termino, sufficiat, vt actio sit formaliter productio, & factio; constat: quia per aduentum huius expressionis realis, est de nouo in rerum natura aliquid, quod antea nō erat, formaliter factum, & productum: cum sit homo ab actione generatiua formaliter factus, & productus: ergo actio ad hanc formalitatem expressionem terminata cum omni rigore debet dici factio, & productio. Hęc doctrina, quę a Doctoribus oppositę sententię in presenti non adicitur, est ab illis in alijs materijs valdē recepta: nam actio practica conuersiua, (quę a Theologis cum

Dicitur Thoma. 3. p. q. 75. per totam appellatur *transubstantiatio*) est vera, & rigorosa factio, & productio; & tamen Corpus Christi ex pane factum, quod est terminus huius actionis, non dicitur de nouo productum; nec *quoad substantiam*: quia secundum istam est ex Virgine Matre temporaliter factum: nec *quoad aliquem modum realiter distinctum*: quia in corpore glorioso nequit dari receptionis imperfectio; sed solum dicitur productum, *ratione vni terminationis, & expressionis exercite*: ergo expressio sola, de nouo termino adueniens, sufficit, vt actio sit vera, & rigorosa productio; & vt terminus sit productus, & factus. Debet etiā hęc doctrina recipi ab aduersarijs in actione intensiua qualitatis; quę est actio formaliter transiens; & tamen non producit qualitatis entitatem: cum hęc sit iam per actionem alteratiuā producta; nec modum aliquem a qualitate distinctum; cum sine illo valeat dari intentio; sed solum maiorem qualitatis radicationem ab ipsa qualitate realiter indistinctā; ergo *noua termini expressio* sufficit ad actionis practicę terminationem.

30. Dices. Vnio, saltem idē tice, est causalitas materię, & formę; sed omnis causalitas dependet a causa, cuius est causalitas: ergo vnio est a materiā, & forma distincta: alias nō esset illius causalitas: cum idem a seipso nequeat dependere. ¶ Responderetur concedēdo maiorem: & negando minorem: nam

Utrum materia, & forma in unione distincta uniantur? 84

nam causalitas causæ intrinsicæ, rigorosa, & reali dependentia nõ dependet à causa intrinseca: tum quia in hoc distinguuntur à causa effectiua: tum quia dependentia realis, & rigorosa nõ est inter idẽ, & seipsum: cum nemo dependeat à seipso; sed ab alio à se distincto.

31. Replicabis. Receptio, & informatio; id est, unio adæquata partium, dependet à generante, materia, & forma rationali non dependentibus: ergo distinguitur ab illis: cum implicatoriũ sit, quod idem dependeat, & non depõdeat ab eadem actione generatiua.

¶ Respondetur distinguẽdo antecedens: dependet unio à generante, quoad *expressionem exercitiam*, concedo antecedens: *quoad signatam*, nego antecedens: & eodem modo distinguo consequens: distinguitur ab illis *realiter expressiõne*, concedo consequentiam: *realiter entitatine*, nego consequentiam: non est ergo implicatio, quod *entitas* sit ex se à causa efficiente *independens*: & quod *expressio entitatis* sit ab illa *dependens*: vt constat in exẽplis supra in hoc. §. allatis.

32. Dices secundo. Implicat quod eadem entitas sit *educta*, & *creata*: ergo implicat quod unio animæ rationalis non distinguatur realiter ab anima rationali: ergo & quod omnis unio non distinguatur à sua forma: utiq; quia eadem ratio militat in unione aliarũ formarum. Antecedens est certũ: nam implicatoriũ est, quod eadem entitas sit *ex nihilo*; & ex

aliquo. Consequentia prima probatur. Si unio animæ rationalis esset ab anima rationali indistincta, talis entitas, vt terminus creationis, *esset creata*, & vt terminus generationis, *educta*: utriusque quia generatio terminatur ad unione partium: ergo unio non est à partibus realiter distincta. ¶ Si dicas eandem formam *esse creatam, & eductam*, secũdum diuersas virtualitates: utriusque, quia *per modum actus primi*, seu vt forma informatiua, *est creata*; & *per modum actus secundi*, seu vt forma informans, *est educta*. ¶ Contra est: nam nec creatio, nec *eductio*, terminatur ad *expressiones*, seu *formalitates entitatis*; sed solum ad *entitatem*: tum quia *creatio* est productio entis ex nihilo; & *eductio* est productio entis ex aliquo: tum quia (vt sentiunt communiter Doctores) tunc forma est *educta*, quando *in esse fieri, & conseruari*, dependet à subiecto; hoc est, quando esse formæ est à subiecto dependens: & similiter tunc est *creata*, quando hoc esse est à subiecto independens: ergo *creatio, & eductio* verificantur de entitate absolute sumpta, & non de illa vt affecta formalitatibus, seu expressionibus. ¶ Responderur negando antecedens: nam licet, regulariter loquendo, seu ex se, *eductio*, & *creatio* respiciant entitatem, & non formalitates entitatis; tamen quando *eductio* supponit esse per creationem: (vt in presenti accidit) *eductio non terminatur ad esse; sed ad expressionem, seu*

Disputatio tertia. Questio secunda.

formalitate[m] entitatis. Vel si mauiis quod semper terminentur ad esse: dic, quod non terminantur semper ad esse absolute sumptis; sed ad esse vt stat sub formalitate, seu expressione: per quod patet ad vtramque probationem: nam generatio, seueductio hominis ex suppositione quod supponat entitates partium per creatione[m] productas, non terminatur ad forma[m] absolute generandam; sed ad illam vt stat sub vnione, seu informatione. Totum hoc valet explicari in actione transubstantiatiua, seu conuersiua, quæ ex suppositione quod Corpus Christi supponat per generationem factum, non terminatur ad illius productionem absolute; sed solum ad nouam formalitatem, seu connotationem: vel vt formalius loquar, ad hoc vt Corpus Christi fiat ex pane.

§. VIII.

Quartum argumentum.

33. **Q**uartum argumentum sic procedit. Prædicatum quod accidentaliter aduenit rei, realiter est ab illa distinctum; sed vnio accidentaliter aduenit partibus: ergo est ab illis realiter distincta. ¶ Responderetur distinguendo maiore[m]: prædicatum quod accidentaliter aduenit rei, est ab illa realiter distinctum; si accidentaliter adueniat prædicamentaliter, vel quoad entitatem, concedo maiorem: si

solum adueniat prædicabiliter, vel quoad expressionem exercitam, nego maiorem: & distinguo minorem: vnio accidentaliter aduenit partibus: accidentaliter logicè, & quoad aliquod minus exercitum, concedo minorem: accidentaliter metaphysice, vel quoad aliquam entitatem, nego minorem: & consequentiam: nam (vt multoties dixi, vnio solù aduenit partibus, vt aliqua expressio entitatis præhabita, quæ distinguitur à partibus, sicut singularitas ab essentia.

34. Dices. Causa extrinseca est intrinseca perfectior; sed extrinseca accidit physice causalitas propria: ergo & intrinseca: aliàs intrinseca esset extrinseca perfectior. ¶ Responderetur concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam: nam si causa extrinseca creata suam identificaret causalitatem, esset infinita, & illimitata; sicut essentia identificans existentiam: at verò causa intrinseca, siue formalis, siue materialis, suam identificans causalitatem, est magis finita, & limitata. Ratio est apposta in lib. 1. dispn. 3. questio. 2. nam causa efficiens in proprio genere, exprimit perfectionem non limitatam, quam formalis causa excludit: imò hæc suam identificans causalitatem, maiorem includit imperfectiorem: quia magis accedit ad subiectum à quo limitatur. Vide quæ ibi sunt dicta.

(.)

§. IX:

§. IX.

Corollarium ex questione deductum.

35. **P**ro quaestione completèto inquires: an forma accidentalis vniatur subiecto vinculo ab ipsa distincto. ¶ Aliqui satis probabiliter affirmatiuè respondent: & accipiunt suæ dictionis rationem ex Doctore Angelico. 2 contra Gentes. cap. 71. vbi ait: *materiam, & formam vtri sine vno eiuo distincto: quia sunt potentia, & actus per se ordinati ad efficiendum vnu ens per se; sed ex subiecto, & forma accidentali non fit vnum per se; sed vnum per accidens: cum per se nec forma ordinetur subiecto; nec subiectum formæ: ergo vniuntur medio vinculo superaddito.*

36. Alij magis probabiliter respondent negatiuè: & reddunt rationem: nam forma accidentalis, *perfectate accidentali*, ordinetur ad subiectum; ita vt ex illa, & ex subiecto resultet vnum per se, *perfectate accidentali*; sed hæc proportio sufficit vt per proprias vniantur entitates: ergo non vniuntur medio vinculo ab illis realiter distincto. ¶ Confirmatur. Absque necessitate non sunt multiplicando entitates; sed absque vinculo superaddito potest intelligi accidentalis formæ unio: cum albedo, nendum in actu primò; sed in actu secundo, dealbet: ergo illius in hærentia, seu unio non est ab albedi-

Tom. 1. pars 1.

ne realiter distincta. Per quod constat ad auctoritatem Diui Thomæ: nam ex subiecto, & forma nõ fit vnum per accidens, sicut ex aggregato; sed vnum per se, *perfectate accidentali*: nam vna pars; scilicet, accidentalis forma, ordinetur ad subiectum; quamuis subiectum non ordinetur ad illam.

QUESTIO III.

An compositum realiter distinguatur à suis partibus simul sumptis, & vnitis?

§. I.

Totum diuiditur, & quaestiois titulus explicatur.

1. **P**ro quaestione intelligentia aduerte primò totum, seu compositum physicum (sicut metaphysicum, de quo actum est in Logica) constare partibus physicis vnitis. Hoc prima sui diuisione partitur in totum per se, *perfectate substantiali*, & in totum per se *perfectate accidentali*. Primum collat ex entitatibus partialibus in eodem predicamento existentibus: vt humanitas, quæ constat ex materia, & forma; vel homo qui constat ex humanitate, & subsistentia. Secundum verò constat ex subiecto, & accidenti, media in hærentia, subiecto vnito: vt album, quod constat ex albedine, & subiecto. Rursum diuiditur in totum integrale, & per accidens. Primum constat ex parti-

L 5 bus

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

Bus continui, medio vinculo vni-
tis: *ut quantitas*: & hoc est duplex:
homo generum videlicet, & *ethero ge-
nerum*: homo generum est, quod con-
stat ex partibus eiusdem rationis;
ut aque, quæ constat ex partibus,
quæ habent rationem aque: *ethero-
generum est*, quod constat ex parti-
bus diuersæ rationis: *ut homo*, qui
constat carne, neruis, ossibus, &c.
Secundum, scilicet, *unum per acci-
dens* est, quod constat ex pluribus
entibus completis, absque aliquo
ordine, aut vniõne vnitatis: *ut acer-
nus lapidum, exercitus militum*: in
presenti autem nõ solum disenti-
tur de *ente substantiali physico* ex ma-
teria, & forma constante (ut aliqui
volant) sed etiam de omni compo-
sito, *sive per se, sive per accidens*: & de
illo inquirimus: an sit à suis parti-
bus distinctum?

2. Adverte secundò, totum tri-
pliciter posse cum suis partibus
combinari: primò, cum qualibet
parte seorsum sumpta: secundo,
cum partibus approximatis, & nõ
vntis: tertio, denique cum parti-
bus simul sumptis, & vntis. Diffi-
cultas procedit de toto omnibus
his modis cum suis partibus com-
binato.

3. Sed vt certa ab incertis sepa-
rètur; suppono, vt certum, totum
realiter distingui, distinctione in-
adæquata, seu *includentis, & inclusi*,
à qualibet parte seorsum sumpta;
etiam si sit alteri vnita: ratio est:
nam, *totum est maius sua parte*, etiam
alteri vnita; quia aliam includit;
ergo, ratione alterius partis inclu-

ta, distinguitur à qualibet parte
seorsum sumpta; etiam si sit alteri
vnita.

§. II.

Proponuntur sententiæ.

4. **P**rima in hac re sententiã de-
fendit totum, quod est vnũ
per se, *perseuerate substantiali*, dis-
tingui realiter à partibus simul
sumptis, & vntis: secus verò totum,
quod est vnũ per se, *perseuerate ac-
cidentalit*; vel vt Thomistæ volunt:
quod est *vnũ per accidens*. Intec
huius sententiæ sectatores verita-
tur discrimen: nam Scotus, cum
sua schola in. 3. dist. 4. q. 2. a. 1. do-
ceti, totum distingui à suis parti-
bus vntis *per quandam formam to-
talitatis, & completionis* ex partibus
in illo resultantem. At vero Ma-
gister Aranzo. 2. Metap. lib. 7. q.
5. a. 1. affirmat, totum distingui à
partibus vntis, non per alicuius
entitatis, sed formalitatis, superaddi-
tionem, non *realiter*; sed *formaliter*,
ab ipsis partibus distinctæ.

5. Secunda docet, nullam totũ
distingui realiter à suis partibus
simul sumptis, & vntis. Hanc se-
quantur vtriusque scholæ Docto-
res. In cuius fauorem sit.

§. III.

Prima conclusio.

6. **N**vllum totum est à suis
partibus simul sumptis,
& vntis.

& unitis, realiter distinctum; nec *intra se*, per superadditionem alienius entitatis; nec *formaliter*, per formalitatis, ex natura rei distincta, (superadditionem). Hæc nostra assertio induas est diuisa partes: & licet secunda, (quæ est contra Araujo) possit probari rationibus, quibus ipse alio in loco hanc distinctionem, vt impossibilem refutat; tam è quia vtraque pars eadè potest probari ratione (absque eo quod tantum Doctorem, & Magistrum inconsequentia arguamus) ideo eas silentio præmittit. ¶ Ratione ergo efficaci, quoad vtramque partem, nostra probatur conclusio. Compositum, vel distinguitur *adequatè* à suis partibus simul sumptis, & unitis; sicut vna pars est, per exclusionem alterius, ab alia distincta; vel *inadequatè*, sicut totum distinguitur à qualibet parte, etiam alteri unita; neutrum potest dici: ergo nullo modo compositum distinguitur à partibus simul sumptis, & unitis. Consequentia est legitima: nam non est imaginabile aliud distinctionis membrum. Minor quoad primam partem, constat: tum quia totum, v. g. *humanitas* essentialiter includit partes; materiã, scilicet, & formam rationalem: cum sint de essentiali cõceptu humanitatis: tum quia non potest intelligi totum, quin in eo includatur quælibet pars cõponens: ergo totum non distinguitur à suis partibus *adequatè*: hæc est per illarum exclusionem. Minor quoad secun-

dam partem probatur: tum quia præcisè per hoc quod materia, & forma, intelligantur unita, concipitur, (absque huius entitatis, vel formalitatis superflua superadditione *vnam per se*; non per simplicitatem: ergo per compositionem: tum quia ex partibus unitis, & ex illa tertia entitate; vel formalitate superaddita, non resultaret vnū per se: cum iam materia esset per formam ei unitam, actiuata: nam *ex pluribus entibus in actu*, (vt docet Philosophus) nõ potest vnum *ens per se* resultare: tum denique quia, vel hæc entitas, vel formalitas, constituit compositum absque, vel cum consortio, aliarum partium; neutrum potest dici: ergo vt superflua debet reijci. Minor quoad primam partem constat ex priua parte dilemmatis principalis. Quoad secundam vero probatur: nam si ex materia, & forma unitis resultat tertia entitas à partibus unitis distincta: ergo ex partibus, & ex hac tertia entitate unitis resultabit alia; & sic vsque in infinitum: ergo ne distinctio harum entitatum in infinitum procedat, dicendum est, totum non esse à partibus unitis distinctum. 7. Dices. Totum includere partes solum vt terminum connotationis essentialis: quia totum essentialiter includit dependentiam à partibus; & impossibile est intelligere huiusmodi essentialem dependentiam, non intelligendo partes, quæ sunt terminus talis dependentiæ: vt patet in relatio-

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

ne, quæ nõ valet intelligi sine termino essentialiter connotato.

¶ Sed contra est: nam ens compositum, non est absolutè tale, per hoc quod essentialiter connotet partes; si illas intrinsecè, & essentialiter non includit: vt patet discutendo per omnia entia simplicia: relatio enim, licet essentialiter connotet terminum, est simplex, & nõ composita entitas: quia intrinsecè non includit partes; & anima est etiam simplex entitas; etiam si essentialiter connotet corpus: quia illud intrinsecè non includit.

8. Secundò probatur conclusio: quia illa tertia entitas, aut formalitas, (quam dicunt Auctores primæ sententiæ addere totum supra partes unitas) est omnino superflua, ad totius physici compositionem ergo totum illam non includit: ergo totum non addit aliquam realitatem, per quam distinguatur à partibus unitis. Antecedens probatur: nam materia, & forma unitæ sufficienter constituunt vnum ens per se physicum, sine additione talis tertiæ entitatis: ergo ista superfluit in toto physico. Consequentia est certa: nam ad nihil aliud superadditur talis realitas ab aduersarijs. Antecedens probatur nam (secundum Philosophum) *vnum per se physicum*, est illud quod est *indivisum in se*, & *diuisum à quolibet alio*; sed materia, & forma unitæ hoc habent: cum ex vniõne resultat diuisio: ergo ad hoc non est necessaria illa realitas superaddita. ¶ Confirmatur

hæc ratio. Vnitum, & diuisum opponuntur: ergo quod est vnitum non est diuisum; sed quod non est diuisum, est indivisum, & vni: ergo materia, & forma unitæ habent (absque alia realitate superaddita) indivisionem, & unitatem.

9. Fauet huic nostræ assertioni Philosophus 8. Metaph. text. 15. vbi ait: *quod totum non est aliquid præter partes*. Fauet denique Diuus Thomas 4. contra Gentes: cap. 84. vbi ait: *de humanitate verò non est intelligendum, quod sit quædam forma consurgens ex coniunctione forme ad materiam, quasi realiter sit alia ab utraque*: ergo expressis verbis vterque Philosophus nostram sentiunt conclusionem.

10. Dices pro Scoto. Subsistentia non dat materiæ primæ actualitatem: cum actualitatem formæ supponat; & tamen ex materia, & forma actualata, & ex subsistentia, non fit vnum per se, perseitate accidentali; sed essentiali, & substantiali: ergo ex eo quod hæc forma totalitatis supponat materiam primò actualatam, non lequitar, quod ex illa, & ex partibus non possit fieri vnum per se perseitate essentiali, & substantiali. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam: nam subsistentia non aduenit humanitati per modum formæ, nouum esse materiæ communicâcis; sed per modum termini, esse præsuppositum terminantis: & ideo ex illa, & ex humanitate fit vnum per se perseitate essentiali, & substantiali: at
verò

verò hæc forma totalitatis non aduenit per modum termini: tum quia intra genus substantiæ sola existentia, & subsistentia habent rationem termini: tum quia si se haberet per modum termini terminantis, iam esset pars totius, & non totum: & sic, sicut ex humanitate, & subsistentia resultat, (in opinione contrariorum) homo distinctus à suis partibus unitis etiã si una; scilicet, *subsistentia* se habeat per *modum termini*; sic ex partibus unitis, & ex hac forma totalitatis, resultabit alia tertia entitas, etiã si forma totalitatis se habeat per modum termini, & non per modum formæ, nouum esse constituentis, & tribuentis: & sic ex illa, & ex materia prima, actualitate formata, non potest resultare unum *per se*, *personæ substantiali*, & *essentiali*.

§. IV.

Secunda conclusio.

II. **T**otum non distinguitur realiter entitatiuè ab omnibus suis partibus simul sumptis, & non unitis. Non est ita communis, sicut prima; at tamen debet patrocinari ab omnibus, qui docent unionem esse à partibus realiter indistinctã. Et probatur primo ex Diuo Dionysio de ecclesiæ Hierarchia, qui sic fatetur: *mors in nobis non est alicuius realitatis corruptio; sed unitarum separatio.* Ex quibus verbis aperte nostra constat reso-

lutio: nam si totum distingueretur à partibus simul sumptis, & non unitis, mors esset alicuius realitatis corruptio: cum totum, & non partes sit quod corrumpitur.

12. Probatur secundo ex illo vulgari, & theologico principio, cuius Auctor fuit noster Damascenus; scilicet, *quod Verbum numquam dimisit, quod semel assumpsit.* Ex quo sic insurgo. Hoc theologicum principium deficeret, si humanitas importaret aliquam realitatem præter realitates materiæ, & formæ: nam in triduo mortis, Verbum Diuinum fuit unitum materiæ, & formæ, & non humanitati: ergo humanitas supra realitates materiæ, & formæ non addit aliquam realitatem: aliàs Verbum, in triduo mortis, dimitteret aliquam realitatem in incarnatione assumptam: videlicet, illam realitatem, per quam humanitas constituitur, & distinguitur à partibus simul sumptis, & non unitis.

13. Probatur tertio ratione. Ut aliqua res realiter entitatiuè sit ab alia distincta, opus est, quod habeat aliquam realitatem, vel formalitatem distinctam à formalitatibus, vel realitatibus alterius: cum ratione excessus debeat esse hæc entitatiua, & realis distinctio; sed omnis realitas, & entitas, in composito reperta, datur in partibus simul sumptis, licet non unitis, utique, quia in toto composito præter entitates materiæ, & formæ, nõ est assignabilis alia: (si vera est opinio, quæ docet unionem esse à par-

Disputatio tertia. Questio tertia.

à partibus realiter indistinctam) ergo totum non est à partibus simul sumptis, licet non vnitis, realiter entitativè distinctum.

14. Dices. Plura prædicantur de toto, quæ non possunt prædicari, nec de partibus simul sumptis, & non vnitis, nec de illis vt vnitis: ergo totum est à partibus simul sumptis, & non vnitis, & ab illis, vt vnitis, realiter distinctum: cum implicatorium sit, quod idem prædicatum verificetur, & non verificetur, de eodem subiecto. Antecedens probatur. De toto composito verificatur, quod per se primo sit generationis terminus, quod constat partibus, quod intret in recta linea prædicamentali; sed hæc omnia de partibus nec simul sumptis, nec de illis vt vnitis verificantur: ergo plura quæ prædicantur de toto, non prædicantur de partibus simul sumptis, siue vnitis, siue non vnitis. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam; nam (vt notavi in Logica ex Divo Thoma) in propositionibus magis debemus attendere ad modum significandi, quam ad rem significatam, & ideo vt prædicata, quæ verificantur de vna re, verificentur de eadem re, non sufficit, quod sit eadem res, re; id est, quantum ad rem significatam; sed ulterius, quod sit eadem, ratione; id est, quantum ad modum significandi. Propter hanc rationem dicitur de definitione, quod constat genere, & differentia, quod sit complexa, absque eo quod dicantur de

definito, quod est *re idem* cum definitione: sic de composito dicitur quod sit terminus per se generationis, quod constat ex partibus, absque eo quod omnia hæc verificentur de *partibus non vnitis*: quia hæc habent diuersum modum significandi; de *partibus vero vnitis*, etiã hæc omnia supra allata, sicut de composito verificantur: quia hæc, vt vnita, non constituunt totum; sed potius sunt totum constitutum; non verò de his verificatur, sicut de toto, quod intret in recta linea prædicamentali, propter diuersum modum significandi in partibus repertis: nam partes vnita habent modum significandi *complexum*; totum verò *incomplexum*.

§. V.

Argumenta opposite sententiæ.

15. **P**rimum sic se habet. Secundum Philosophum. 5. Metaph. cap. 14. *bis tria non sunt sex*; nec secundum ipsum 7. Metaph. Litteræ B. & A. sunt syllaba Ba: ergo secundum mentem Philosophi partes sunt à toto composito distinctæ. ¶ Ad primum Philosophi testimonium dico, Philosophum solum asserere bis tria non esse formaliter sex: quia ex speciebus completis, vt completis, nequit resultare formaliter alia tertia species; scilicet, numerus senarius: vnde licet numerus senarius non sit bis tria; est tamen semel sex; id est, sex vnitates simul sumptæ, & ordinatæ.

ta. Ad secundum dico solum intendere syllabam *Ba*, non fieri ex *B*. & *A*, non ordinatis, sicut sic aceruus lapidum ex lapidibus non ordinatis.

16. Secundum (quod est contrariae sententiae asilum) sic procedit. Effectus realis est à causa realiter distinctus; sed compositum est effectus à partibus unitis realiter causatus: ergo ab illis debet realiter distingui. Maior constat ex definitione cause ut sic. Minor ex dictis, q. 1. huius disputationis: ergo compositum debet esse à suis partibus realiter distinctum. ¶ Et si respondeas partes intrinsecas; scilicet, materiam, & formam esse *diuisivè*, seu *distinctivè* causas compositi; non vero *copulativè*, & *in recto*: quia ut sic sunt eorum causatum. ¶ Contra est primò: nam (iuxta dicta in secunda conclusione) totum non solum est à partibus simul sumptis, & unitis, realiter in distinctum; sed etià à partibus simul sumptis, & non unitis; sed ab his copulativè, & in recto causatur compositum: ergo prout sic debent ab illo realiter distingui. ¶ Contra est secundò: nam materia, & forma separatae, & diuise non causant compositum: cum mediâ receptione, & informatione, (quae sunt ipsa a partium nexus, & unio) illud causent: ergo nedum à partibus separatis; sed etià ab unitis est compositum realiter causatum, & realiter distinctum.

17. Pro solutione nota primò, quod in signo in quo materia, (idè

que dicendum est de forma) est, & intelligitur in recto ut materialis causa formae, & compositi; forma, nec est nec intelligitur in recto ut causa formalis materiae, & compositi; sed ut effectus in obliquo importatus: ratio est: nam cum causa intrinsecè causent per communicationem propriae entitatis; si utraque esset in recto cum propria causalitate, & unione; iam non essent causa; sed effectus ab ipsis causatus: cum tunc intelligantur illae entitates inquietè, seu in facto esse; quod est proprium causati, prout à causis distincti: ergo ut intelligantur causa intrinsecè, ut causa, opus est, quod vna intelligatur in obliquo, ut effectus, accipiens esse ab alia. Ex quo infero causas intrinsecas *copulativè*, & *in recto*, non esse causas compositi; sed *diuisivè* in recto; ita ut, quando vna intelligitur ut causa, altera intelligatur ut effectus, in obliquo connotatus.

18. Nota secundò, causas intrinsecas sub unione posse bifarie accipi: primò, quasi *diuisivè*; ita ut vna intelligatur in recto, & alia in obliquo: qui modus efficiendi sub unione his propositionibus explicatur: *materia ut unita forma causat compositum; forma ut unita materia causat compositum*; in hoc sensu utraque causat compositum *diuisivè*: non quia vna non sit alteri unita; sed quia utraque non est in recto: nam terminus *diuisivè* non appellat *supra eam* etià unione; sed *supra rectam* virtutemque partis: secundò modo possunt accipi *copulativè*; ita ut utraq; intel-

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

intelligatur *in recto*; qui modus ef-
fendi sub vnione, explicatur hac
propositione: *materia, & forma vt
vnite causant compositum*: in quo sen-
su propositio est falsa: nam (vt su-
pra dixi) partes *vt in recto vnite*, nō
sunt cause compositi; sed compo-
situm ipsum à partibus causatum.
19. Hi; suppositis, ad argumen-
tum (iuxta dicta) respondetur, cō-
cedendo maiorem, & distinguen-
do minorem: compositum causatur
à materia, & forma *collectiue
sumptis*: id est, ab vtraque *in recto*
nego minorem: *diuisiue* sumptis:
id est, *ab vna in recto, & ab alia in
obliquo*, concedo minorem: & nego
consequentiam: nam partes *colle-
ctiue*; hoc est, *in recto* acceptæ non
causant compositum; sed sunt cō-
positum causatum. ¶ Ad impug-
nationem primam respōdetur cō-
cedendo maiorem: & negando mi-
norem: nam licet partes simul sum-
ptæ, & non vnitæ, *in recto*, non sint
formaliter compositum; non ta-
men vt sic sunt causæ compositi:
nam ad rationem causæ opus est,
quod vna sit *in obliquo* alteri vnita,
& ab alia recipiat influxum ad
compositi constitutionem necessa-
rium. ¶ Ad secundam, nego an-
tecedens: vel illud distingo (cla-
ritatis gratia) materia, & forma
separatæ nō causant compositum:
id est, *non vnite*, concedo antece-
dens: *vnite, & in recto*, nego ante-
cedens: & consequentiam: nam (vt
dixi) ly *separatæ*, non appellat su-
pra carentiam vnionis, sed supra
carentiā vtriusque partis *in recto*.

20. Replicabis. Materia, & forma,
provt in recto causant compositum;
vtique quia materia, *provt in
obliquo* non est causa compositi;
(idemque est de forma dicendum)
ergo *provt in recto* distinguuntur à
composito: cum omnis causa de-
beat vt talis, ab effectu causato di-
stingui. ¶ Respondetur negan-
do antecedens: nam licet verum
sit, quod partes non causent com-
positum *in obliquo*; sed *in recto*; ta-
men non est verum, quod illud sic
provt in recto in eodem causent
signo.

21. Nō quiesces. Ad vnus per-
accidens constitutionem, vtriusque
partis influxus non est *in recto*; sed
vnus; scilicet, formæ *in recto*; & al-
terius, scilicet subiecti *in obliquo*:
vt constat in albo, quod constat ex
albedine *in recto*, & ex subiecto *in
obliquo*: ergo ad constitutionem
vnus per se vtriusque partis influ-
sus est *in recto*. ¶ Respondetur
primò: negando antecedens: nam
(vt dixi in prima parte logicæ, dis-
putatione 4. q. 1. per totam) subie-
ctum albi, non intrat *in obliquo*; sed
in recto, ad albi constitutionem.

¶ Secundo respondetur distin-
guendo consequens: ad constitu-
tionem vnus per se vtriusque par-
tis influxus intrat *in recto diuisim*,
in diuersis prioritatibus, concedo cō-
sequentiam: *simul in eadem priorita-
te* nego consequentiam: nam ex eo
quod ad constitutionem vnus per
se intrent partes *in recto*, non sequi-
tur, quod simul in eodem signo de-
beāt intrare; sed solum quod vtra-
que

que sit in recto in diuersis prioritati-
bus: per quod manet influxus *vnus*
per se, distinctus ab influxu *vnus*
per accidens: quia *vnus* per se est in
recto, quoad vtramque causalita-
tem: at vero *vnus* per accidens non
est in recto quoad vtramque causa-
litate; sed in recto quoad vnā, &
in obliquo quoad aliam: licet influ-
xus vtriusquē compositi exigat
signorum distinctionem.

22. Tertium sic procedit. Ex
his propositionibus veris: *Petrus*
cum Paulo portat lapidem: & *Paulus*
cum Petro; sequitur hæc consequē-
tia legitima: ergo *Petrus*, & *Paulus*
in recto simul portant lapidem: ergo
similiter ex his: *materia in recto*
vnita forme causat compositum: & *for-*
ma in recto vnita materie causat com-
positum; debet sequi similis conse-
quentia: ergo *materia*, & *forma*, si-
mul, & in recto, causant compositum.

¶ Responderur concedendo an-
tecedens: & negando consequen-
tiam: nam *causæ extrinsecæ* (in hoc
casu) ita sunt causæ, vt nunquam
sint effectus: id est, vt nunquam per
suas entitates constituent effectū:
& ideo in omni acceptione sunt
causæ, & illum causant tanquā ali-
quid realiter, & adæquatè distin-
ctum: at vero *causæ intrinsecæ*: ita
sunt causæ, vt simul per proprias
entitates sint effectus: id est, vt si-
mul constituent effectum: & ideo,
in omni consideratione, compositum
nō causant: cum in aliqua de-
beant transire ad formalitatem
effectus.

23. Pro intelligentia solutio-

Ton. 1. part. 1.

nis, nota discrimen quod versatur
inter causam efficiētem ex vna par-
te; & materialē, & formalem ex
alia: nam causa efficiens taliter est
causa, vt secundum suam propriam
entitatem non includatur in effe-
ctu: quia causa efficiens, vt extrin-
seca, communicat effectui pro-
prium esse; non tamen suam pro-
prium entitatem; sed aliam ab ip-
sa productam: ceterum causa ma-
terialis, & formalis ita causant, vt
communicent effectui suam pro-
prium entitatem: vt videre est in
omnibus causis extrinsecis. Ex
quo possumus colligere, aliud dis-
crimen inter has causas: nam cau-
sa efficiens, in quantum efficiens est,
semper distinguitur adæquatè ab
effectu, quem causat: materialis
verò, & formalis non semper dis-
tinguitur adæquatè ab effectu: nā
quando cōstituit compositum so-
lum inadæquatè distinguitur ab
illo.

24. Quartum sic se habet. Si to-
tum substantiale non distinguere-
tur à partibus simul sumptis, &
vnitis: totum substantiale non
esset vnum per se: consequens est
falsum: ergo & antecedens: sequen-
tia probatur. Partes vnitæ sunt plu-
ra entia ratione vnionis aggrega-
ta; sed ex pluribus entibus aggrega-
tis non resultat vnum per se; sed
vnum per accidens: ergo si totum
substantiale non est à partibus vni-
tis distinctum; totum substantiale
non est vnum per se; sed per acci-
dens. ¶ Responderur negando
sequelam. Ad probationem nego-

Disputatio tertia. Questio tertia.

maiolem: nam partes substantiales unitę, non sunt plura entia; sed vnum per compositionem, ex entibus partialibus, intra idem genus ordinatis, & unitis confurgens.

25. Quintum contra secundam conclusionem sic se habet. Partes simul sumptę, & non unitę non sunt vnum per se: ergo totum substantiale distinguitur realiter à partibus non unitis: cum vnum per se debeat distingui ab entitate, quę talem unitatem nõ habet. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: partes nõ unitę non sunt vnum per se *defectu entitatis realis*, nego antecedens: *defectu exercitij exerciti, vel defectu formalitatis per rationem distincta*, concedo antecedens: & nego consequentiam: (propter dicta

in hac, & precedenti quęstione.)
26. Pro quęstionis complemento inquirens: quomodo distinguitur totum à partibus simul sumptis, & unitis; & etiam ab ipsis vt non unitis? Ad primum dico, distingui *distinctione expressiva*; sicut definitum à definitione: nam partes unitę dicunt *explicite*, quod totum *dicit implicite*. Ad secundum dico, distingui *per rationem distinctione inadequatam, seu includentis ab incluso*: nam totum, ultra partes simul sumptas, & non unitas, non addit aliquam entitatem, vel modum realiter à partibus distinctum: (vt supra quęstione precedenti dixi) sed solum formalitatem, per rationem, ab entitate partium distinctam.



QVARTA

DE CAUSA EFFICIENTI.

POST investigationem materialis, & formalis causæ, quæ intrinsecæ sunt, oportet iam de causis extrinsecis disputare: inter quas cum sit efficiens notior, prius de illa, quam de finali erit nobis agendum: nec inquirimus, an detur in rerum natura causa efficiens: quia hoc manifestum est: experientia enim docet, unam entitatem ab alia procedere; ut hominem ab homine, ignem ab igne: hæc igitur indubitato, examinanda est causæ efficientis essentia.

QVÆSTIO I.

*Quod, & quotuplex sit causa efficiens,
& quæ illius causalitas?*

S. I.

Causæ efficientis quidditas.

1. **A**Ristoteles in præsentī, cap. 3. sic causæ efficiētis essentiam demonstravit: *causa efficiens est, unde est primum principium motus, & quietis: hoc est: causa efficiens est principium, unde primo, & per se incipiunt motus, & quietes: in hac definitione principium tenet locum generis; & alia particula differentie locum: nam per illa verba unde distinguitur causa efficiens à reliquis causis: nam motus, & quietes,*

Tom. 1. pars 1.

propriè solum à causa efficiente dimanant ut à principio, unde primo incipit motus; nam materia non est causa unde incipit; sed in qua incipit; & forma similiter propriè non est causa; sed terminus motus.

2. Dices primo. Causa materialis est primum principium, unde primo incipit motus: utique quia eadem actio, seu idem motus, est causalitas materiæ, & efficientis: ergo hæc definitio convenit alijs à definito. ¶ Respondetur negando antecedens: nam causa materialis, licet sit principium motus, & actionis eductivæ; non tamen est unde; sed in qua recipitur motus: imò particula *primo* non adaptatur causæ materiali: quia motus, prius concipitur à nobis

M 2

90

Disputatio quarta. Questio prima.

ut egressus, & actio, quam et receptio, seu passio.

3. Dices secundo. Causa finalis est absolutè prior, seu est primum principium motus: cū omne agens causet, in quantum mouetur à fine: ergo hæc definitio est causæ finalis, & non efficientis. ¶ Responderetur negando antecedens: quia causa finalis non est vnde incipit; sed gratia cuius fit motus: & licet sit prima causa, nõ est prima in executione; sed in intentione tantum.

4. Dices tertio. Hæc definitio non conuenit causis secundis efficientibus: cum sola causa prima: scilicet, Deus, sit vnde primo incipit motus; aliàs, non secunda; sed prima denominaretur causa: ergo talis definitio non est legitima. ¶ Responderetur negando antecedens; nam particula *primo* conuenit causæ efficienti in genere, & in communi respectu aliarum causarum; in quo sensu vltima causa efficiens est principium, vnde primo incipit motus.

5. Dices quarto. Prima causa, vt creans, seu ex nihilo producens, propriissime est causa efficiens; sed causæ creanti non conuenit hæc definitio: ergo hæc definitio est diminuta. Maior probatur. Causa creans non est vnde primo incipit motus: quia creatio propriè non est mutatio: cum in creatione non detur transitus alicuius subiecti ab vno ad alterum terminum: ergo causæ creanti non adaptatur hæc definitio. ¶ Res-

ponderetur concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam: nam Aristoteles solum definiuit causam efficientem physicam, quæ est principium, vnde incipit motus: quia causa efficiens physica semper est causa effectus producti permutationem.

6. Replicabis. Philosophus 5. Metaph. eandem tradidit definitionem: ergo hæc definitio non solum conuenit causæ physice efficienti; sed etiam omni causæ. ¶ Responderetur huiusmodi definitionem posse etiam adaptari omni causæ efficienti; dummodo particulam *Motus* non *strictè* pro motu physico; sed pro omni mutatione, etiam grammaticali accipiamus: & tunc verificabitur definitio de causa creationis: nam creatio, licet propriè non sit mutatio; est tamen grammaticaliter motus: quia vt docet Doctor Angelicus, 1. p. quæst. 45. art. 1. *Creatio concipitur à nobis vt via, & tendentia ad terminum.*

§. II.

*Species in quas causa efficiens
ut sic partitur.*

7. Causa efficiens diuiditur primo in causam *per se*, & *per accidens*: causa efficiens *per se* illa dicitur, quæ *per se*, & *directè* insinuat in effectum; vt Sol dicitur causa *per se* luminis; & statuarius causa *per se* statuæ: quia *per se*, & *directè* concurrunt ad effectus productionis.

ductionem. Causa per accidens est illa, quæ non per se, & directè influat in effectum: vt cum d. cinis, album edificat; album est causa per accidens: quia album vt album non edificat. ¶ Hæc causa per accidens multipliciter accidit: nã aliquando dicitur causa per accidens, quæ coniungitur quasi accidentaliter causæ per se: vt aqua dicitur causa per accidens calefactionis, & caloris producti: quia coniungitur calori, qui est causa per se talis calefactionis, & caloris: nam licet actiones tribuantur supposito; tunc ei conueniunt per se, quando operatur per virtutem sibi connaturalem: vt cum ignis calefacit, aut producit calorem. Aliquãdo etiam dicitur causa per accidens, ratione effectus; quando ad effectum primum, & per se intentum aliquid cõsequitur: vt ignis dicitur causa per accidens corruptionis ligni: quia corruptio ligni cõsequitur ad alterius ignis productionem; & principium efficiens, seu producens aliquam quidditatem, dicitur causa per accidens proprietatum: ceterũ aliquando illa quæ consequuntur effectum primum ex natura rei cõsequuntur: quia sunt quasi debita effectui primario: vt constat in supradicto exemplo: & aliquando consequuntur omnino per accidens: vt cum causa efficiens producit calorem, cui per accidens coniungitur, ratione subiecti, liquefactio: vt videre est incera: quæ ad productionem caloris liquefit. ¶ Ceterum non leue versatur discrimen

inter hos effectus: nã causa in primis effectibus, non ita propriè dicitur causa per accidens, sicut in secundis: nam in primis effectibus, causa, saltem per se secundo, illos intendit; vtrique quia qui intendit formam per se primò, saltem per se secundo intendit illa, quæ requiruntur ad complementum formæ: at verò in secundis effectibus, causa nullo modo illos intendit: & ideo omnino per accidens consequuntur ad formam per se primò intentam.

8. Rursus causa efficiens partitur in efficientem physicè, & in efficientem moraliter: efficiens physicè est illa, quæ physicè, & realiter influat in effectum: vt Sol, cum illuminat: efficiens moraliter est illa, quæ non realiter; sed moraliter, & secundum prudentiam, assimationem influat in effectum; vt imperas, & consulas: hæc verò dicitur causa per se in ordine ad effectum intentum per consilium, aut imperium; & causa per accidens in ordine ad effectum, qui consequitur ad finem intentum per consilium, seu imperium: vt cum aliquis imperat elargitionem elemosinæ, tale imperium est causa per se elargitionis, & per accidens panis empti.

9. Deinde diuiditur causa efficiens in principalem, & instrumentalem: principalis est illa, quæ virtute propria concurrat ad effectum: instrumentalis verò est illa, quæ in virtute causæ principalis proauert effectum: vt artifex dicitur causa principalis rei productæ per artem: quia

Disputatio quarta. Questio prima.

principaliter, & non in virtute alterius influit in effectum: & instrumenta artis dicuntur causæ instrumentales propter oppositam rationem: regulariter autē dicimus aliquam entitatem esse causam instrumentalem, quando producit effectum nobiliorem se.

10. Diuiditur etiam causa principalis in *uniuocam*, & *æquiuocā*: & *uniuoca* est illa, quæ producit effectum eiusdem rationis: vt cum homo generat hominem: & *æquiuoca* est illa, quæ producit effectum inferioris rationis: vt Sol dicitur causa æqui-uoca luminis: sed est discrimen (quantum ad modum loquendi) inter has causas: nam de *causa æqui-uoca* dicimus quod continet effectum *eminenter*; id est, secundū altiorem modum: cæterum causa *uniuoca* continet effectum *formaliter*; id est, secundū virtutem, quæ formaliter est eiusdem rationis cū effectu producto.

11. Denique causa efficiēs principalis partitur in *primam*, & *secundam*: *prima* dicitur entitas, quæ omnino *independenter* operatur, & influit in effectum: vt *Deus*: *Secunda* autem dicitur illa, quæ *dependenter* (saltem à prima) operatur, & influit in effectum: vt *creatura*: vnde Scotus omnem causam secundam respectu primæ inquit posse aliqualiter dici instrumentum: quia sicut instrumentum influit vt ali-quid subordinatū principali agenti; ita causa secunda operatur vt primæ subordinata.

§. III.

Quidditas causalitatis effluuio.

12. **P**RO causæ efficientis causalitate, nota, causam efficientem diuidi in causam *efficientem per modum actus primi*; & *per modum actus secundi*: nam aliquando principium efficiens in exercitio producit, & operatur: & tunc dicitur causa efficiens per modum actus secundi: & aliquando nihil operatur; est tamen principium potēs operari: & tunc dicitur causa efficiēs per modum actus primi. Hoc supposito.

13. Dico causalitatem causa efficientis esse actionem, vel operationem, per quam producit effectus. ¶ Probat: nam causa efficiens, ab efficientia talis denominatur; sed efficientia per viam rationis formalis coincidit cum actione, seu operatione: ergo causalitas causa efficientis nullo modo distinguitur ab actione, seu operatione. ¶ Confirmatur. Exercitium virtutis actiue formaliter coincidit cum causalitate causæ effectiue; sed exercitium virtutis actiue formaliter est actio, (cum virtus actiua per actionem agat) ergo causalitas causæ effectiue est actio seu operatio.

14. Dices primo. Actio est effectus causæ effectiue: vtique quia illuminatio dicitur Solis effectus; sed effectus est à causalitate realiter distinctus: cum omnis causa,

præ-

præcipue efficiens, distinguatur realiter à suo effectu: ergo actio nõ est causalitas efficientis causæ.

¶ Primo respondetur negando maiorem: nam simpliciter & absolute actio non est effectus; sed influentia, seu emanatio effectus: cù ratione illius agens effectum producat. Ceteram aliquando improprie dicitur effectus, quatenus est ab efficiente dependens; vt via tendens in effectum. ¶ Secundo respondetur, actionem esse effectum, & causalitatem efficientis; præcipue quando entitas producta essentialiter dependet à causa: (vt non pauci satis probabiliter docent de intellectu producta ab intellectu per modum actionis, & effectus) Ratio huius est: nã causalitas idem est, quod dependentia effectus à causa: quare dum dependentia est essentialis effectui, & rei productæ, non est necessarium nouam assignare dependentiam, vt effectus dimanet à causa.

15. Dices secundò. Actio præsupponit efficientem in actu: cum *unumquodque causet in quantum est in actu*: ergo actio non est efficientis causalitas: cum hæc solum deserviat ad constituendam causam efficientem in actu. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: actio præsupponit efficietem in actu primo, concedo antecedens in actu secundo, seu cù exercitio causandi, nego antecedens: & consequentiam: nam actio est exercitium, per quod causa efficiens tranit de actu primo in actum secundum.

Tom. 1. pars 1.

16. Dices tertio. Causalitas debet esse causæ intrinseca; sed actio non est intrinseca principio efficienti: ergo actio non est causalitas causæ effectiue. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: causalitas debet esse *intrinseca cause intrinseca*, concedo maiorem: *extrinseca*, nego maiorem: & concessa minori: nego consequentiam: nam causa efficiens, cum extrinseca sit, non est in actu secundo per causalitatem intrinsecam; sed per extrinsecam.

17. Dices quartò. Transacta actione, principium efficiens dicitur causa: nam Pater transacta actione dicitur causa filij: ergo actio non est causalitas efficientis: aliàs transacta forma non remaneret denominatio: quod etiam in denominationibus extrinsecis repugnat: quia deficiente visione repugnat denominatio visæ. ¶ Respondetur negando antecedens: nam post actionem non manet talis denominatio ab exercitio, seu causalitate dimanans; sed à forma relatiua: quia sæpe relationes significantur nominibus fundamentis: & ideo aliquantulum transacta actione Pater denominatur causa filij à relatione paternitatis in ipso intrinsecè recepta.

QUESTIO. II.

Utrum principium immediatum quo tam substantialis, quam accidentalis operationis in causis creatis sit substantia vel accidens?

M 4

6. I.

Disputatio quarta *Questio secunda.*

§. I.

Lux tituli.

1. **C**ommuniter Doctores
asserunt huius certami-
nis titulum nō procedere de prin-
cipio *quod* operationis: cum hoc
(absque controuersia) sit supposi-
tum, de quo actiones *ut quod* præ-
dicantur; & ex quo naturaliter di-
manāt tāquam ex principio *quod*;
sed de principio *quo* immediato: an
scilicet, substantia ex se (absque
aliquo accidenti superaddito) sit
naturaliter immediatum operatio-
nis principium *quo*? vel an consti-
tuatur naturaliter in ratione prin-
cipij proximi per aliquod accidēs
ab ipsa realiter distinctum? Con-
sulto dixi *naturaliter loquendo*; quia,
in omnium opinione, accidentia
miraculose possunt esse principia
operationum *ut quod*; vt constat in
accidentibus Eucharistię, quę mi-
raculose sunt principia operatio-
num *ut quod*; in quantum existunt
per se à supposito, seu à subiecto
separata. Sed hæc communis sup-
positio placet, in quantum suppo-
sito tribuit influxum operationū
ut quod; non verō in quantum ei so-
lum naturaliter talem concedit
influxum *ut quod*: nam accidentia
Eucharistica nec miraculose valēt
esse principia *ut quod* operationum
in virtute ipsorum; sed in virtute
suppositi corrupti: non aliter ac
eadem accidētia Eucharistica nō
valent producere substantiam nisi

in virtute substantiæ conuersæ:
quare principium *quod* operatio-
num semper est suppositū *sive* exi-
stens, sive corruptum.

2. Nota secundō, operationes
causarum secundarum diuidi in *sub-
stantiales*, & *accidentales*: non quia
aliqua illarum sit in prædicamen-
to substantiæ: (cum omnis opera-
tio creata ad prædicamentum ac-
tionis directe spectet) sed di-
iuntur *substantiales*: quia aliqua habent
pro termino suæ habitudinis ali-
quid quod est intra genus substan-
tiæ: qua de causa *actio generatiua
substantialis dicitur*, & *etiam actio cō-
uersiua panis in corpus Christi, trans-
substantiatiua ab ecclesia appellatur*: vn-
de actio quę habet pro termino ali-
quid ad prædicamentum substan-
tiæ spectans, appellatur *substantia-
lis*: & actio quę habet pro termino
aliquid ad nouem accidentū ge-
nera spectans, *accidentalis* appella-
tur: titulus ergo de hac duplici
procedit actione.

§. II.

*Sententia Patris Pereira refertur,
& refellitur.*

3. **B**enedictus Pereira. 8. phy-
sic. cap. 1. defendit formā
accidentalem esse causam imme-
diatam, & principalem nedum ac-
tionis accidentalis; sed etiam sub-
stantialis: veritas primæ partis cō-
stabit ex decisione questionis: &
salūtas secundæ singulariter im-
pugnatur, secundum Philosophū
causa

causa principis est illa, qua operatur virtute propria, *vt propria*; sed forma accidentalis in ordine ad substantiæ productionem, vel in ordine ad actionem substantialem, non operatur *virtute propria, et propria*: utique quia ex se est entis ens, vel est ens substantiæ, quod illi communicatur, vt ei deseruiat in ordine ad communicationem proprii esse: ergo forma accidentalis non est causa principalis operationis substantialis. ¶ Confirmatur, & explicatur hæc ratio: vt aliqua causa *virtute propria* operetur, debet in se (saltem formaliter) effectum continere: hoc est, debet esse eiusdem perfectionis cum effectu producto; sed in accidentali forma, substantialis effectus formaliter non continetur: utiq; quia est illo imperfectior: ergo forma accidentalis, in ordine ad effectum substantialem, non operatur *virtute propria*: ergo non est causa principalis, in ordine ad talem effectum: cū de ratione essentiali causæ principalis sit, quod *ad minus habeat æqualem perfectionem cum effectu producto*: vt constat ex dictis in hoc libro.

Disp. 2. q. 2.

4. Obijcies. In opinione probabilissima, forma accidentalis est causa principalis actionis accidentalis hoc est actionis ad accidens terminatæ; etiam si sit entis ens, in virtute substantiæ producens: ergo etiam si forma accidentalis in ordine ad effectum substantialem sit entis ens, poterit esse causa principalis illius. ¶ Respondetur cō-

cedendo maiorem: & distinguendo minorem: forma accidentalis est causa principalis actionis accidentalis; etiam si sit entis ens, *materialiter*, concedo minorem: *formaliter*, nego minorem: & consequentiam: nam accides potest dupliciter considerari: primo *in essendo*; secundo *in operando*: in prima acceptione semper est *formaliter entis ens*; in secunda verò solum est *formaliter entis ens*, quando in virtute alterius operatur: hoc est, quando in se non continet effectum: secus verò quando virtute propria operatur: hoc est, quando in se continet effectum vt in casu argumenti accidit. Ratio huius est: nam causa influens in effectum, in ipsa formaliter non contentum, operatur in virtute causæ continentis, & vt ens ipsius; sed forma accidentalis in se formaliter continet actionem accidentalem, licet substantialem formaliter non contineat: ergo in ordine ad accidentalem operationem operatur formaliter in virtute propria, & non vt entis ens, hoc est, vt ens substantiæ, licet in ordine ad substantialem operetur in virtute substantiæ, & vt ens ipsius.

5. Secundo impugnatur hæc sententia ex discrimine inter causam principalem, & instrumentalem reperto: nam principalis causa communicat alteri *propriū esse, seu propriam perfectionem*; at instrumentalis solum est *medium, quo causa principalis tale esse, seu talem perfectionem communicat*; sed substantia non est perfectio ab accidenti communi-

Disputatio quarta. Quæstio secunda.

causa: utique quia accidens communicans propriam perfectionem, accidentale, & non substantiale communicabit esse: ergo accidens non est causa principalis; sed instrumentalis substantiæ.

§. III.

Sententia Scoti proponitur.

6. **E**X diametro sententia Scoti est Pereiræ opposita: nã in 2. dist. 37. q. vnica, & in 4. dist. 12. q. 3. defendit formam accidentalem non esse nec efficienter instrumentaliter principium immediatum quo operationis substantialis; sed solum dispositivè; quatenus per prævias dispositiones disponit passum ad formam substantialis introductionem; itaque iuxta hanc sententiam cum ignis producit ignem; ignis producens, medijs accidentibus, efficit dispositiones in ligno; & deinde per propriam formam substantialem introducit in ligno vltimè disposito substantialem ignis formam: vade sicut constituitur proximè potens respectu dispositionum per calorem, & alia accidentia, quæ in se habet; sic constituitur proximè potens respectu formæ ignis introducendæ per formam substantialem ignis, sui esse constitutivam. Sequuntur Scotum omnes eius discipuli; & ex alienis Durandus in 2. dist. 1. q. 2. Okam. in 2. q. 23. Valtellius controversia. 3. & alij quam plurimi à modernis citati. Huius sen-

tentiæ falsitas constabit ex rationibus nostræ conclusionis.

§. IV.

Sententia Patris Suarez referretur, & refellitur.

7. **P**ater Suarez. t. 1. metaph. disp. 18. sect. 2. media via procedens, (vel potius extremas, & oppositas sententias complectens) affirmat, operationes substantiales dimanare à forma accidentali immediate tanquam ab instrumento substantia, & etiam immediate à forma substantiali, tanquam à causa principali non quia forma substantialis in formam accidentalem aliquid producat; sed quia actio, quæ proximè instrumentaliter dimanat ab accidenti fulsitur per influxum immediatum substantiæ, ut possit effectum substantialem producere.

8. Explicatur (in fallor) propterea huius Magistri mens in visione beatifica; quæ (in opinione huius Doctoris) proximè dimanat ab intellectu, & à lumine gloriæ: in hac ergo opinione visio beatifica, ut ab intellectu proximè dimanans nõ potest ad Deum terminari, vsq; dum sit fulsita per influxum proximè à lumine gloriæ dimanantem: sic actio substantialis, à forma accidentali efficienter instrumentaliter dimanans, non potest effectum substantialem attingere, nisi sit confortata, & fulsita per influxum, à forma substantiali, etiam proximè dimanantem. Ex quo constat

stat actionem substantialem, essentialiter coalescere nedum ex accidentalis; sed etiam ex substantia. lis formæ influxu: non aliter ac visio beatifica coalescit ex intellectus, & luminis gloriæ influxibus.

9. Hæc sententia sic explicata impugnatur: nam (data hypothefi quod substantia immediatè influat in effectum substantialem) influxus immediatus formæ accidentalis superfluit: ergo substantialis influxus non dimanat immediatè à duplici causa partiali; videlicet, à forma substantiali, & accidentali. Consequentia est certa. Antecedens probatur. Effectus ex se pro causa totali, principali, & immediata solum exigit causam æqualis perfectionis; sed substantia ex se, & absque formæ accidentalis consortio habet cum actione substantiali, & cū effectū substantiāli equalitatem: ergo in tali casu influxus immediatus formæ accidentalis superfluit. Confirmatur hæc ratio ad hominem: ex eo, (in opinione huius Doctoris) Lumen gloriæ nō est immediatum, & adæquatū principium quo visionis beatificæ: quia hæc, vt vitalis, in illo, vt non vitali, non est adæquatè contenta; sed substantia absque consortio formæ accidentalis continet aliā substantiam æqualis perfectionis: ergo supposito influxu immediato substantiæ, accidentis immediatus influxus superfluit.

10. Secundo impugnatur hæc sententia, ratione communi non despicienda. Influxus immediatus

formæ accidentalis, absque influxu corroboratiuo immediato formæ substantialis, sufficit, vt actio substantialis, vel effectus substantialis detur in rerum natura: nam in generationibus viuientium virtus instrumentalis exillens in semine à viuente deciso, generat effectum substantialem, absque eo quod substantia generans possit influxum corroboratiuum habere: tum quia non habet approximationē cum passio: tum quia multoties non existit in instanti generationis: ergo influxus immediatus substantiæ, influxus accidentis corroboratiuus non est ad effectum substantialem necessarius.

11. Nec valet dici cum Patre Suarez Deum in tali casu suo concursu vniuersali supplere immediatum substantiæ concursum. Non (inquam) valet: nam omnes generationes viuientium sunt principaliter à causis secundis; sed si Deus suppleret vices causæ secundæ, Deus effectus harum generationum principalis causa: cum gerat vices causæ principalis: ergo Deus in nullo casu supplet causæ secundæ concursum. Contra est secundo: nam ex eo docet fides, substantiam increatam Verbi terminare humanitatem, absque eo quod fideliter possit dici substantiam creatam illam terminare: quia in creata supplet vices creatæ: ergo si Deus supplet concursum causæ secundæ principalis, à quo causa secundata lis dicitur; absque cōtrouersia erit dicendum generationes viuentiū

Disputatio quarta. Quæstio secunda.

nō dimanare principaliter a creatura; sed à Deo, qui concursum creatura supplet. Contra est tertio. Relatio paternitatis. v. g. (secū dum Philosophum. cap. de relatione) fundatur in actione causæ principalis; sed hæc (iuxta Suarez solutionem) non dimanat à Patre generante; sed à Deo: ergo Deus, & non homo est, diciturque Pater filij geniti.

12. Secundo respondet Suarez, tales generationes tribui Deo, & creaturis: Deo; quia supplet vices causæ secundæ substantialis, & principalis: causis secundis, vel creaturis; quia effectus substantialis dimanat immediatè ab instrumento causæ secundæ. Sed contra: nām, in sententiā Patris Suarez, instrumentum, vt tale, operatur in virtute causæ principalis, à qua proprius influxus confortatur; sed in tali casu influxus instrumenti non confortatur à causa secundā; sed à prima: ergo nec ratione influxus ab instrumento dimanantis potest effectus substantialis tribui causæ secundæ; sed Deo confortanti instrumenti influxum. Confirmatur. In opinione Patris Suarez, in tantum accidens est instrumentum substantiæ, in quantum actio ab accidenti dimanans confortatur à substantiā; sed in tali casu actio dimanans ab accidenti non confortatur à substantiā; sed à Deo: ergo tale accidens nō debet dici instrumentum substantiæ; sed Dei: ergo actio ab ipso dimanans solum potest Deo tribui.

§. V.

Decisio quæstionis.

13. **T**ertia sententiā, quam pro conclusionē amplector, docet substantiam creatam, nec diuinitus posse esse immediatum principium quo operationis, nedū substantialis; sed nec accidentalis. Hæc, expressis verbis, defenditur à Diuo Thoma pluribus in locis, præcipue. 1. p. q. 54. a. 3. & q. 77. a. 1. & 3. p. q. 77. a. 3. & in 4. dist. 12. q. 1. Diuum Thomam sequuntur Caietanus, Banez, & Zumel. 1. p. q. 54. a. 3. Capreolus. in 4. dist. 12. q. 1. Hispanensis. ibidem. Ferrara. 4. contra Gentes. cap. 66. est que communis inter fideles Diui Thomæ discipulos. Et quod expressis verbis hanc nostram assertionem doceat Diuus Thomas, constat ex 1. dist. 3. q. 4. a. 2. vbi ait: *quod forma substantialis ignis nullam operationem habet, nisi mediāntibus qualitatibus actiuis, & passiuis, quæ sunt virtutes, & potētie ipsius; ergo, ex mēte Diui Thomæ, forma substantialis immediatè non est principium quo operationis, nedum substantialis; sed nec accidentalis: cum omnem operationem deneget substantiæ immediatè. Colligitur etiam ex 1. p. q. 73. a. 1. o. vbi docet, impossibile esse, quod essentia anime sit eius potentia: quibus verbis vtiur ipse, in rebus, quæ solum implicant contradictionem. Constat denique ex eo quod nō semel ait: quod in solo Deo, operatio*

operatio est eius substantia: ergo ex mente Diui Thomæ nulla substãtia creata est immediatum operationis principium.

§. VI.

Prima ratio pro nostra assertionè.

14. **P**Luribus rationibus solet nostra assertio fulciri; sed quia nõ omnes sunt efficaces; ideo triplici est tantum probanda ratione: prima sic se habet. Implicat contradictionem quod eadem entitas creata simul sit *ens per se, & in alio*; sed istæ differentix inter se omnino repugnantes darentur in substantia creata, si esset immediatum principium quo operationis: ergo substantia creata nec diuinitus est immediatum principium quo operationis. Maior constat: tũ quia modi *per se, & in alio*, sunt essentialiter oppositi; ita vt vnus fundet alterius negationem: tum quia entitas creata, ratione suæ limitationis, petit esse in aliquo genere determinato. Minor (in qua est difficultas) probatur: tum quia ratio principij operatiui pertinet ad secundam qualitatis speciem: cum potentia, & impotentia sint principales qualitatis species, (vt constat ex dictis ex Philosopho in prædicamẽto qualitatis) tum quia potentia immediatè operatiua, simpliciter, & per se respicit operationem, quæ est accidens physicum, & prædicamentale; sed substantia nequit simpliciter, & per se ad ac-

cidens physicum, & prædicamentale ordinari, quin sit ens in alio: ergo si substantia creata est immediatè operatiua, sequitur, quod sit *ens per se, & in alio: per se*; quia est substantia: *in alio*; quia est potentia, seu qualitas per se respiciens operationem. ¶ Explicatur hæc ratio. Nulla res potest per se ordinari tanquam ad proprium specificatum, ad id quod est ipsa imperfectius; sed actio physica, & prædicamentalis est substãtia imperfectior: ergo nequid ad actionem ordinari, tanquã ad proprium specificatum: ergo id quod ad operationem ordinatur, tanquam ad proprium specificatum, est *ens in alio*: ergo si substãtia est principium immediatum quo operationis, eadem entitas creata *est ens per se, & in alio*.

§. VII.

Obijciuntur aliqua.

15. **L**icet hæc ratio sit valde efficax; tamen non leues patitur impugnationes: prima sic procedit. Secundum Philosophum, *operari sequitur ad esse*; sicut actus secundarius sequitur ad primarium; sed actus secundarius nec dat speciẽ, nec perfectionem: ergo ex eo quod substantia, immediatè, & primario ad actum essendi ordinata, ordinetur immediatè secundario ad actum operandi, non sequitur, quod sit *ens in alio*, nec quod ab illo sumat speciẽ. ¶ Res-

Disputatio quarta. Quaestio secunda.

pōndetur distinguendo maiorem: *operari sequitur ad esse*: id est, ad principium immediatum essendi; vel ad actum essendi sequitur operatio *materialiter, & mediata*, concedo maiorem: *formaliter, & immediata*, nego maiorem: & concessa minori: nego consequentiam: nam ex eo quod operatio sequatur ad esse, *materialiter, & entitative*, non sequitur, quod principium immediatum actus essendi, sit etiam immediatum actus operandi; sicut ex eo quod volitio sequitur *entitative, & materialiter* ad intellectionem, non sequitur, quod volitio dimanet *immediate* à principio immediato intellectionis: quare operatio nō valet emanare *immediate* à substantia, seu à principio essendi, absque eo quod ei tribuat speciem, per modum actus primarij: quia (vt constabit ex dicendis in libris de anima) operatio specificat potentiam *immediate* operativam.

16. Dices. *Operari sequitur ad esse*: ergo ad esse immediatum, operari immediatum; sed substantia *immediate* respicit esse: ergo & operari: aliàs non esset proportio inter esse, & operari. ¶ Respondetur distinguendo antecedens, claritatis gratia: *operari immediate* sequitur ad esse *immediate*, vel ad id quod *immediatè* ordinatur ad esse, nego antecedens: operari *mediate* sequitur, ad esse *immediate*, concedo antecedens: & nego consequentiam: nam operari *immediate* non sequitur *formaliter*; sed solum *entitative*, & *materialiter* ad esse *immediate*: nō

aliter ac volitio sequitur ad intellectionem: nam sicut volitio est post intellectionem; quia illam supponit; (etiam si *immediate* non proveniat à principio intellectionis; sed à voluntate, ab intellectu realiter distincta) sic operari *immediate*, sequitur *entitative* ad esse *immediate*: quia supponit principium essendi; etiam si *immediate* non proveniat à principio immediato actus essendi; sed à forma accidentali, à tali principio essendi realiter distincta: proportio enim nō cōsistit in hoc, quod principium immediatum essendi, sit etiam principium immediatum operandi: (cum hoc non solum sit improprio; sed repugnantia diuinitus implicans) sed in hoc quod principium essendi, sit (medio accidenti superaddito) principium operandi. Ex eo autem quod operatio radicaliter affecta se habeat quasi actus secundarius substantiae, non sequitur, quod illam specificet: nam operatio solum specificat immediatum principium, quod per illam per se primò respicit; nō verò radicale, quod illam per se primò non respicit: vt constat in materia prima, quae in genere receptivo solum specificatur ab actu *immediate*, & formaliter recepto, quem per se primò respicit; non vero ab actu *mediate* recepto, quem per se primò non respicit.

17. Replicabis. Sicut principium formale, & immediatum operationis nequit absque operatione intelligi: sic radicale, & mediatum nequit

nequit absque illa intelligi: ergo sicut formale; sic radicale specificatur ab operatione. ¶ Respondetur negando ly *sicut*: quia hæc duo principia operationis diuersi modo se habent in ordine ad operationem: nã *radicale* nequit absque operatione intelligi, ratione connexionis: at *formale*, non solum ratione connexionis; sed etiam ratione dependentiæ, nequit absque operatione intelligi. ¶ Explicatur hoc in omnipotentia Dei, & in potentia cuiuscunque creaturæ, quæ licet nequeat absque suis terminis intelligi; tamen omnipotentia Dei non dependet à collectiōne possibilium; etiam si potentia creaturæ à proprio dependeat termino: ergo optimè stat, quod aliqua potentia nequeant, ratione connexionis, absque suis terminis intelligi, & quod ab illis dependeat vna, alia non dependente.

18. Obijcies secundo. Substantia, quatenus est principium essendi, ordinatur ad esse, in genere causæ *materialis, & formalis*; & quatenus est principium *radicale* operationis ordinatur ad operationem, in genere causæ *efficientis*: ergo operari immediatum nequit se habere vt actus secundarius actus essendi: cum actus secundarius debeat attingi in eodem genere, in quo attingitur primarius. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: nõ est actus secundarius *secundum quid*, seu *secundum omnem perfectionem accidentalem*, quam potest habere, cõ-

cedo consequentiam: *simpliciter, & absolute*, seu secundum omnem perfectionem essentialem, nego consequentiam: nam licet actus secundarius, regulariter loquendo, inspiciatur à potentia, in eodem genere causæ, in quo inspicitur primarius; attamen hoc non est de essentia actus secundarij: cum de ipsius essentia solum sit, quod non specificet, & quod sit propter primarium; nunc sit in eodem genere causæ; nunc in diuersis.

19. Obijcies tertio. Forma accidentalis immediatè respicit esse, & operari: ergo & forma substantialis: vtique, quia hæc perfectior est illa. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: forma accidentalis respicit immediatè esse, *simpliciter, & operari, secundum quid*, concedo antecedens: *esse, & operari simpliciter*, nego antecedens: & consequentiam: nam sicut nullum datur inconueniens, in hoc quod forma accidentalis respiciat immediatè esse propter operationem: (quia actus essendi formæ accidentalis, non est, vt sit; sed vt operetur) ita datur in hoc quod substantialis forma respiciat immediatè hos duos actus: quia vnus non esset propter alium; sed vterque esset ab illa simpliciter inspectus. Ex quo colligo actum essendi, in forma accidentali operatiua, esse actum secundarium: nam cum omnis forma accidentalis sit propter substantiam; & accidentalis operatiua non deseruiat substantiæ cū actu essendi; sed cum actu operan-

Disputatio quarta. Quæstio secunda.

di: in de sequitur, quod actus essendi, sit à natura ei, propter actum operandi, concessus.

20. Dices. Forma accidentalis operatiua prius ordinatur ad actum essendi accidentalem, quam ad operationis actum: ergo non respicit esse propter operationem; sed potius operationem propter esse. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: forma accidentalis prius respicit actum essendi, quæ operandi, *in executione*, concedo antecedens: *in intentione*, nego antecedens: & consequentiam: nam actus essendi, in potentia immediatè operatiua, se habet vt medium, & via, in ordine ad finem vltimum, & primarium, qui est operatio.

21. Replicabis. Forma accidentalis operatiua potest respicere actum essendi, propter actum operandi; etiam si immediatè attingantur hi actus à tali forma: ergo idè potest dici de forma substantiali.

¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam formæ substantialis actus essendi, cum sit *ens per se*, nequit ad actum operandi, qui est *ens in alio*, à proprio prædicamèto extraneum, ordinari immediatè: ad verò actus essendi formæ accidentalis, est *ens in alio*, quod, absque aliqua repugnantia, potest ad *ens in alio* ordinari, & specificari.

22. Obijcies quartò. Tantum distat *ens reale* ab *ente rationis*, ac *substantia* ab *accidenti*; sed Logica, quæ realis scientiæ est, specificatur

ab ente rationis, ad illud que ordinatur, absque eo quod sit ens rationis: ergo similiter substantia poterit ordinari ad accidentale operationem, ab illa que specificari, absque eo quod sit in genere accidentis. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & minorem; & negando consequentiam: tum quia ratio non procedit de *specificatio ex intrinseco*, quod se habet per *modum termini*: quomodo se habet *ens rationis* respectu Logicæ; sed de *intrinseco*, quod se habet per *modum viae*; quomodo se habet operatio respectu potentiaè immediatè operatiua: tum quia *potentia*, & *impotentia*: (vt constat ex Philosopho) sunt *species qualitatis*, substantiaè repugnantis; at verò specificari ab ente rationis, vt habet rationem formæ artificialis, scientiæ reali non repugnat vt vidimus in. 1. p. nostri cursus, disp. 1. q. 1. §. 12. n. 69.

§. VIII.

Secunda ratio pro nostra assertionè.

23. **S**ecunda nostræ assertionis ratio accipitur ex axiomate Philosophi, & Diui Thomæ: nam (secundum Philosophum) *actus*, & *potentia* sunt in eodem genere: & (vt terminis Doctoris Sancti loquar) *specificans*, & *specificatum*, sunt in eodem genere: quod axioma ab omnibus admittitur, triplici limitatione supposita: prima, quod intelligatur de *potentia per se*, ad actum ordi-

ordinata, & ab illo specificata: secundum, quod intelligatur de specificatio intrinseco, per modum via habitum; non verò de extrinseco per modum termini affecto: tertia, ut per idè genus non intelligatur idè prædicamentum; sed idè genus generalissimum; substantia, scilicet, & accidens. His suppositis sic probatur conclusio. Operatio est in genere accidentis; cum hæc sit in prædicamento actionis: ergo potètia immediatè operatiua, (quæ per se respicit operationem) est etiam in genere accidentis: alias axioma esset falsum. Quod verò potentia immediatè operatiua, per se respiciat operationem, probatur. Omnis res respicit per se id à quo accipit speciem, & distinctionem; sed potentia immediatè operatiua accipit speciem, & distinctionem ab operationibus (ut constat ex Philosopho. 2. de anima) ergo potentia immediatè operatiua per se respicit operationem.

§. IX.

Obijciuntur aliqua.

24. **O**bjicies primo. Substantia est potètia immediatè accidentium receptiua; etiã si nõ sit in eodè genere cū illis: ergo poterit esse potentia immediate operatiua operationum; etiam si non sint in eodem genere cū ea. **R**espondetur concedendo antecedens: & negando consequentiã: nã (ut dixi) philosophicum axioma solum habet locum in potentijs, quæ per

Tom. 1. pars 1.

se, perfectate specificationis, ordinantur ad actus specificatè: quæ perfectate substantia quæ ex se intra proprium genus est completa, & specificata non respicit formas accidentales: etiam si hæc per se respiciant subiectum substantiale, quod est ipsis perfectius, & nobilius; at verò potètiæ immediatè operatiuæ per se perfectate specificationis respiciunt operationem: & ideo substantia nequit esse immediatè operationis principium, quin sit in genere accidentis; etiam si possit esse immediatum accidentium susceptivum, absq; eo quod cum illis sit in eodem accidentis genere.

25. Dices. Ex eo substantia, ut potètia receptiua, respicit immediatè formas accidentales, absq; eo quod ab illis specificetur; quia iã est intra proprium genus specificata; sed etiã antecederet ad hoc, quod intelligatur substantia in ordine ad operationem, est ab actu essendi specificata: ergo potest esse immediatum principium operationis, absq; eo quod ab illa specificetur. **R**espondetur distinguendo maiorem: substantia, ut potentia receptiua accidentium, nequit ab illis specificari: quia supponitur specificata, præcisè, nego maiorem quia supponitur adequatè specificata, concedo maiorem: & distinguo minorem: substantia antecedenter ad operationem intelligitur specificata ab actu essendi; si operationem respiceret immediatè, & per se, nego minorem: si illã solum respiceret mediatè, ut de facto respicit; concedo

N

mi.

Disputatio quarta Quæstio secunda.

inminorem: & nego consequentiam: nam sicut operari sequitur esse; ita operariam, seu potentiam operandi sequitur ad entitativum, seu ad potentiam essendi: & ratio discriminis est in promptu: nam potentia operatiua immediata, quæ per se (secundum Philosophum) sunt in prædicamento qualitatis, exigunt specificari ab operationibus: & ideo si substantia esset immediatè operatiua, absq; dubio esset, & non esset, ad quatenus specificatur: esset: quia supponitur: non esset: quia ut immediatè operatiua petit ab operatione per se inspecta specificari: at vero subiectum formarum accidentalium, ad distinctionem subiecti formarum substantialium, per se ab illis specificati, non exposcit specificationem à formis accidentalibus: quia per se non respicit formas accidentales; imò potius formæ accidentales respiciunt illud: quod è cõuersio accidit in potentia immediatè operatiua: nam hæc per se respicit operationem, absque eo quod operatio per se respiciat potentiam: cum operatio sit potentia mensura ad mensurabile non ordinata.

26. Obijcies secundo. Immediatè principium quo operationis (in nostra opinione) est accidens; sed hoc aliquando specificatur à termino substantiali, ab ipso accidenti immediatè producto; etiam si nõ sit in eodẽ genere generalissimo, cum principio immediato; ut constat in potentia generatiua uiuentis productiua; ergo etiam substantia poterit specificari ab operatio-

ne; etiam si non sit in eodem genere generalissimo cum illa. Consequentia cõstat: nam tantum distat accidens à substantia, quantum substantia ab accidenti, sed hæc distantia non obstat, ut accidens specificetur à substantia: ergo nec ut substantia specificetur ab accidenti. ¶ Primò probabiliter respondetur, concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam: nam accidens potest specificari, imò de facto specificatur, à substantia; etiam si substantia nequeat specificari ab accidenti: quia id quod perfectius est, potest, speciem, & perfectionem in perfectiori tribuere; at tamen quod imperfectius est; videlicet, accidens, nequit perfectiori, scilicet, substantia, speciem, & perfectionem dare. Secundò, & verius respondetur, concedendo maiorem: & distinguendo minorem: accidens specificatur à termino substantiali, tanquam ab specificatiuo extrinseco, cõcedo minorem: tanquam ab intrinseco, nego minorem: & consequentiam: nam operatio respectu potentia immediate operatiua se habet ut specificatiuum viale, & intrinsecum; de quo verificatur proloquium allatum; scilicet, quod specificatur, eo specificatum debet esse in eodem genere: at verò terminus substantialis, respectu potentia generatiua, se habet tantum ut specificatiuum extrinsecum; de quo non verificatur proloquium: ut constat ex dictis in §. antecedenti. Vnde paritas argumenti est nulla.

§. X.

Tertia nostra assertionis ratio.

27. **T**ertio, & specialiter, probatur conclusio. Operatio, etiam si accidentalis sit, attingit de facto, & immediatè effectum substantialem: quia producit illum in virtute substantiæ; sed potentia accidentalis etiam operatur in virtute substantiæ: cum sit substantiæ virtus: ergo de facto, & immediatè valet producere effectum substantialem.

¶ Confirmatur. In omnium ore immediatum principium quo effectus substantialis, per modum actus secundi, est operatio accidentalis: ergo & per modum actus primi proximi est etiam potentia accidentalis immediatum principium effectus substantialis: aliàs actio non corresponderet principio proximo, & immediato.

28. Ex his rationibus habes solam potentiam, intra prædicamentum qualitatis existentem, posse esse per modum speciei, propriè & rigorosè proximum operationis principium: nam ex prima ratione constat, nec diuinitus posse substantiam esse principium immediatum operandi: & ex duabus sequentibus liquet de facto so-

lum accidens esse immediatè operatiuum.

(:)

Tom. I. pars I.

§. XI.

Aliqua interrogata.

29. **I**nquires: quod nã sit immediatum operationis substantialis principium? respondetur ex dictis esse accidens cum ipsa substantia naturaliter cõnexum. Ratio est: nã (vt cõstat ex dictis) influxus immediatè operationis repugnat substantiæ: ergo solũ accidens, (à natura substantiæ concessum, vt ei in ordine ad proprij esse cõmunicacionem deferuiat) est immediatum operationis substantialis principium: cum non detur medium inter eus per se, & in alio.

30. Inquires secundò: in quo cõsistat influxus radicalis, & immediatus substantiæ ad productionè alterius substantiæ necessario concessus? Difficiliter explicatur à Doctoribus huius substantiæ influxus: imò ferè ab omnibus silentio prætermittitur. Nõ desunt aliqui, qui affirmant consistere in hoc, quod substantia in se recipiat accidentia immediatè operatiua, nihil ultra agendo, nec operãdo. Sed iste modus opinandi vt veritati oppositus debet reijci: nam substantia, (vel principium radicale) effectiue cõcurrit ad alterius substantiæ productionem; sed subsistere accidentia immediatè operatiua non pertinet ad genus causæ effectiue; sed materialis: ergo substantia non constituitur in ratione principij operatiui radicalis, & mediati, per acci-

N 2

acci

Disputatio quarta Quæstio secunda.

accidentium substantiationem.

¶ Contra est secundò: nam substantia, in productione alterius substantiæ, latum habet aëtiuitatem, quam (in opinione Thomistarum, afferentium lumen gloriæ esse adæquatam rationem agendi) habet intellectus creatus in ordine ad actus supernaturales; sed aëtiuitas intellectus non consistit in hoc, quod recipiat lumen gloriæ, & alias virtutes supernaturales: vt constat ex Concilio Tridentino, sess. 6. cap. 4. & 5. definiente *liberum arbitrium non se habere merè passivè ad actus quibus ad iustificationem disponitur*: ergo aëtiuitas radicalis substantiæ non consistit in receptione formarum accidentalium.

31. Quare alij defendunt, influxum radicalem substantiæ consistere in hoc, quod substantia sit principium immediatum virtutis immediatæ operatiuæ; absque eo quod substantia influat actu in operationem; dum virtus immediatè operatiua actu producit effectum substantialem. Sed contra est primò: nam aliter se habet substantia patris, v. g. in productione filij, ac in productione nepotis; sed substantia patris producit nepotem: quia filio cõmunicavit immediatè virtutem generatiuam: ergo hæc patris substantia non producit filium præcisè, quia ab illa immediatè dimanavit virtus generatiua filij; sed quia ipsa influit in filij generationem. ¶ Contra est secundò: nam productio virtutis operatiuæ,

immediatè, dum virtus operatiua actu operatur: ergo si forma substantialis nihil operatur, quãdo immediatè à virtute operatiua producitur substantialis effectus, loquitur, quod absolutè loquendo nihil agat. ¶ Cõtra est tertio: nam intellectus creatus est causa radicalis actionis supernaturalis; etiã si principium immediatũ actionis sit pernaturalis ab illo nõ dimanet: ergo quod virtus in mediatè operatiua à substantia dimanet, per accidens se habet, vt sit radicale operationis principium. Cõtra est quarto: nam (vt cõstabit ex dicendis infra) virtutes immediatè operatiuæ, non à substantia genita; sed à generante dimanant: ergo substantia nequit dici principium radicale operationis, ex eo quod virtus immediatè dimanet à substantia.

32. His ergo relictis opinionibus dico, influxum radicalem substantiæ consistere in hoc, quod substantia actualiter influat media virtute operatiua, seu media aëtiuitate proxima, cum aëtiuitate radicali substantiæ naturaliter connexa. Explicatur, & probatur hæc nostra assertio intellectu humanus radicaliter concurrat ad actus supernaturales; non quia virtus supernaturalis, quæ est tota ratio agendi (dicitur ab intellectu) nec quia in ipso talis virtus sit recepta; sed quia virtus supernaturalis operans, habet connexionem cum aëtiuitate radicali, seu cõcooperationem essentiali intellectu, vel quia talis virtus supernaturalis operatur iuxta aëtiuitatem

tatem radicalem, seu coaptationem essentialem ipsius: ergo substantia influat radicaliter, & mediatè in effectus substantiales; non quia virtus naturalis immediatè operans dimanet à virtute substantiali, & radicali; nec quia in ipsa virtute substantiali sit virtus naturalis, & immediata recepta, sed quia virtus immediatè operans habet connexionem cum aëtiuitate remota substantiæ.

33. Ex quo colligo substantiam aquæ calidæ non influere radicaliter per se in calefactionem: nam calor qui est in ipsa, à quo dimanat calefactio, non habet connexionem cum substantia aquæ: cum non sit calor iuxta aëtiuitatem radicalem aquæ; sed potius extra ipsius aëtiuitatem. Ratio autem quare operatio substantialis dimanans immediatè à virtute accidentali connexa cum aëtiuitate radicali substantiæ, debeat substantiæ principaliter, & mediatè tribui, est; quia virtus accidentalis connexa, non est sua; sed substantiæ, in virtute cuius operatur.

§. XII.

Argumenta Benedicti Pereira

34. **P**rimum primæ sententiæ sic procedit. Secundum Philosophum. i. de sensu, & sensibili, *ignis non agit, nisi ut calidus*: ergo secundum Philosophum immediata, & principalis causa alterius ignis est calor. ¶ Respondetur Phi-

Tom. I. pars I.

losofophum in hoc capite esse in fauorem nostræ assertionis: nam ignis est calidus à calore, qui se habet vt instrumentalis causa, media qua substantia ignis mediata, & principaliter operatur.

35. Secundum primæ sic se habet. Accidentia, à substantia separata, possunt effectus substantiales producere: (vt constat in semine ab homine deciso; & in accidentibus vini consecrati) sed tunc debet dari causa secunda principalis horum effectuum; & non est substantia, quæ non est: cum non entis nõ sint aëtiões: ergo est accidens, à quo in tali hypothesi dimanant immediatè operationes.

¶ Respondetur concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam. Ad probationem inclusam dico, in tali casu causam principalem existere in sua virtute ad huius effectus productionem; & quod hoc sufficiat, vt principaliter influat, constat, ex eo quod virtus instrumentalis nõ operatur in virtute suæ aëtiuitatis; sed in virtute causæ principalis, cuius est virtus: vnde non dicimus Petrum genitum, esse seminis; sed Francisci, filium: in cuius virtute semen instrumentaliter influat: idemque dicendum est de accidentibus vini consecrati.

36. Tertium sic procedit. Calor, vt causa principalis, producit calorem, vt octo, qui est vltima dispositio ad formam ignis: ergo & ignem: cum forma naturaliter producat ab agente, à quo vltima

Disputatio quarta. Questio secunda.

producitur dispositio. ¶ Aliqui respondent concedendo antecedens: & distinguendo consequens: calor producit ignem, *per modum cause instrumentalis*, concedunt consequentiam: *per modum cause principalis*, negant consequentiam: nam licet (in horum opinione) causa, quæ producit ultimam dispositionem, producat etiam naturaliter formam, ad quam disponit; tamen hoc sit diversimodè: quia calor producit ultimam dispositionem, ut causa principalis; formam verò ignis, ut causa instrumentalis.

37. Sed hæc solutio non placet propter infra dicenda. q. 4. §. 3. n. 14. & ideo aliter respondetur, negando antecedens: nam calor ut octo, qui est ultima dispositio ad formam ignis, & simul proprietas ipsius formæ, nullatenus fit à calore principaliter: quia non fit ab illo virtute propria, ut propria; sed de hoc latius infra loco supra citato.

§. XIII.

Argumenta Scoti.

38. **P**rimum secundæ sententiæ sic procedit. Forma accidentalis, de facto, (in nostra opinione) est principium immediatum quo actionis substantialis: ergo potiori iure forma substantialis valet assignari ut principium proximum talis operationis: nã quod conceditur imperfectiori, & ignobiliori, non est de negandum per-

fectiori, & nobiliori. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: quod conceditur imperfectiori nõ est de negandum perfectiori; si nõ sequitur aliquid inconueniens, vel repugnantia, concedo antecedens: si sequitur, nego antecedens: & consequentiam: ex hoc autem quod substantia, sit immediatum operationis principium duæ sequuntur repugnantia: & quod substantia sit *summe perfecta*, & *summe imperfecta*: *summe perfecta*; quia in simplici entitate adunaret perfectionem entis *per se*, & *in alio*: *summe imperfecta*: quia respiceret *per se*, *perfectate specificationis*, operatione ipsa substantia imperfectiorem.

39. Dices. Substantia Creatoris absque aliqua imperfectione, est immediatum operationis principium: ergo creatura, potest etiam esse absque imperfectione immediatum operationis principium.

¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam Dei substantia operatur per actionem substantialem, nedum à principio proximo; sed etiam à radicali in distinctum: quia actio Dei est *ens per se*, & *à se*: tum quia Deo conuenit *per se ipsū operari*: at verò actio per quã substantia creata operatur, est accidens, nedum à principio radicali; sed etiam à proximo distinctum: & ideo imperfectio summa quæ datur in substantia creata, in casu quo sit immediatum operationis prin-

principium, non datur in increata.
 40. Secundum secundæ sic se ha-
 bet. Substantia, absque superaddi-
 tione alicuius accidentis, potest
 exercere causalitates causæ *forma-
 lis, materialis, & finalis*: ergo & cau-
 salitatem *causæ efficientis*. ¶ In pri-
 mis hoc argumētum multum probat:
 nam ex illo non solum sequitur,
 quod substantia, absque alio
 quo accidenti superaddito, sit im-
 mediatum operationis principiu;
 sed etiā quod operatio sit, à prin-
 cipio radicali, & immediato in di-
 stincto, in distincta: cum causalita-
 tes aliarum causarum sint à pro-
 prijs causis indistinctæ: vt dixi su-
 pra, disp. 3. huius libri, q. 1. §. 3. nu.
 6. Hoc supposito, vt videas falsi-
 tatem consequentiæ, responderetur
 concedendo antecedens: & negā-
 do consequentiā: nam causalita-
 tes aliarum causarum non sunt in
 alio genere, nec ab ipsis causis di-
 stinctæ; at verò causalitas efficiē-
 tis est in alio genere, & ab ipso ef-
 ficiente realiter distincta: & ideo
 nequit exerceri immediatè à causa
 efficiēti principali: vt Docet Do-
 ctor Angelicus, 1. p. q. 54. a. 4. ad 3.
 vbi intendit probare substantiam
 Angeli esse suam potentiam: ex eo
 quod materia prima, imperfectior
 Angelo, est sua potentia: ad quod
 sibi respondet, hoc accidere in
 materia: quia potentia materiæ est
 ipsum esse substantiale materiæ: at
 verò potentia operativa Angeli
 non est ipsum esse substantiale; sed
 accidens.

41. Tertium sic procedit. Calor

Tom. 1 pars 1₂

vt duo maiorem proportionem
 habet cum calore vt quatuor, quā
 calor vt octo cum forma ignis; sed
 calor vt duo nequit immediatè
 producere calorem vt quatuor:
 ergo multo minus calor vt ad 10
 poterit formam substantialem ig-
 nis producere. ¶ Respondetur ne-
 gando maiorem: nam calor vt duo
 bifariè potest substantiæ conueni-
 re, vel vt proprietas, vel vt acci-
 dens commune: si primo modo ei
 conuenit, nullatenus nec in virtute
 propria, nec in virtute substan-
 tiæ potest intensiorem calorem
 producere: cum non valeat agere
 ultra spheram propriam, vel sub-
 stantiæ, cuius est virtus: si verò ei
 vt accidens commune conueniat,
 tunc operatur in virtute propria;
 & sic propter rationem supra alla-
 tam nequit producere effectum
 maioris perfectionis, & intensio-
 nis: at verò calor vt octo maiorem
 proportionem habet ad substan-
 tiæ productionem: quia non ope-
 ratur in virtute propria; sed in vir-
 tute substantiæ, cuius est virtus in-
 strumentalis.

42. Quartum sic procedit. Quā-
 do agens operatur medio instru-
 mento ab ipso separato; tunc acci-
 dens quod est in agente non ope-
 ratur efficienter immediatè: aliās
 in materia distantī posset operari;
 nec etiā accidens quod est sepa-
 ratum ab agente: v. g. calor ab igne
 separatus operatur efficienter im-
 mediatè: nā calor existens in ligno
 nequit operari nisi in concreto: v.
 g. nisi in ligno; sed in ligno nequit

Disputatio quarta. Questio secunda.

operari: ni dicas lignum se ipsum corrumpere: ergo substantia ignis est, quæ efficiēter immediate operatur; & calor solum dispositiue.

43. Hoc argumentum ab Scoto debet solui: tum quia si accidens inhæsiuè existens in substantia ignis, nequit efficiēter immediate operari ratione distantia; propter eandem rationem substantia, in qua existit accidens, non poterit efficiēter immediate operari: tum quia si calor, qui est existens in ligno, nequit efficiēter immediate operari: quia lignum non potest se ipsum corrumpere; propter eandem rationem non poterit substantia ligni ad sui corruptionem disponere: & sic nec dispositiue poterit accidens ad substantia productionem concurrere.

44. Pro omnibus tamen respondetur negando secundam partem antecedentis: nam in casu argumenti calor, qui est in ligno, operatur eodem modo, ac calor, qui est in aqua; & sic non operatur in virtute ligni; sed in virtute substantia ignis, à quo calor fuit separatus: ratio huius constat ex dictis: nam vt substantia principaliter operetur, ratione alicuius formæ accidentalis, opus est, quod forma accidentalis adueniat ei secundum aetiuitatem remotam; sed calor non est secundum aetiuitatem remotam ligni; sed solum secundum aetiuitatem remotam ignis: ergo calor solum operatur in virtute ignis. Verum tamen est, quod sicut substantia aquæ dicitur calefaciēs

vt quod peraccidens: quia in illa est calor receptus; ita debet dici lignum peraccidens generare formam ignis: in quo nullum inuenio in conueniens: quia solum est dicere lignum esse subiectum caloris, formam ignis generantis.

45. Quintum sic se habet, si propter aliquam rationem principia essendi, & operandi distinguuntur in creatis; maximè, quia esse, & operari realiter distinguuntur, vt actus distincti, & non subordinati: (cum potentia distinguantur per actus distinctos, & non subordinatos) sed licet esse, & operari sint actus distincti primarij, & nõ subordinati; tamen sunt ab eadem inaequati: ergo possunt ab eadem potentia attingi. Hæc consequentia constat à simili, in materia prima, quæ per se primò respicit omnes formas, vt actus adæquatos, per se primò attactos. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam vt aliqua potentia respiciat plures actus inadæquatos, opus est, quod se habeant per modum vnius, & quod in eodem genere causa attingantur: vt constat in exemplo appposito: nam omnes formæ, quia conueniunt in ratione actus primij, attinguntur per se ab eadem potentia: at verò esse, & operari in nullo conueniunt: & ideo nequeunt ab eadem potentia nec inadæquate attingi.

§. XIV.

Obijciuntur aliqua.

46. In fauorem Scoti, & contra nos.

nostrâ assertionè obijcies primo. Materia prima, se sola, est immediatum principium recipièdum; quia ex se, & ratione propriæ entitatis est pura potentia; sed forma ex se, & ratione propriæ entitatis, est primus primæ potètiæ actus: ergo se sola est immediatum principium operandi. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & minorem: & negando consequentiam: nam ex præmissis solum sequitur, quod sit forma immediatum principium in formandi; non verò quod sit immediatum principium operandi: quia ad hoc est necessarium, quod exeat à proprio prædicamento, & transeat ad prædicamentum qualitatis: vt constat ex dictis in corpore quæstionis.

47. Obijcies secundo, Si substantia non est immediatè operatiua, erit causa peraccidens alterius substantiæ; hoc implicat: ergo & quod non sit immediatè operatiua. Probo sequelam. Substantia, quæ non operatur immediatè, operatur peraccidens superadditum: ergo est causa peraccidens alterius substantiæ. ¶ Respondetur negando sequelam. Ad probationem distinguo antecedens: operatur peraccidens: id est, non operatur immediatè per se ipsam; sed per formam accidentalem superadditam concedo antecedens: id est; taliter operatur, vt ipsa non operante sit effectus, nego antecedens: & consequentiam: nam forma substantialis, media forma accidentali, per se operatur; ita vt si acciden-

talisis forma non operatur, in virtute substantiæ, non dabitur effectus substantialis.

48. Replicabis. Illa est causa peraccidens, sine qua potest dari effectus; sed effectus substantialis potest absque influxu substantiæ dari: vt constat in Petro genito post genitoris mortem: ergo substantia est effectus substantialis causa peraccidens. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: effectus substantialis potest dari absque influxu immediato substantiæ, concedo minorem: absque mediato, nego minorem: & consequentiam: nam media virtute in semine de relicta à genitore, generans producit effectum: quia virtus in semine derelicta non inluit in virtute propria, nec in virtute seminis; sed in virtute genitoris, qui in ipsa virtute virtualiter existit: nam virtus generatiua in semine existens, subordinatur genitori non existenti, ordine transcendentali: non aliter ac accidètia panis consecrati subordinantur substantiæ panis inexistenti.

49. Obijcies tertio. Influxus mediatus non sufficit, vt substantia sit causa principalis alterius substantiæ: ergo immediatus debet ei concedi. Antecedens probatur. Materia est causa extensionis mediata; & tamen non est causa principalis extensionis: quia immediatè non causat extensionem: ergo influxus mediatus non sufficit, vt substantia sit causa principalis alte-

Disputatio quarta. Questio secunda.

rius substantiæ. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem distinguo maiorem: materia est causa *mediata* extensionis, *mediata*, & *remotissima*, concedo maiorem: *mediata tantum*, nego maiorem: & minorem: nam causa effectiua principalis mediata, & minus remota extensionis est forma sub gradu corporeitatis, à quo extensio principaliter *ut quo* dimanat. Ex hoc nõ sequitur, quod materia remotissimè non sit extensionis causa effectiua: nã licet *ut quo* principaliter dimanet à forma corporis; tamen *ut quod* principaliter dimanat à corpore, quod ex materia, & forma cõstat. Cõsulto dixi: *causa effectiua extensionis*: nam *causa formalis extensionis* solum est quantitas; & non corporis forma, quæ non est formaliter extendens; sed passiuè extensa; etiã si effectiuè sit extendens.

50. Obijcies quarto. Angelus (in opinione Diui Thomæ) cognoscit seipsum per suam substantiam: nam (in tanti Magistri opinione) ipsa substantia Angeli est species impressa, media qua intellectus angelicus sigillatur ad propriam substantiæ cognitionem; sed species intelligibilis efficienter immediate concurrat cum intellectu ad intellectionem: cum (secundum mentem Augustini) *ab obiecto, & potentia pariatur notitia*: ergo de facto, substantia Angeli, respectu propriæ cognitionis, est immediatum operationis principium: utique quia mediatum est ipsa substantia

Angeli, non provt gerit vices speciei; sed provt gerit vices naturæ. 51. Huic satis difficili obiectioni respondent primo aliqui Doctores nostræ familiæ, substantiam Angeli solum esse immediatè operatiuam intentionaliter, seu per modum speciei intelligibilis, quod vocant, *operari secundum quid*: nam in tantum operatur, in quantum concurrat ad representationem in actibus intellectus repertam, vel ad influxum representatiuum actus intellectus; non vè in quantum concurrat physicè per modum potentie immediate operatiue: quod *vocant operari simpliciter*.

52. Sed hæc solutio non soluit obiectionis vim: tum quia intellectio immediatè dimanans à substantia Angeli, (provt gerit speciei intelligibilis vices) non est actio secundum quid; sed vera, & rigorosa actio de prædicamento actionis, vel qualitatis: ergo similiter principium, quod per ordinem ad illam dicitur tale; debet esse verum, & rigorosum: Tum quia licet substantia Angeli non concurrat formaliter ad intellectionem secundum expressionem, vel formalitatem vitalitatis; materialiter tamè hæc vitalitas dimanat ab specie sub expressione representationis: cum implicatorium sit, quod efficienter practicè producat ab aliquo principio formalitatis alicuius actionis indiuisibilis; & quod formalitas cum hac actione indiuisibili identificata ab eodem principio non producat: tum deniq;

quia

quia intellectus in ordine intelligibili est vera, & rigorosa causa intellectiōis; quamuis ab illo non producat̃ur formaliter secundum omnem formalitatem: utrique quia ab illo non producit̃ur formaliter secundum formalitatem representatiuam; sed solum secundum formalitatem vitalitatis.

53. Quare alij dicunt, substantiam Angeli non concurrere immediatè ad intellectiōem, sub expresso conceptu substantiæ; sed sub expressiōe speciei intelligibilis, quæ ex se abstrahit à proprijs rationibus substantiæ, & accidentis: utrique quia conceptus speciei intelligibilis datur in substantia: ut videre est in Deo, & Angelis respectu propriæ substantiæ; & etiam in accidenti: ut cernere licet in homine, respectu cuiuscumque obiecti.

54. Sed contra est primò: nam eodem modo potest dici, substantiam, non sub conceptu substantiæ, sed sub conceptu potentiæ operatiuæ, esse principium, nedum operationis intentionalis; sed etiam physici: nam conceptus potentiæ operatiuæ, eodem modo ac speciei intelligibilis conceptus, abstrahit à conceptibus substantiæ, & accidentis: à substantia, quia in Deo immediatum principium operationis est substantia: ab accidenti, quia in creatis immediatum principium operationis est accidens; & tamen nullus Thomistarum asserit, substantiam, sub conceptu potentiæ, esse immediatum ope-

rationis principium: ergo effugium ex cogitarum sine veritate, & consequentia procedit. Contra est secundò: nam ex eo substantia in esse physico non potest, adhuc sub expressiōe potentiæ, esse immediatum operationis physici principium: quia substantia sub nulla expressiōe potest per se, *perfectate specificationis*, ordinari ad operationem accidentalem; sed operatio intellectiua etiam est accidentalis: ergo sub nulla expressiōe substantia potest ad illam, *perfectate specificationis*, ordinari.

55. Dices. Substantiam sub ratione speciei intelligibilis non specificari ab intellectiōe; etiam si operatio physica ex se specificet immediatum operationis principium: quia substantia quæ transit ad ordinem intelligibilem supponitur iam specificata in ordine physico ab actu essendi. Sed contra est primò: nam res quæ est in vno ordine specificata, de facto specificatur ab alio ordine, si ad illum transit: utrique quia actus voluntatis in esse physico specificatus à bonitate physica obiecti, de facto specificatur, in linea moris, à bonitate morali obiecti: ergo substantia in esse physico specificata, debet de facto in esse intelligibili specificari, si ad talem ordinem transit. Secundo impugnatur hæc solutio: nam ex eo, (in opinione contrariorum) substantia, in ratione speciei intelligibilis, non specificatur ab operatione immediatè operata: quia iam in esse physico supponitur

Disputatio quarta. Quæstio secunda.

nitur specificata ab actu essendi; sed antecedenter ad operationem physicam supponitur substantia eodem modo specificata ab actu essendi: ergo propter eandem rationem non debet specificari ab operatione physica; etiam si sit immediatum principium illius.

56. Quare (cum alijs Thomistis) responderetur, concedendo maiore: quæ est Diui Thomæ: & negando minorem: nam species intelligibilis: (vt constabit ex dicendis. 3. de anima) non concurrit actuè, verò; & rigoroso concursu effectiuo; sed solum in genere causæ formalis determinando intellectum ad obiecti cognitionem. Consulto dixi: *actuè non concurrere verò, & rigorose concursu effectiuo*: nam speciei intelligibilis concursus potest reduci ad effectiuum, quatenus per vnionem intelligibilem quam habet cum intellectu, illum ad effectiuè operandum determinat, in genere causæ formalis: vnde proloquium Augustini dupliciter potest intelligi: primò: quod notitia, seu intellectio, oriatur à potentia specie intelligibili determinata: secundo: quod oriatur ab specie in genere causæ efficientis reductiuè, & improprie; sicut passiones dimanant ab essentia.

57. Dices. Accidens potest gerere vices substantiæ, ita vt faciat id quod substantiæ est proprium: (vt constat in quantitate; quæ in opinione Diui Thomæ gerit vices materiæ primæ, quando ad specierum corruptionem generatur verè

mes: ita vt faciat id quod est materiæ primæ proprium) ergo substantia, quæ perfectior est accidenti, potest gerere vices accidentis, vel potest immediate operari; ita vt faciat id quod potentia immediate operatiua facit. ¶ Et si dicas quæritatem posse gerere vices materiæ primæ: quia est virtualiter materia prima; & quia non sequitur in hoc in conueniens in ratione nostræ assertionis allatum; scilicet, quod sit in duplici genere generalissimo: quia id quod est virtualiter aliquid; non est in prædicamento rei, cuius est virtus: vt constat in qualitate; quæ est virtualiter substantia; & tamen non est in prædicamento substantiæ.

58. Cõtra insurges: quia eodem modo poterit dici, quod substantia sit virtualiter potentia operatiua, absque eo quod sit in duplici genere generalissimo. Acuta quidem replica; sed subtilem accipe solutionem, ex discrimine supra allato de sumptam: nam substantia neutiquam potest facere id, quod à virtute operatiua fit; etiam si accidens; quale est quantitas, faciat id, quod materiæ primæ proprium est. Ratio discriminis est in promptu: nã vt aliqua res faciat id quod alia res facit; opus est, quod sit alia, vel *virtualiter eminenter*; vel *formaliter*, vel *virtualiter ministerialiter*; sed substantia nullo ex his modis potest esse virtus immediate operatiua: ergo nequit facere id quod est proprium virtutis immediate operatiuæ. Minor probatur quo

quo ad primam, & secundam partem. Repugnat de potentia Dei absoluta, quod substantia sit formaliter virtus immediatè operativa: quia esset formaliter in duplici genere generalissimo, ex quo sequitur infinitas: ergo multo magis quod sit virtualiter eminenter virtus immediatè operativa: cum continentia virtualis eminentialis maiorem exigit perfectionem, quàm formalis continentia. Quoad ultimam partem probatur minor: scilicet, quod non possit esse virtus operativa virtualiter nisi in materia; sicut quantitas potest esse in materia prima: nam in tantum qualitas v. g. est virtualiter nisi in materia; in quantum substantia subordinatur, eique deseruit; sed substantia quæ est ens per se nequit accidenti; id est, potètia immediatè operativa subordinari, nisi propriam amittat essentiã: ergo substantia nullo modo potest esse accidens, vt faciat id, quod est accidentis proprium: licet accidens possit esse substantia, vt faciat id quod est substantiæ proprium.

§. XV.

Argumenta Patris Suarez.

59. **P**rimum tertiæ sententiæ sic procedit. Calor v. g. producit alium calorem, absque substantiæ influxu immediato: ergo hunc exposcit ad substantiæ productionem. Consequentia probatur. Diuerso modo se habet calor

in productione substantiæ, quam in accidentis productione: ergo ad substantiæ productionem in mediatum exposcit influxum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: diuerso modo se habet substantia in productione alterius substantiæ, quam in productione accidentis, *diuersitate se tenente ex parte accidentis*, concedo antecedens: *diuersitate se tenente ex parte substantiæ*, nego antecedens: & consequentiam: nam diuersitas non stat in hoc, quod ad effectum substantialem immediatè concurrat substantia, ad effectum accidentalem immediatè non concurrentem; sed in hoc quod calor, in ordine ad effectum substantialem, non cõcurrit virtute propria, vt propria, qua ad accidentalem concurrat effectum, si nõ se habet per modum proprietatis, vel per modum vitimæ dispositionis. De quo latius infra, quæst. 4. huius disputationis per totam.

60. Secundum sic se habet. Anima immediatè concurrat, cum potentijs vitalibus, ad actiones vitales: ergo substantia est immediatum operationis principium. Antecedens probatur: quia quando intellectus post reflectionem, contemplationi, vel studio datur; tunc vehemens intellectus potentiæ operatio impedit alimenti decoctionem; sed tunc non deficit stomacho calor, à quo decoctio instrumentaliter fit: ergo solum potest

Disputatio quarta. Questio secunda.

test ei deficere influxus immediatus animæ, quæ totaliter est in intellectu occupata. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad priuationem concedo maiorem: & minorem; & nego consequentiam: nam carencia decoctionis nõ dimittit ex eo, quod deficiat immediatus animæ influxus; quæ vt impossibile iudico; sed ex eo quod deficiat spiritus vitales cum calore ad decoctionem cibi concurrentes. Ratio autem quare tunc deficiant spiritus vitales, ad decoctionem cibi necessarij, est, quia intellectus valdè orationi, vel studio attentus consumit spiritus animales, qui sunt ex parte phantasie ad intellectiõnem requisiti; sed hi spiritus fiunt ex spiritibus vitalibus: ergo animalibus deficientibus necessarium est, quod vitales suppleant huc defectum; etiam si stomacho non assistant. Ex quo colliges rationem quare homo qui attentè inspicit aliquid obiectũ; non audiat: nam cum homo ita inspicit, consumit potentia visiva spiritus animales aliarum potentiarum, qui necessarij sunt ad alios actus sensuum externorum.

¶ 1. Tertius sic se habet. Anima per nos immediatè non concurrat ad actus vitales: ergo intellectus noster separatus ab anima potest intelligere: cum influxus animæ immediatus non sit ad intellectiõnem necessarius. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam potentie vitales sunt instructa cõiuncta,

quæ nequeunt operari, absque eo quod sint in principio radicali recepta. Ratio huius est: nam de conceptu essentiali actionis vitalis est, quod maneat in principio. à quo dimanat; sed intellectio, quæ vitalis est, radicaliter dimanat ab anima: ergo necessarium est quod in illa recipiatur radicaliter; quæ receptio non esset possibilis, si intellectus, qui est formale huius operationis principium, esset ab anima separatus.

62. Quartum desumitur ex Di. Thoma. 3. p. q. 77. art. 3. ad 1. ubi sic ait: *quod ista actio forme accidentalis dependet ab actione forme substantialis; sicut esse accidentis dependet ab esse substantie: & ideo sicut diuina virtute datur speciebus Sacramentalibus, vt possint esse sine substantia; ita datur eis vt possint agere sine forma substantiali o virtute Dei, à quo, sicut à primo agente, dependet omnis actio forme substantialis, & accidentalis.* Hæc Diuus Thomas. Ex qua auctoritate sic insurgit Pater Suarez. Secundum Diuum Thomam, quando accidens separatum operatur, aliqua actio, & efficientia forme substantialis suppletur à Deo, tanquam à primo agente; sed non mediata; quia hæc adhuc est in substantia: cum medio accidenti separato operetur: ergo solum *immediata*, (quæ ratione separationis non est in illa) est quæ à Deo suppletur: aliàs non esset aliquis influxus à Deo supplebilis. ¶ Sed (vt constat ex dictis in corpore quæstionis) accidentia vini, à substantia

stantia (in conuersione) separata, operantur in virtute substantiæ conuersæ, absque eo quod Deus speciali influat concursu. Ex verbis autem Angelici Doctõris non colligitur consequentia à Patre Suarez illata, & à Carmelitis admittenda: nam Dignus Thomas nõ docet, actionem immediatam substantiæ suppleri à Deo; sed solum accidentia vini posse, virtute Dei, separata, immediate influere: vnde Deus ex vi primû miraculi (scilicet, conuersionis substantiæ vini in sanguinẽ Christi) tenetur facere alia duo miracula: primû quod accidentia sint sine subiecto: secundum quod sine illo operentur in virtute substantiæ conuersæ. Ratio est in promptu: nam accidentia vini non sunt vt calor, vel semen, quæ separata à causa principali possunt naturaliter in virtute causæ principalis operari; sed naturaliter sunt instrumenta coniuncta, quæ ex natura sua nequeunt, absque coniunctione cum causa principali operari; & sic ait Dignus Thomas, à Deo fieri in accidentibus vini; nõ quod in virtute ipsius Dei operetur; sed quod separata in virtute propriæ substantiæ operetur.

QVÆSTIUNCVLA
Appendix.

An passiones dimanent ab essentia per veram, & rigorosam actionem, ab actione (per quam essentia à generante producit) distinctam?

§. XVI.

Explicatur titulus, & referuntur sententiæ.

63. Pro intelligentia tituli nota, quod intra latitudinem accidentis physici, & realis, regulariter distinguitur à Philosophis duplex genus accidentium: primû est, quod habet fundamentum, & radicem in propria essentia, tanquã perfectiones illi maximè connaturales, & ex natura rei debita, in instanti generationis, dicique solent *proprietas, seu passiones*. Secundum est quod quamuis perficiant aliquantulum substantiam; tamen cum illa non habent necessariam connexionem, nec sunt illi ita connaturales perfectiones, vt debeantur ipsi in instanti suæ productionis, appellanturque *accidentia communia, & separabilia*. In præfenti non disputamus de secundo; sed de primo accidentium genere.

64. Pater Suarez disp. 18. sect. 3. n. 3. (quem alij sequuntur ex recentioribus) defendit, accidentia primû generis; videlicet, passiones, dimanare ab essentia, per veram, & rigorosam actionem, ab actione (per quam essentia est à generante producta) distinctam.

65. Angelicus Magister cû sua schola. 1. p. q. 54. a. 2. & q. 77. ar. 2. & 6. docet huiusmodi passiones vere, & rigorosè non produci ab essentia; sed à generante. In huius sententiæ gratiam, sic.

§. XVII.

Disputatio quarta. Questio secunda.

§. XVII.

Conclusio.

66. **P**Assiones propriè, & rigorosè dimanant à generante per veram, & rigorosam actionem; ab essentia verò impropiè, & late per veram, non essentiè; sed generantis actionem. Constat ex Diuo Thoma. 1. p. q. 77. art. 6. ubi ait: *subiectum est causa propriè accidentis, & finalis, & quodammodo actiua*; ergo (iuxta mentem Doctoris Sancti) proprium actiue, seu efficienter non dimanat ab essentia absolutè, & simpliciter; sed aliquatiter, & secundum quid; nam particula *quodammodo* minuit actiuitatem subiecti.

67. Ratione probatur conclusio, quo ad primam partem. Proprietates essentia, ab essentia propriè, & rigorosè, per veram, & rigorosam actionem nequeunt dimanare: ergo de facto dimanant hoc modo à generante: cum nō sit ex cogitabile aliud principium à quo possint dimanare: Antecedēs probatur: nam (vt cōstat ex questione principali præcedenti) substantia, nec de potentia Dei absoluta, potest esse immediatum operationis principium; sed si essentia esset rigorosum proprietatū principium, substantia esset immediatum actionis accidentalis principium: ergo proprietates propriè, & rigorosè non dimanant ab essentia. ¶ Confirmatur hæc ra-

tio. Secundum Philosophum, qui *dat formam, dat que sequuntur ad formam*; sed passiones sequuntur ad essentiam, tanquam ad formā, seu tanquam ad terminum primarium: ergo agens, quod essentiam primario tribuit effectui, debet consequenter, & secundo ei passiones tribuere consecutas. ¶ Confirmatur secundo. Munus propriū generantis est constituere genitū perfectum, & sibi simile, in quantum potest, communicare illi quicquid pertinet ad connaturalem statum illius; sed generans communicat per se primò essentiam: ergo per extensionem ipsius actionis debet communicare effectui proprietates spectantes ad statum connaturalem essentia.

68. Secunda pars nostræ assertionis, magis indiget explicatione, quam probatione: & ideo pro illius intellectu nota: essentiam vocari à Philosophis causam passionum; non quia ab illa dimanet aliqua actio, quæ sit harum passionum verus influxus; sed quia actio generantis, (quæ propria, & rigorosa actio est de predicamento actionis, (appropriatur essentia; vt media illa impropiè dicatur principium, & causa passionum: dicitur autem hæc actio, quæ respectu agentis est influxus proprius, & verus; impropius, respectu essentia; quia non dimanat ab essentia tanquam à principio influxiuo: nā de ratione essentiali actionis est, quod sit *ab*; sed respectu essentia non habet esse ab; sed solum respectu

tu generantis: ergo respectu huius, & non respectu illius habet exercere munus proprium actionis: appropriatur tamen actio generantis essentia producta: quia est subiectum, & terminus primarius generationis, exigens passionum productionem, per extensionem ipsius generationis.

69. Dices. Ergo eodem modo essentia influit in passiones, ac aqua calida in calorem. Hæc consequentia probatur. Ex eo aqua calida influit per accidens in calorem: quia ratione receptionis ei appropriatur calor; sed per nos ratione receptionis actio appropriatur essentia: ergo essentia influit in passiones, ac aqua calida influit in calorem. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam aqua calida *per accidens* solum est causa caloris quia opponitur calori in illa recepto: attamen essentia *per se* est causa proprietatum impropria: quia per se, & connaturaliter illas exigit.

§. VIII.

Argumenta Patris Suarez.

70. **P**rimum sic procedit. Quando aqua calida in pristinam reducitur frigiditatem, tum frigiditas denuò producta est numero distincta à frigiditate pristina, vel à frigiditate quæ ab igne fuit corrupta; sed hæc frigiditas nõ fit per actionem generantis: cum non sit: ergo per actionem à substantia

Tom. 1. pars 1.

aquæ immediatè precedentem. Specialiter respondetur concedendo maiorem; & minorem; & negando consequentiam: nam licet frigiditas recuperata non dimanet ab actione, quæ essentia aquæ in primo instanti fuit producta à generante; tamen dimanat à generante, media virtute instrumentali in aqua existente; vt possit generans tribuere essentia propriam passionem; nam generans, in primo instanti generationis nõ solum produxit essentia aquæ, & ipsius frigiditatè; sed etiã virtutem frigiditatis recuperatiuam, vt per illã aqua in pristinum, & connaturalem reducatur statum. Vnde licet calor naturaliter possit frigiditatè ab aqua separare; non tamen valet ab illa virtutem frigiditatis recuperatiuã destruere. Ratio autem quare non pro libito; sed cum magno fundamento debeat hæc virtus in aqua, & non in alijs elementis admitti, est; quia sola aqua potest à debito ornatu priuari: & ideo natura quæ in necessarijs non deficit, tribuit hanc virtutè aquæ, vt per illam sit in pristinum, & debicam frigiditatem restituta. Declaratur hæc ratio: nõ ex eo quod lenia, & graua possunt locum naturalem amittere, eis tribuit generans grauitatem, vel leuitatem, qua mediante ad illum possint moueri similiter aliqua qualitas debet admitti in aqua, vt possit naturaliter regredi in perfectionem naturalem amissam, qua fuit violentè expoliata.

Disputatio quarta. Quæst. appendix.

71. Ex quo colligo primo, prædictam virtutem esse in aqua, ad modum quo semen est in vase femineo: nam sicut medio semine à generante separato, Pater qui multoties non existit, generat, vt causa principalis geniti; sic aqua produccens, media hac virtute principaliter producit frigiditatem. Ratio autem quare hæc virtus recuperatiua debet producere in virtute generantis, & non aquæ, est; quia ad generans spectat essentia tribuere proprietates, illasque sonere, & conseruare in subiecto debito.

72. Colligo secundo, aquæ substantiam non habere respectu frigiditatis recuperatæ propriam, & radicalem influxum: nam aquæ substantia solum concurret ad frigiditatem, quia recipit virtutem, in virtute generantis intentionaliter producentem.

73. Colligo tertio, discrimen, quod versatur inter frigiditatem productam cum aqua in primo instanti suæ productionis; & inter frigiditatem recuperatam: nam frigiditas producta in primo instanti cum aqua producitur secundo per actionem aquæ productiuam: at vero frigiditas recuperata fit per nouam actionem, quæ (vt dixi) etiam tribuitur generanti, in quantum dedit aquæ virtutem; vt amoris impedimenti ad pristinum rediret statum: quod etiam contingit in grani: nam cum producitur in loco sibi debito, & conaturali, causa produccens secun-

dario, & consequenter producit conaturalem præsentiam, quam habet graue in illo loco, & tribuit illi virtutem, vt si aliquando violenter separaretur à tali loco, per nouam actionem, & motum ad illum possit redire.

74. Colligo quarto, in consequentiam aliquorum Thomistarum asserentium frigiditatem immediate dimanare à substantia aquæ: nam in omnium Thomistarum opinione substantia nec diuinitus valet immediate contrahi per operatum immediatum.

75. Secundum sic se habet essentia virtualiter propriè continet proprias passiones; ergo est causa efficiens rigorosa earum: tum quia ex continentia sequitur influxus effectiuis: tum quia sola causa efficiens propria exigit virtutem, ratione cuius contineat propriè effectur. ¶ Primo respondetur distinguendo antecedens: essentia virtualiter propriè continet proprias passiones, *tantum in termino primario suæ productionis*, concedo antecedens: *tantum in virtute effectiua rigorosa*, nego antecedens: & consequentiam nam essentia (vt constat ex dictis) non se habet vt virtus communicans esse passionibus; sed solum vt ratio à priori talis productionis. ¶ Secundo, (& singulariter) respondetur negando antecedens: nam licet substantia contineat propriates alterius individui propriè; tamen non propriè; sed impropriè solum continet proprias pro-

proprietates: quia eo modo, quo est causa suarum proprietatum, illas continere debet.

76. Tertiam sic se habet. Essentia est principium, & radix, à qua proprietates, & passiones dependenter dimanant: ergo absque aliqua potentia superaddita est causa efficiens rigorosa suarum proprietatum: utique quia impossibile est, proprietatē dependere ab essentia, tanquam à prima radice, à qua dimanat, & quod talis dependentia non sit ab essentia tanquā à principio effectiuo proprio.

77. Si dicas emanationem passionum ab essentia tanquā à principio, & radice esse specialē quādam dependentiam, explicatam per hoc quod est, *recipi in subiecto*, cui ex natura rei debentur proprietates. ¶ Contra est: nam licet materia primæ dispositæ debeatur, ex natura rei, substantialis actus, & iste recipiatur in illa, ut in subiecto, cui ex natura rei debetur talis forma; tamen nunquam materia dicitur radix, aut principium, ex quo forma substantialis dimanat: ergo præter dependentiam materialem, assignare debemus aliam nouam, in proprietatibus, respectu essentia, à qua dimanant.

78. Respondetur, (iuxta dicta) essentiam dici radicem, & principium suarum proprietatum; non solum quia essentia debetur in genere causæ materialis; ut rectè probat impugnatio; sed quia essentia est terminus primarius,

quo mediante agens consequenter, & secundo media eadem actione extenditur ad proprietatum productionem: in quo designatur aliqua specialis dependentia, quæ reducitur ad genus causæ efficientis, & quæ non datur in forma respectu materiae ultimo dispositæ: quia licet forma, ex natura rei, sit debita materiae dispositæ; tamen forma non producit consequenter, & secundo per eandem actionem, quæ primo, & per se attingit materiam.

79. Quartum sic procedit. Actiones, seu operationes potentiarum, seu passionum, mediatè dimanant ab essentia, tanquam à principio, efficiente mediato, & ab ipsi potentijs, seu passionibus tanquam ab immediato: ergo potentia, seu passiones immediatè procedunt ab essentia, tanquam à principio efficiente immediato. Antecedens apud omnes est certum. Consequentiā vero probatur. In tantum aliquis effectus dicitur dimanare, seu fieri ab aliqua causa mediatè, in quātum ab illa immediate procedit, seu causatur principium immediatum talis effectus: quod in ductione experimur in alijs causis: nam ex eo anima est mediatum volitionis susceptivum: quia immediatè in se recipit voluntatem, in qua volitio immediatè recipitur: ergo similiter, tunc aliqua causa efficiens mediatè producit effectum, cum ipsa immediatè causat principium proximum talis effectus. ¶ Res-

Disputatio quarta Questio tertia.

pondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam principium non dicitur *mediatum* respectu effectus: quia *immediate* producit principium proximum talis effectus: sed quia indiget aliquo principio superaddito, ut constitutur proximè potens ad operandum: & sic si per impossibile non resultaret voluntas ab essentia; sed ab agente extrinseco, adhuc constitueret animam proximè potentem ad amandum; & ipsa tunc diceretur *mediatum* principium volitionis: nec est eadem ratio de materiali causa: nam *virtus proximè effectiva* potest ab extrinseco dimanare, respectu causæ efficientis *mediatæ*: at verò *virtus proximè receptiva*, respectu causæ materialis, intrinsecè debet esse in materiali *mediata*.

QVÆSTIO. III.

An virtus accidentalis præter suam virtutem recipiat aliam à substantia, ut possit effectus substantiales producere?

§. I.

In quo instrumenta distinguantur à virtute naturali.

(.)

1. **T**ota huius quæstionis difficultas cõsistit, in discrimine à Diuo Thoma, & Thomistis assignato, inter instrumentum

an naturale, & supernaturale, ex vna parte; & *inter naturale*, seu *virtutem naturalem*, vel *ministerialem* ex alia: nam, (vt constat ex Aristotele, & Diuo Thoma pluribus in locis) virtus instrumenti operatur vt mota ab alio, & non vt se mouens: virtus autem ministerialis, & naturalis nullatenus operatur vt rigorosè mota, licet aliquomodo sit à causâ principali mota. Pro huius discriminis luce, nota primò, instrumentum *artificiale*, sicut *supernaturale*, conuenire cum virtute naturali in hoc, quod sicut instrumentum artificiale attingit effectum ipso instrumento perfectiorem in virtute causæ principalis; sic virtus naturalis attingit in virtute causæ principalis effectum ipsa perfectiorem.

2. Nota secundo instrumentum artificiale distingui à virtute naturali, in modo operandi: nam artificiale ita operatur in virtute causæ principalis; vt ab ea accipiat virtutem ad operandum; at verò naturalis virtus ex se, & ex sua natura habet virtutem ad operandum in virtute suæ causæ principalis. Quod attinet ad instrumenta artificialia, vel supernaturalia explicatur *in terra*, vel *in pencillo*, quæ in se recipiunt virtutem à principali causa, vt possint effectus artificiosos operari; & etiam in Sacramentis nouæ legis, quæ in se recipiunt virtutem supernaturalem, vt effectus supernaturales possint operari: & quod attinet

ad

ad instrumenta naturalia explicatur in calore, qui ratione suæ entitatis, & aëritatis, absque eo quod, ab igne recipiat aliquam virtutem, potest instrumentaliter ignem producere, propter maximam connexionem, & affinitatem, quæ habet cum substantia ignis.

3. Nota tertio quod ex virtute, & ex causa principali non sit duplex causa, vel principium; sed unum adæquatam; ita ut operatio remotè tribuatur causæ principali, & proximè virtuti ministeriali. Ex quo colligo: virtutem ministerialem aliquomodo moueri à causa principali, per actionem ab ipsa virtute ministeriali immediate elicitam: & ideo, num. 1. dixi, virtutem ministerialem non operari ut *rigorose præmotam*, (sicut instrumentum artificiale, vel supernaturale) ab alio; sed ut aliquomodo, & *improprie motam*. Et ratio huius motionis sumitur: tum quia virtus ministerialis dependet ad operandum à causa principali; licet hæc ab illa non dependeat: tum quia actio, prout à causa principali, est (saltem ratione) prior ipsa actione, prout à virtute instrumentali: explicarique potest in concursu simultaneo Dei, qui licet, in opinione aliquorum Thomistarum, sit indistinctus à concursu causæ secundæ; tamen istæ prout à Deo aliquomodo mouet causam secundam ad operandum; tum quia concursus causæ secundæ dependet à concursu causæ primæ; licet hic ab illo non dependeat: tum quia,

(saltem ratione) est prior concursu creaturæ: vel è conuerso, prout à creatura.

4. Dices primo. Sicut actio non potest à principio immediato dimanare, absque eo quod à mediato dimanet; sic non potest à mediato, absque eo quod ab immediato dimanet: ergo eandem dependentiam habet mediatum ab immediato, ac immediatum à mediato. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam; nam immediatum dependet à radicali, & mediato: quia ad illud ordinatur: at vero radicale, & mediatum solum habet connexionem cum immediato, & proximo: nec ex eo quod actio nequeat dimanare à mediato, absque eo quod simul dimanet ab immediato conuincitur mutua dependentia: nam Omnipotentia Dei non dependet à possibilibus in illa contentis; & tamè illis deficientibus, deficeret: & etiam obiectum nequit dari absque potètia; etiam si ab illa non dependeat. Ex quo colliges, formam accidentalem vocari instrumentum causæ principalis: non quia propriè sit instrumentum, sicut artificiale, seu supernaturale; sed quia operatur in virtute causæ principalis: & ideo latè, & metaphoricè appellatur instrumentum; prout nomen *instrumentum* idem sonat, quod *virtus ministerialis, seu naturalis*.

5. Replicabis. Inter causam principalem, & instrumentalem rigorosam, non est dare medium; sed

Disputatio quarta. Quæstio tertia.

Virtus accidentalis actiua nõ ob-
tinet causæ principalis perfectio-
nem: ergo obtinet instrumenti ri-
gorosi imperfectionem. ¶ Respo-
detur negando maiorem: nam in-
ter causam principalem, & instru-
mētum rigorosum datur virtus mi-
nisterialis, quæ in virtute causæ prin-
cipalis operatur.

6. Dices secundo. Intellectus
concurrit principaliter ab intel-
lectionem; etiam si sit animæ vir-
tus: ergo similiter calor concurrit
principaliter ad substantiæ ignis
productionem; etiam si sit ignis
producentis virtus. ¶ Responde-
tur negando consequentiam: nam
intellectio non excedit perfectio-
nem intellectus; & sic concurrit
ad illam tanquam causa principa-
lis proxima: at verò substantia ig-
nis excedit caloris perfectionem;
& ideo solum ad illam concurrit
tanquam virtus ministerialis; sed
de hoc latius infra. q. sequenti.

§. II.

Referuntur sententia.

7. **I**N hac re prima sententia de-
sentit partem affirmatiuam.
Pro hac citantur aliqui Thomis-
tæ; & non pauci ex alijs scholis.
8. Secunda ex diametro oppo-
sita negatiuam tenet partem. Ita
nobiliores Thomistæ. In huius
sententiæ obsequium sit quæstio-
nis resolutio.
9. Formæ accidentales nullam
recipiunt virtutem à principali

causa ueritatē, per quam ad effe-
ctus substantialis productionem
fulciantur; sed ipsa sine aliqua ad-
ditione, præcisè per subordina-
tionem naturalem, quam ex se ha-
bent, sunt virtutes substantiæ ad
effectuum substantialium produ-
ctionem valdè proportionata.

Probatur conclusionem effi-
caci. Forma accidentalis nõ con-
currit ad effectus substantialis vel
causa principalis; sed vt instru-
mentalis, seu ministerialis; sed ex se, &
ratione propriæ entitatis potest se
habere vt causa ministerialis: ergo
sine virtute (à principali causa su-
peraddita) potest esse substantiæ
productiua. Minor probatur. Vt
forma accidentalis sit causa mini-
sterialis substantiæ ad effectus sub-
stantialis, non est opus, quod sit in
prædicamento substantiæ; vt fere
omnes aduersarij admittunt: cum
quæ de ratione causæ instrumen-
talis est, quod attingat effectum
perfectiorem, & nobiliorem tum
quia substantia formæ accidentali
superaddita nequit immediatam
habere actiuitatem; sed in genere
accidentis instrumenta accidenta-
lia ex se, & ratione propriæ entita-
tis habent maximam proportio-
nem, quam possunt habere cum
substantia: (cum sint essentialia, vel
substantiæ proprietates) ergo ex
se, & ratione propriæ entitatis,
sunt virtutes ministeriales ad sub-
stantiæ productionem. Confirma-
tur. Formæ accidentales ex se ha-
beat cum substantia, intra genus
accidentis, maiorem proportio-
nem

Quid det substantia accidenti ad efficiendum? 108

nem, quam possunt habere: ergo virtus superaddita superfluit. Antecedens probatur. Omnis proportio fundatur in connexionione; sed formæ accidentales ex se connexionuntur cum substantia; sicut proprietates cum essentia: ergo formæ accidentales actiua ex se habent (intra genus accidentis) maiorem proportionem quã possunt habere.

10. Secundo probatur conclusio. Hæc virtus superaddita, vel est *accidentalis*, vel *substantialis*; utraque est superflua, & impossibilis: ergo non datur. Probatur minor quoad primam partem. Hæc virtus *accidentalis* superaddita, intra genus accidentis non potest accedere ad maiorem perfectionem, quam ad proprietatis perfectionem; sed formæ accidentales actiua ex se habent proprietatis perfectionem, antecedenter ad hanc virtutem superadditam: ergo hæc virtus superaddita ut superflua debet reijci. Quod verò sit impossibilis probatur: nam hæc virtus *accidentalis* superaddita (in sententia aduersariorum) immediatè debet dimanare à causa principali, & substantiali; sed (ut constat ex dictis) substantia, neque de potentia Dei absoluta potest esse immediatum operationis principium: ergo hæc virtus superaddita ut impossibilis est ab accidentali forma releganda. Quod verò hæc virtus superaddita non sit *substantialis*, probatur: nam si virtus superaddita esset *substantialis*; substantia *nedum*

ut principium quo huius virtutis *substantialis* esset immediatum operationis principium; sed etiam ut principium actionis *substantialis*: utique quia actio *substantialis* immediatè dimanaret à virtute *substantiali* accidenti superaddita: ergo virtus *substantialis* accidenti superaddita ut impossibilis non debet admitti. Videas obsecro Thomistarum in consequentiam: nam ex vna parte *substantia* denegant immediatam *actiuitatem*; & ex alia ei duplicatam concedunt *actiuitatem* immediatam.

11. Dices. In instrumentis supernaturalibus duplex virtus assignatur: nam in aqua Baptismi, v. g. datur virtus frigidatiua, & gratiæ signifiatiua, & virtus supernaturalis fluida gratiæ causatiua, à Deo, tanquam à principali gratiæ causa, aqua superaddita: ergo similiter in instrumento naturali duplex debet assignari virtus; vna naturalis, & ex se, & alia superaddita à principali agente. Hoc argumentum potest fieri, de terra, penicillo, & de alijs instrumentis artificialibus. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam sacramenta nouæ legis; sicut & artis instrumenta rigorosa, ex se nullam habent *actiuitatem*, antequam eis ab agente principali virtus actiua imprimatur; attamen formæ accidentales actiua ex se habent virtutem, & *actiuitatem*, ut *substantia*, in ordine ad effectus *substantiales*, deseruiant; & ideo non indigent

Disputatio quarta. Quaestio tertia.

virtute ab agente principali impressa.

cipalis radicalis.

§. III.

Argumenta opposita sententiae.

11. Replicabis. Ergo quando virtus actiua accipit à principali causa actiuitatem, tunc operatur vt rigorosum instrumentum; consequens est falsum: ergo & doctrina à nobis tradita. Minor probatur. Intellectus creatus accipit à causa principali effectuum supernaturalium, (scilicet, à Deo) lumen gloriae; in ordine ad visionem beatam; & tamen non operatur vt rigorosum instrumentum; ergo ex eo quod virtus actiua accipiat à principali causa actiuitatem, non sequitur, quod sit instrumentum rigorosum. ¶ Responderetur distinguendo consequens: quando aduenit virtuti actiuitas operatur, vt rigorosum instrumentum: quando aduenit *omnis, tam radicalis, quàm proxima*, concedo consequentiam: quando solum aduenit *proxima*, nego consequentiam. Vel iterum distinguo consequens: quando aduenit virtuti actiuitas operatur vt rigorosum instrumentum: quando actiuitas adueniens est minoris perfectionis cum effectu, concedo consequentiam: quando est aequalis perfectionis cum effectu nego consequentiam: nam intellectus, antequam eleuetur per lumen gloriae, habet coaptationem essentialem, seu actiuitatem radicalem, in ordine ad actus supernaturales, qui habent aequalitatem cum intellectu, lumine gloriae informato: & ideo non operatur vt instrumentum rigorosum; sed vt causa prin-

13. **P**rimum sic procedit. Calor, ex se, absque virtute sepe addita, est insufficientis ad ignis productionem: ergo ad talem productionem debet à substantia fulciri. Antecedens probatur. Calor, secundum rationem accidentis vt sic, est insufficientis: cum secundum hanc rationem sit substantia inferior; & etiam secundum rationem accidentis proprii, est insufficientis: cum secundum talem rationem non extrahatur à praedicatione accidentis ad praedicationem substantiae: ergo calor nullo modo est, ex se, absque virtute superaddita, virtus immediata ignis ad alterius ignis productionem. ¶ Responderetur distinguendo antecedens: calor ex se, est insufficientis *insufficientia cause principalis*, concedo antecedens: *insufficientia cause ministerialis*, nego antecedens. Ad probationem concedo maiorem; & nego minorem: nam calor vt talis; scilicet, vt proprietates ignis, habet omnem proportionem, quam potest, cum substantia, habere, vt sit virtus ministerialis illius, in ordine ad effectus substantiales.

14. Dices. Calor, vt proprietates ignis, & vt virtus ignis; est accidentis; sed per nos, secundum communem rationem accidentis, non est virtus sufficiens: quia est accidentis

dens: ergo nec ut proprietatis, seu ut virtus operativa: cum secundum has expressiones non extrahatur à ratione accidentis. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: calor, ut proprietatis ignis est accidens materialiter, & specificatiue, concedo maiorem: formaliter, & reduplicatiue, nego maiorem: & distinguo minorem: secundum communem rationem accidentis, non est virtus sufficiens: quia est accidens formaliter; & quia aliàs secundum talem rationem non habet proprietatis operatiuæ proportionem, concedo minorem: præcisè, quia est accidens, nego minorem; & consequentiam: nam licet proprietatis operatiuæ materialiter non extrahatur à ratione formæ accidentalis; tamen formaliter extrahitur: cum in sensu formali solum reduplicet formalitatem virtutis operatiuæ: quæ in suo conceptu (satis analogo) abstrahit à ratione substantiæ, & accidentis.

15. Non quiesces. Omnis causa secundum se continet effectum; sed calor, v. g. non continet ignem, nec eminenter, nec formaliter: ergo ex se non est causa ignis. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: omnis causa continet effectum: omnis causa principalis, concedo maiorem: ministerialis, nego maiorem: & distinguo minorem: calor ex se non continet ignem, ratione sui, concedo minorem: in virtute cause principalis, nego minorem: & consequentiam: nam de essentia cause ministerialis solum est, quod con-

tineat effectum in virtute suæ causæ principalis.

16. Secundum sic procedit. Si virtus ministerialis non accipit aliquam virtutem à causa principali: ergo non agit ut mota à causa principali: ergo ut se movens: ergo ut causa principalis. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo primum consequens: non agit ut mota à causa principali, proprie per virtutem ab ipsa causa derivatam concedo consequentiam: improprie per motionem ab ipsa radicaliter dimanantem nego consequentiam: nam (ut supra dixi) causa ministerialis in operando dependet à causa principali, quæ in se continet effectum. Ex his constat primò, virtutem ministerialem, ut talem, non respicere substantiam per modum subiecti; sed per modum radicis actiue; à qua actiuitas proxima tanquam à principali dependet causa. Constat secundò, formalitatem virtutis operatiuæ fundare (nostro modo intelligendi) connexionem cum substantia: non quia connexio, seu transcendentalis ordo, quem accidens operatum dicit ad substantiam) sit ratio formalis virtutis operatiuæ constitutiua: cum minus proprium virtutis operatiuæ sit ad extra, & non ad intra: hoc est in ordine ad operationem, quam causat; & non in ordine ad essentiam, quam ornat, & perficit; sed quia, à posteriori, virtutem operatiuam designat.

17. Tertium desumitur ex Diuo

Disputatio quarta. *Questio quarta.*

Thoma. 3. p. q. 62. ar. 1. & 4. & 1. p. q. 118. ubi ait: *quod ratio instrumenti, in quantum instrumentum, ut motum movet; sed calor operatur ut instrumentum: ergo ut motum à causa principali; scilicet à substantia ignis, operatur.* ¶ Respondetur Divum Thomam loqui de instrumento rigorofo; quod loquetur ex eo quod statim ponit exemplum *in ferrā.* ¶ Secundo respondetur, Divum Thomam loqui non de motione *propria, & rigorofo,* quæ tribuit accidenti per modum actus primi virtutem, ut perveniat ad actum secundum productivum substantiæ; (de qua procedit questio) sed de *motione lata,* quæ consistit in hoc, quod actio dimanans proximè à virtute ministeriali, sit etiam à virtute principali dependens, & (nostro modo concipiendi) ut à causa principali prior, quæ ut à causa ministeriali.

QVÆSTIO. IV.

An unum accidens sit causa principalis alterius accidentis?

§. I.

Explicatur titulus, & proponuntur sententiæ.

1. **E**X questionibus superioribus liquet, causam principalem secundam substantiæ, esse substantiam; ministerialem verò, esse accidens: nunc quod in dubium vertimus est, an calor ut octo, v. g.

qui est proprietatis, & ultima dispositio formæ ignis, sit causa principalis alterius caloris ut octo: quod est idem, ac inquirere, in quo, calor, ut principium generationis, seu ignefactionis, distinguatur à seipso, prout principium alterationis, seu calefactionis.

2. In hac re fere omnes Thomistæ affirmant calorem ut octo, v. g. esse causam principalem alterius caloris ut octo; instrumentalem verò substantiæ ignis. Pro hac citant Divum Thomam. 3. p. q. 62. a. 1.

3. Patres verò Conimbricenses. 2. physic. cap. 7. q. 18. a. 3. absolute defendunt calorem ut octo, v. g. esse causam ministerialem nedum ignis; sed etiam alterius caloris ut octo.

4. Nostra verò sententia docet calorem ut octo non esse causam principalem; sed ministerialem alterius caloris ut octo; secus verò caloris ut sex, vel ut quatuor. Hæc est Aristotelis, & Divi Thomæ, in locis, in quibus adversarij suæ fundant sententiam: ubi expresse non suam; sed nostram defendit sententiam. In huius sententiæ obsequium, sit.

§. II.

Conclusio.

5. **C**alor ut octo, qui se habet ut proprietatis ignis, est causa ministerialis alterius caloris ut octo principalis verò caloris minori.

minoris intentionis. Probatur primo, quoad primam partem, auctoritate, qua contrarij suam intendunt probare sententiam, nostræ, immediatè, vel ex diametro oppositâ: nam Divus Thomas loco supra ab aduersarijs allato, hæc habet verba. *Dicendum est, quod duplex est causa agens, principalis, & ministerialis: principalis quidem operatur per virtutem suæ formæ, cui assimilatur effectus, sicut ignis suo calore calefacit;* ergo ex mente Divi Thomæ ignis per suam virtutem; scilicet, per calorem, est causa principalis nedum ignefactionis, & ignis; sed etiam calefactionis, & caloris: aliàs non diceret, quod ignis ratione sui caloris est causa principalis calefactionis.

6. Secundò probatur ratione desumpta ex Aristotele: nam ipse non semel sic facit: *causa principalis est illa, que operatur virtute propria, ut propria;* sed calor ut octo non operatur calorem ut octo virtute propria, ut propria: utique quia calor ut octo, ut talis, est proprietas ignis, quæ non est sua; sed alterius, scilicet, substantiæ; cui appropriatur: ergo calor ut octo non concurrit ad aliium calorem ut octo, virtute propria, ut propria: ergo nec ut causa principalis. Confirmatur. Calor ut octo, formaliter ut talis, est causa alterius caloris ut octo; sed formaliter ut talis est alterius: (cū ut sic sit proprietas subordinata igni, cui deservit) ergo ut causa caloris ut octo operatur in virtute alterius, vel

ut alterius; sed id quod operatur ut alterius; licet operetur virtute propria, non operatur virtute propria, ut propria: ergo non operatur ut causa principalis.

7. Secunda pars nostræ assertionis constat ex prima: & amplius probatur. Calor ut octo ut talis; hoc est, ut ignis proprietas, non operatur formaliter calorem minoris intentionis: v. g. ut sex, vel ut quatuor: cum solum concurrat formaliter ad calorem ut sex secundum intentionem ut sex; licet materialiter eadem sit intentio; sed intentio ut sex in calore ut octo reperta ut formaliter talis, non est proprietas ignis: cum solum in intentione ut octo sit ignis proprietas: ergo calor ut octo non operatur formaliter calorem ut sex, ut virtus igni formaliter subordinata: utique quia solum ut proprietas; hoc est, ut exprimit intentionem ut octo, est virtus igni deserviens: ergo calor ut octo ut causa principalis operatur calorem ut sex: cum non sit medium ex cogitabile inter causam principalem, & instrumentalem, seu ministerialem.

8. Dices. Calor ut octo est igni subordinatus: ergo calor ut sex, qui est in calore ut octo, est igni subordinatus: tum quia non potest dari calor ut octo, qui non trahatur per calorem ut sex: tum quia cui subordinatur formalitas perfectior, & intensior, debet subordinari imperfectior, & remissior.

¶ Respondetur concedendo antec-

Disputatio quarta. Quæstio quarta.

tecedens: & distinguendo consequens: calor vt sex, qui est in calore vt octo, subordinatur igni *identice, & materialiter*, concedo consequentiam: *formaliter, & reduplicatice*, nego consequentiam: nã calor vt sex, qui est in calore vt octo, nõ subordinatur igni quia talis, *formaliter*: cum vt sic non sit proprietas ignis, *sed materialiter*; quia est in calore vt octo, igni vt proprietas subordinata: nec ex eo quod calor vt sex sit imperfectior, sequitur, quod debeat maioris rigore subordinari, ac calor vt octo: nam proprietates sunt perfectiores accidentibus communibus; & tamẽ maiori rigore subordinantur essentia proprietates, quàm accidentia communia.

9. Replicabis. Calor vt octo, qui est causa caloris vt sex, vt talis, *est substantia ens*: ergo in virtute substantia illum producit. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: calor vt octo, qui est causa caloris vt sex vt talis *est substantia ens: in essendo*, cõcedo antecedens: *in operando*: iterum sub distinguo antecedens: in operando est entis ens, *materialiter, & specificatice*, concedo antecedens: *formaliter, & reduplicatice*, nego antecedens: & consequentiam: nam calor vt octo formaliter vt talis, (vt dixi) solum est causa caloris vt octo: vnde solum est formaliter causa caloris vt sex, quatenus in se præhabet calorem vt sex; in qua acceptione non est formaliter igni subordinatus.

10. Non quiesces. Calor, secundum

intentionem vt octo, est *formaliter* virtus operatiua; sed vt talis, non respicit per se ignem: ergo nec vt virtus operatiua caloris vt octo, est formaliter igni subordinata, vt proprietas in virtute ignis produciens. ¶ In primis nota, hoc argumentum non solum probare calorem vt octo esse causam principalem alterius caloris vt octo; sed etiam substantia, ab illo producta: nam calor vt substantia causa non respicit ignem producentem; sed operationem ignis productiuam. ¶ Respondetur ergo concedendo maiorem: & distinguendo minorem: calor, secundum intensiõnem vt octo, non respicit per se ignem, per modum finis, *qui, vel cuius gratia*, concedo minorem: per modum finis *cui*, nego minorem; & consequentiam: nam virtus operatiua, vt talis, absolute non respicit operationem; sed vt substantia in operando deseruiat: distinguitur enim *formalitas virtutis operatiua*, vt formaliter talis, à formalitate proprietatis, in hoc, quod formalitas virtutis operatiua, vt talis, respicit in se *in recto* operationem, vt causa deseruiat principali; at vero formalitas proprietatis per se *in recto* respicit causam principalem, vel essentiam, vt ei in operando deseruiat: vnde id quod *per se in recto* respicitur à virtute operatiua, respicitur *per se in obliquo* à proprietate; & è contra; id quod respicitur *per se in recto* à proprietate, respicitur *per se in obliquo* à virtute operatiua: potest hæc doctrina

na instari in actione, & passione; & etiam in relationibus mutuis.

11. Ex dictis in hoc §. colliges primo discrimen, quod veritatur inter calorem, ut causam alterius substantiæ; & inter ipsum ut causam alterius accidentis æqualis intensiōis; & denique inter ipsam ut causam accidentis remissioris intensiōis: nam calor ut causa ignis, nec operatur virtute propria: (cum non sit æqualis perfectiōis cum igne producto) nec ut propria: (cū ut talis sit virtus, & proprietates ignis, in cuius virtute operatur) at ut causa accidentis eiusdem intensiōis operatur virtute propria: cum habeat æqualem perfectiōem cum calore producto; sed non ut propria: quia ut sic est proprietates ignis, vel virtus ei subordinata: at ut causa accidentis remissioris intensiōis operatur virtute propria, quia habet æqualē, & superexcedentem perfectiōem; Et etiam ut propria: quia ut sic formaliter non est causæ principali formaliter subordinatus.

12. Colliges secundò, & specialiter, substantiam esse ratione propriæ entitatis alterius substantiæ contentivam: cum ratione propriæ entitatis sit formaliter talis: accidentis vero non ratione propriæ entitatis: cum ratione ipsius nullo modo sit accidens: ut supra dixi. q. 1. §. 12. sed ratione virtutis operatiuæ, quæ non est sua; sed substantiæ, cuius est virtus.

13. Dices. Tantum distat substantia ab accidenti, quantum ac-

cidens a substantia; sed substantia est causa principalis per se alterius accidentis æqualis intensiōis cum sua virtute; (etiam si illud non contineat ratione propriæ entitatis; sed ratione virtutis operatiuæ) ergo etiam forma accidentalis potest esse causa principalis substantiæ productæ; etiam si talis substantia non contineatur in forma accidentali, ratione propriæ entitatis; sed ratione causæ principalis, cuius est virtus. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam forma accidentalis est virtus formæ substantialis, quæ non est sua; sed substantiæ: & ideo id quod continetur in forma accidentali, magis est substantiæ, quam accidentis: at verò substantia non est virtus accidentis, nec ei subordinatur: & ideo id quod in ipsa continetur nullo modo est accidentis; sed ipsius substantiæ. Vnde colligo ad rationem causæ principalis sufficere, vel quod effectus contineatur in ipsa ratione propriæ entitatis formaliter alteri non subordinatæ; vel ratione sue virtutis ei formaliter subordinatæ.

§. III.

Prime sententiæ fundamenta.

14. **P**rimum sic procedit. Causa instrumentalis, cum ex se sit deficiens eleuatur ad effectum ipsa perfectiorem; sed calor ut octo non eleuatur ad productionem alte-

Disputatio quarta. Quæstio quarta.

alterius caloris vt octo: (cum sit eiusdem speciei cum illo) ergo illum non operatur per modum causæ instrumentalis. In primis hoc argumentum in consequentia laborat: nam fere omnes Thomistæ docent, causam ministerialem, (vt ab instrumento rigorofo condistin. tam (non eleuari ad effectus perfectioris productionem. Hoc ergo supposito, responderetur negando maiorem; loquendo de instrumento *metaphorico*, quale est ministerialis causa: vnde licet hæc non recipiat virtutem à principali causa, est causa deficiens: quia non operatur calorem vt octo virtute propria, vt propria; quod erat necessarium ad rationem causæ principalis.

15. Secundum sic procedit. Si per possibile, vel impossibile, substantia ignis esset impossibilis, & calor vt octo esset in rerum natura, absque dubio talis calor produceret calorem vt octo; sed tunc non operaretur in virtute alteri: ergo nunc non operatur in virtute ignis. ¶ Responderetur in tali casu sequi vnum, & aliud; & quod operetur in virtute propria; (quia non datur substantia, cui subordinatur) & quod non operetur virtute propria: (quia calor non subordinatus non esset eiusdem rationis eam calore, qui nunc est) *ex impossibili enim*, (vt ait Philosophus) *sequitur quodlibet.*

16. Tertium sic se habet. Virtus, cui assimilatur effectus, non est instrumentalis; sed principalis;

sed calor vt octo, productus à calore vt octo, est eiusdem speciei, & rationis, cum calore producente: ergo non est causa ministerialis; sed principalis caloris vt octo.

¶ Responderetur distinguendo maiorem virtutis: cui, assimilatur effectus, non est instrumentalis, si alteri formaliter non subordinatur, concedo maiorem: si alteri formaliter subordinatur, nego maiorem: & concessa minori: nego consequentiam: nam (vt dixi) ad rationem causæ principalis, non sufficit, quod formaliter contineat effectum; sed vterius, quod alteri formaliter non subordinetur.

17. Quartum sic procedit. Implicat quod respectu vnius numero effectus, detur duplex causa principalis secunda, eiusdem ordinis; sed quando calor vt octo. v.g. producit calorem vt sex; tunc non solum ignis concurrat ad talem calorem, vt causa principalis; sed etiã calor vt octo: ergo cum non possit hoc admitti, dicendum erit calorem vt octo solum instrumentaliter concurrere ad caloris vt sex productionem.

18. In primis hoc argumentum debet solui à Thomistis: nam in illorum opinione, ignis, & calor vt octo, concurrunt principaliter ad alterius caloris vt octo productionem: in quo nullum inueniunt inconueniens: nam ignis (in illorum opinione) cõcurrit ad illum, vt causa principalis *remota*; & calor vt octo vt causa principalis *proxima*, vel vt virtus principalis

proxima, ex qua fit, cum remota principali, vna causa: non aliter ac lumen gloriæ, & intellectus concurrunt ad visionem beatificam.

19. Sed hæc solutio implicat in terminis: nã si ignis, vt causa principalis remota, producit principaliter calorem vt octo medio alio calore vt octo, se habente per modum virtutis; calor vt octo causans subordinatur igni causanti, vt virtus illius; quod causæ principali repugnat: vt constat ex di&is.

20. Quare melius respondetur distinguendo maiorem: implicat quod respectu eiusdem numero effectus detur duplex causa principalis, eiusdem ordinis, que per se formaliter concurrat, concedo maiorem: que per se formaliter non concurrat; sed vna per se formaliter, & alia per accidens, & materialiter, nego maiorem: & minorem: nam ignis ad calorem vt sex solum materialiter concurrat: quia formaliter ad illum concurrat calor vt sex, in calore vt octo contentus: ratio est: nam calor vt sex solum materialiter est virtus ignis: quia calor vt octo, in quo continetur, vel à quo non est entitativè distinctus: est formaliter virtus, & proprietas ignis: ergo ad calorem vt sex productionem tantum calor vt sex in calore vt octo contentus concurrat formaliter, & principaliter.

21. Argumenta secundæ sententiæ sunt nostræ conclusionis fundamenta, in quibus constat, calorem vt octo dimanare ministerialiter à calore vt octo producente; & ideo

ab illis nunc abstinere, ne repetitio superflua generet fastidium.

QUESTIVNCVLA
appendix.

De conditionibus efficientis causæ

§. IV.

Conditiones ab omnibus recipere
proponuntur.

22. **A** Pud omnes est certum, causam efficientem ad causandum aliquas exposcere conditiones: prima est, *coniunctio secundum durationem inter agens, & passum*; quæ est intelligenda, quando agens operatur immediate, immediate virtutis, & suppositi; & non per virtutem à se diffusam: quia in isto casu non est necessaria coniunctio secundum durationem inter agens principale, quod principaliter causat, & passum, quod in se recipit effectum; sed solum inter suppositum operans ratione virtutis, & passum recipiens effectum.

23. Secunda conditio est, *distinctio inter agens, & passum*; quæ non semper est æqualis, vt ex se constat nam aliquando est necessaria distinctio adæquata, & realis, inter agens, & passum; vt videre licet in actionibus transeuntibus, ubi actio transit ab agente ad passum realiter distinctum. Aliquando vero tantum requiritur partialis distinctio inter agens, & passum; vt de motu locali animalium docet Philosopho-

Disputatio quarta. Quæstion. appendix.

losophi: quia animal per unã partẽ mouet aliam; & aliquando suppositam ratione formæ producit effectum, quem ratione materiae recipit; & aliquando ratione eiusdem entitatis producit, & recipit; quamuis adæquatè id quod elicit, non recipiat: vt patet in intellectione, & alijs actionibus immanẽtibus, quas produciunt potentia determinatæ per species impressas, & recipiunt ipsa potentia adæquatè huiusmodi actiones; quia species non requiruntur *ad recipiendas; sed ad eliciendas* actiones. Ceterum non semper est necessaria *realis distinctio* inter agens, & passum; sed aliquando sufficit *distinctio formalis secundum rationem, & virtualis à parte rei*: quia eadem entitas, secundum diuersas rationes formales, valet esse, respectu eiusdem effectus, *principium efficiens, & subiectum recipiens*: nam eadem voluntas adæquatè est principium efficiens volitionis, quam in se adæquatè etiam recipit: nam licet talis volitio requirat indispensabiliter propositionem bonitatis; tamen talis propositio non se habet vt parziale principium efficiens; sed tantum vt conditio se tenens ex parte bonitatis: quia voluntas nunquam tendit in bonum incognitum; sed in bonum præcognitum: verumtamen est, quod in voluntate dantur diuersæ rationes formales; ita vt secundum alteram producat, & secundum aliam recipiat: & ratio accipitur à posteriori, ex volitione, in qua reperiuntur

duæ rationes formales; vna est effectus, secundum quam commensuratur principio efficienti; & alia est actus, vel formæ accidentalis, secundum quam proportionatur subiecto recipienti: ergo similiter in voluntate debemus distinguere alias duas rationes formales; ita vt, secundum alteram sit principium efficiens, & secundum aliã recipiens. Adde, quod principium efficiens, consideratum vt suis affectum conditionibus, est absque dubio distinctum realiter à principio recipiente: nam aliquas conditiones requirit ad efficiendum, quas ad recipiendum non exposcit: vt ad notauit Pater Suarez, disp. 18. Metaph. sect. 7. per totam.

24. Nec contra hanc doctrinam habet vim illud vulgare, desumptum ex Aristotele 8. physic. videlicet: *omne quod mouetur, ab alio mouetur*: per quod demonstrat esse tantum vnum primum motorẽ immobilẽ in rerum natura. ¶ Quia hoc principium est intelligẽdũ de illo, quod mouetur *terminatiuè*, & produciuntur per mutationẽ, aut motũ: quia hoc, est necessarium distinguere à principio mouente; sicut est opus distinguere effectum à causa efficiente; & non est intelligendum de eo quod mouetur *subiectiuè*: nã Aristoteles docet, non viuẽtia, & animata moueri à se.

§. V.

Tertia conditio ab omnibus non recepta.

25. *Tertia conditio necessaria ad*

ad efficiendum est, *approximatio agentis ad passum realiter ab illo distinctum*. Caterum non omnes conveniunt in assignanda huiusmodi approximatione: nam Scotus in 1. dist. 37. Q. Kā. Gabriel. & alij Nominales defendunt approximationem solum esse necessariam, ut passum sit intra spheram actiuitatis agentis; non verò ut sit illi immediate coniunctum: quare si sphaera actiuitatis caloris existentis in igne extendatur per quatuor passus, v.g. calor poterit in passu, existente intra hos quatuor passus, producere calorem; quamvis distet ab igne calefaciente per duos passus, & nō sit illi immediate coniunctum.

26. Sed contrarium docet Aristoteles. 7. physic. cap. 2. Dicitur Thomas. 1. p. q. 8 a. 1. & ibidem Caietanus. Ferrara. 3. contra Gentes. cap. 66. est que hęc sententia inter Philosophos Thomistas valde communis, & probatur *inductione* in omnibus causis efficiētib; & probabiliter suaderi potest ex sollicitudine, maxima naturæ, ne detur vacuum in vniuerso; & ne impediatur coniunctio corporū necessaria ad actionem agentis: vnde Philosophus. 1. meth. cor. ait: *neceffe esse mundum hunc inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, ut inde regatur, & gubernetur.*

27. Probatur etiam ex eo quod si passum incapax effectus, immediate coniungatur agenti, impedit simpliciter, & absolute actionem

agentis; ita vt causa nihil producat in passo mediato: ergo solum efficiens producit effectum in passo sibi propinquo, & medio illo in distanti. Antecedens docet experientia. Consequentia probatur: quia non est excogitabilis alia ratio, ob quam agens non producat in passo distanti, nisi quia medium non est capax effectus: ergo in capacitas medij impedit effectum in distanti: ergo in distantia passi capacis est necessaria ad effectus productionem.

28. Sed haud facile est assignare radicem huius conditionis: Aliqui sumunt primam radicem seu rationem illius ex limitatione, & determinatione virtutis creatæ: quia agens creatum (determinatæ, & finitæ virtutis) exigit determinatam spheram actiuitatis, & ordine quodam procedere in suis operationibus; videlicet, producendo prius effectum in passo immediato, & deinde in mediato, seu distanti. Sed hęc ratio non placet Angelico Magistro loco supra citato: nam ibi probat Deum esse intimè coniunctum, & proximum omnibus rebus, quia est causa efficiens omnium rerum; seu quia causa, & effectus immediate debent coniungi: ergo conditio hęc non est alligata ad spheram limitatā agentis creati. Præterea quia ex limitatione virtutis tantum sequitur effectum debere esse limitatum, & finitum; ita vt causa non valeat aliam perfectiorem producere.

29. Secundam rationem adducit

Disputatio quarta. Questus. appendix.

cit Pater Molina. 1. p. q. 8. 1. r. disp. 2. §. opinio hæc, ubi probat, passum debere esse immediatum agentis: quia impossibile est actionem transmitti ab agenti in passum distans, nisi prius attingat medium, & per ipsum, quasi continuo transitu, perveniat ad distans: ut cernere licet in motu locali. Sed hæc ratio ex superioribus mabet impugnata: nam in motu locali eadē numero entitas, quæ erat in vno loco, transit in alium distantem, per loca intermedia; & nunquam eadem numero actio recipitur in passo propinquo, vel immediato, & in remoto, seu mediato; sed effectus, & actio quæ est in loco distanti, seu remoto, est distincta ab ea quæ fuit in indistanti, & proximo: ergo nec ratio, nec exemplum allatum à Patre Molina convincit intentum.

30. Tertiam rationem adducit Capreolus in. 1. dist. 37. q. unica. in solutione. 8. argumenti contra. 1. conclusionem: nam agens comparatur ad passum, sicut actus ad potentiam: quia agens aequaliter actuat passum; sed actus, & potentia (quatenus inter se exercet propria munera) debent esse immediata; ut patet discutendo per eundem actum, & potentiam: ergo & agens, & passum debent esse immediatè coniuncta. Sed hæc ratio etiam apparet difficilis: quia agens si habet rationem actus respectu passivi, solum est actus extrinsecus; sed inter actum extrinsecum, & potētiam sibi proportionatam

non requiritur indistantia, ut valeant propria exercere munera: (ut videre est in visione, & obiecto) ergo ex eo quod agens respectu passivi habeat rationem actus, non sequitur, quod debeat habere indistantiā, ut valeat propria exercere munera.

31. Si respondeas agens exposcere conjunctionem cum passo: quia est actus actuans, & perficiens illud. Contra tamen est: quia talis solutio est petitio principij: nam dicere agens requirere immediationem ad passum; quia producit in illo aliquid actuans, & perficiens, est dicere quod requirit approximationem immediatam ad producendum aliquid in passo: & huius rationem anxie investigamus.

32. Quare his rationibus ommissis, quæ sufficiens videtur, & est communis omni agenti insinuatæ, aut finitæ virtutis, ex ratione actionis, est de sumenda: nam actio debet esse immediatè coniuncta agentium: quia actio est datio, & communicatio effectus, & datio necessario est danti coniuncta: tū quia actio est id quo formaliter agens attingit effectum; & per aliquid distans non valet illum attingere; sed implicat actionem esse coniunctam agenti, & passum esse ab illo distans: quia actio est in passo tanquam in subiecto proprio: (ut constabit ex dicendis infra. lib. 3. disp. 1. q. 3. §. 1. n. 7. & §. 2. n. 8. ergo ad efficiendum, opus est, quod agens sit coniunctum passo, in

in quo recipitur actio, & effectus per talem actionem productus.

33. Dices, hanc rationem non probare immediationem primæ causæ cum omnibus effectibus: quia prima causa concurret per actionem formaliter immanentem; in passio, seu effectu, non receptam: atque adeo ex coniunctione primæ causæ cum actione, non sequitur, coniunctio primæ causæ cum effecta, ¶ Sed contra est: nam licet concedamus Deum producere per actionem formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem; adhuc ratio habet locum in prima causa: quia actio ex natura rei non solum exposcit unionem cum agente; sed etiam cum effectu: utique quia datio non solum petit unionem cum dante; sed etiam cum dato; atque adeo cum omne ens creatum sit effectus primæ causæ, sequitur primam causam esse omni enti immediate unitam.

34. Quod si inquiras: an diuinitus valeat agens producere effectum in passu distans, non producendo illum in passu indistanti? Respondeo probabilem esse valde partem affirmatiuam: ut de humanitate Christi Domini docent plurimi Theologi. Cæterum entitas quæ non operatur per eleuationem; sed per virtutem sibi connaturalem, semper operatur prius in passum indistans, quam in passum distans: vnde rectè D. Thom. 1. p. q. 8. a. 1. & 3. contra Gentes, cap. 66. colligit immediatam præsentiam Dei in omnibus rebus ex

immediata operatione primæ causæ: quia superfluum est primam causam eleuari supra modum connaturalem operandi.

§. VI.

Fundamenta Scoti proponuntur,
& dilantur.

35. **P**rimum Scoti fundamentum sumitur ex eo quod multoties effectus, qui est intra spheram, seu adiuuitatem agentis, producitur in passu *distans*, absque eo quod producatur in *indistanti*: nam Sol producit in aere calorem, quem non producit in cælo; & similiter producit aurum, & argentum in visceribus terre, absque eo quod illa producat in aere, vel in alio passu indistanti: ergo agens solum exposcit passum intra spheram propriæ actiuitatis, ut in illo proprios producat effectus. ¶ Nec valet dicere hæc omnia producere Solem *mediate*; videlicet, medio lumine, quod *immediate* producit in passu sibi propinquo. ¶ Non (inquam) valet: quia lumen non est qualitas productiua; alias produceret sibi simile in omni passu sibi coniuncto: quod est contra experientiam: experitur enim lumen non producere sibi simile in partibus coniunctis, quæ per lineam rectam non respiciunt luminosum; licet huiusmodi partes sint debite approximata subiecto illuminato: ergo lumen non est qualitas produci-

Disputatio quarta. *Quaestium. appendix.*

na; sed luminosam producit lumē etiam in partibus distantibus.

¶ Nihilominus respondetur admittendo solutionem traditam: & ad replicam dico; quod cum lumē sit virtus Soli subordinata, habet modum concurrēdi determinatum: videlicet, secundum talem subordinationem; ita vt producat lumen in partibus, quæ per lineam rectam obijciuntur Soli; sicut impetus impressus lapidi impellit partes aëris, quæ sibi obijciuntur per anteriorem partem, & non per partes laterales: quia operatur vt virtus subordinata proijcienti, quod intendit medio illo impetu tangere rem sibi obiectam per lineam rectam.

36. Secundum à ratione sic procedit: quia si agens non producit effectum in passu distante immediatè, sequitur, quod nullam agēs habeat determinatam aëtiuitatis sphaeram; consequens est falsum: ergo & quod non agat in passum distans. Probatur sequela. Agens producit effectum in partem immediatè sibi propinquam, & rursus illa pars producit effectum in aliam; & cum omne agens possit

producere effectum in passum sibi coniunctum, & immediatum; illa ex se poterit in infinitum se extendere: ergo non datur primi agēris sphaera determinata. ¶ Respondetur negando sequelam: nā agēs, quod vt causa principalis producit in virtute propria aliquē effectum, non habet per se; sed per accidens sphaeram determinatam: vt patet in igne, qui in ligno sibi immediato producit alium ignem; & rursus ignis productus valet similem ignem producere, si habet combustibile rectè dispositum; & sic in infinitum. Ceterum cum effectus immediatus operetur subordinatus principali agenti; licet producat sibi simile *in essētia* in passu distante; non tamen producit sibi simile *in gradu*: & ideo *uniformiter difformiter* minuitur effectus vsque ad debitam distantiam, in qua terminatur aëtiuitas producētis principalis: vt videre est in Sole, qui in parte sibi propinqua producit lumen perfectius quod potest; & media illa parte producit in distantibus lumen non ita perfe-

ctum, & sic deinceps.

QVINTA

DE CAUSA EXEMPLARI.

Hæc causa exemplari latè disputant Doctores cum Angelico Magistro. 1. p. q. 15. a. 1. & 2. quæ propter hanc disputationem breuiter absolua; explicando solum ea, quæ necessaria sunt, ad complementum philosophicæ doctrinæ. Exemplar ergo (in omnium Philosophorum ore) est, id quod agens imitatur, quando producit effectum determinando sibi finem; ut cum artifex conficit domum, illud quod imitatur, & ad cuius similitudinē domus producit, dicitur exemplar, & causa exemplaris domus: de hac ergo præsentem excitamus disputationem.

QVÆSTIO VNICA.

Quid sit causa exemplaris?

§. I.

Pro decisione difficultatis prænotantur aliqua obseruatione digna.

1. Angelicus Doctor de veritate q. 3. a. 1. sic definit exemplar: *exemplar est forma, quam effectus imitatur, ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Particula forma ponitur ad denotandum similitudinē inter effectum, & causam exemplarem esse secundū formam attendendam. Ly quam imi-

Tom. 1. pars 1.

tatur stabilitur ad denotandum effectum fieri ad similitudinem, & imitationem causæ exemplaris. Ex intentione agentis ponitur ad excludendas formas, (quibus casualiter assimilatur effectus) quæ non habent essentiam causæ exemplaris. Determinantis sibi finem, stabilitur ad denotandum causam exemplarem non habere locum, nisi in agentibus, qui operantur per intellectum, & voluntatem: nam omnia alia non determinant sibi finem; sed tendunt in finem à natura illis stabilitum.

2. Secundo est supponendum, quod in his, quæ non casu operantur, agens semper intendit producere sibi simile secundum formam: nam ut docet Diuus Thomas. 1.

Disputatio quinta. *Questio unica.*

p. q. 15. art. 1. o. in agentibus naturalibus, forma, cui effectus assimilatur, est in agente secundum esse naturale: ut cum Leo generat Leonem: in alijs vero effectibus artificialibus forma non est in agente secundum esse naturale; sed secundum esse intelligibile: nam forma cathedræ ab artifice formandæ, non est in illo secundum esse naturale; sed secundum esse intelligibile: unde talis forma potest dici illa cathedræ: quia artifex intendit cathedræ assimilare formæ, quam mente concepit.

3. Tertiò est supponendum, plura inueniri in his, quæ per arte in fiunt, de quibus indagari valet: an habeant rationem causæ exemplaris: nam aliquando artifice proponitur aliquid extrinsecum, ut ad similitudinem, & imitationem illius operetur: semper tamen reperitur species impressa: quæ determinat in differentiam intellectus operantis ad cognitionem rei cuius est species; & etiam datur cognitio, qua potentia unitur obiecto representato; & rursus species expressa, seu terminus intellectiõnis, in quo (tanquam in termino intrinseco) res redditur cognita, & præsens intellectui: ut docet Diuus Thomas, opusc. 13. & denique ipsa res, cuius productio intenditur, in quantum præcognoscitur.

4. Quartò est supponendum cum Diuo Thoma, q. 8. de potentia, ar. 1. quatuor esse necessaria in intellectu ad cognitionem: videlicet, species impressa, quæ determinat in-

tellectum; ipsam intelligere, quod dimanat ab intellectu formato; conceptus mentis, seu species expressa, in qua obiectum representatur, & cognoscitur; & denique obiectum in tali specie intellectum: & ratio huius est: quia operatio vitalis, (qualis est intellectio) nõ valet elici nisi ab intellectu informato per speciem impressam obiecti vicariam: cum ab obiecto, & potentia paratur notitia; sed hæc intellectio non coincidit cum specie expressa, seu verbo formato ab intellectu: tum quia species expressa, & non intellectio, est similitudo formalis, & terminus intellectiõnis: tum quia talis species est formata ab intellectu media intellectiõne: tũ quia species expressa tenet se ex parte obiecti, & intellectio ex parte potentia: ergo ad intellectiõnem concurrunt, species impressa, verbum mentis, & obiectum in tali conceptu intellectum. Quod ergo nunc in dubium vertimus, est; quid horum induat formalem, & propriam exemplaris rationem?

§. II.

Doctorem Placita.

5. **H**is prænotatis, Scotus in 2. distinct. 35. q. 1. & O Kam ibidem, q. 3. (cum alijs ex Scotistica schola) asserunt, causam exemplarem esse effectum, in quantum præsupponitur præcognitus ad productionem sui: itaque (iuxta hanc sententiam) cum artifex intendit produ-
cere

cerè domum; ipsa domus, quatenus præsupponitur cognita, habet rationem causæ exemplaris, respectu sui, quatenus producit, & causatur ad extra.

6. Secundum placitum affirmat, causam exemplarem esse cognitionem, & speciem expressam intellectui intrinsecam, quam artifex prius format in se, & deinde ad similitudinem illius producat effectum. Itaque (iuxta hanc sententiam) cum artifex intendit producere domum, primò format in se conceptum, & imaginem domus; & postea producit effectum huic imagini similem: ita ut imago, & non entitas cognita, habeat rationem exemplaris. Hunc modum sentiendi tenet Alexander 2. p. q. 26. membro. 4. ar. 1. Divus Bonaventura, in 1. dist. 35. ar. 1. q. 1. Capreolus, dist. 36. q. 1. art. 1. ad 1. Durandi, contra tertiam conclusionem, Suarez. disputa. 25. sect. 1. à num. 9. vsque ad finem.

7. Tertium placitum defendit, causam exemplarem esse rationem aliquam obiectivam, quam imitatur effectus, distinctam ab entitate effectus; itaque (iuxta hanc sententiam) cum artifex operatur, causa exemplaris est aliqua forma existens obiectivè in intellectu, quam effectus imitatur. Ita Caietan. 1. p. q. 15. art. 1. Ferrara. 1. contra Gentes, cap. 54. Egidius, in 1. dist. 36. q.

5. Richardus, ibidem, art. 1. quaest. 2. & alij ex recentioribus.

(. . .)

Tom. 1. pars 1.

§. III.

Proprium iudicium

8. Quarta sententia (quæ pro resolutione amplector) docet, causam exemplarem esse similitudinem cognitam, ut imitabilem ab effectu, ex intentione agentis; taliter, ut similitudo effectus producendi, in specie expressa cognita ut imitabilis, sit verè, & propriè causa exemplaris per modum actus primi; & cognitio, & intentio, sint conditiones simpliciter requisitæ ad causandum.

9. Sed antequam ex rationibus constet nostræ resolutionis veritas, nota ex Divo Augustino lib. 83. quaest. quod *exemplar* latinè, idè est *quod forma*: hæc autem (in præfenti) non sumitur ut principium essendi; sed ut principium assimilandi: quia principium essendi significat formam, qua agens operatur: exemplar verò solum significat formam, quam agens concipit, & ad cuius similitudinem operatur.

10. Nota secundò, speciem expressam, necessariam ad cognitionem similitudinis imitabilis, non intrare *per se*, sed *per accidens*, ad constitutionem causæ exemplaris. Ratio est: nam species expressa essentialiter respicit obiectum in illa repræsentatum, per modum signi, seu medij: tum quia essentialiter spectat ad lineam modi sciendi formalis: tum quia est expressio

Disputatio quinta. Questio unica.

formalis obiecti cogniti; sed exemplar ut tale non ordinatur ad rem factam ad sui ipsius similitudinē: tum quia causa non ordinatur ad effectum; sed potius effectus ad causam: tum quia exemplar est mensura rei exemplata: ergo species expressa de formali nō intrat ad exemplaris causā essentialiter. Ex hoc notabili sequitur germanus nostrā peculiaris sententię sensus: nam si similitudo existens in specie expressa accipitur prout ordinata ad obiectum in illa representatum, vel prout habet rationem signi formalis, tunc essentialiter explicat munus speciei expressa; si verò accipitur cum in dependentia, ut principium assimilandi, tunc exercet essentialiter munus causae exemplaris.

11. Et quod iuxta nostram mentem sit Divus Thomas, constat ex 1. p. q. 15. art. 2. o. vbi sic decantat vox angelica. *Sic igitur oportet, quod in mente divina sint propriae rationes omnium rerum: unde dicit Augustinus in libro 83. questionum: quod singula proprijs rationibus à Deo creata sunt: unde sequitur, quod in mente divina sint plures ideae: hoc autē quemodo divinae simplicitati non repugnet, facile est videre: si quis consideret ideā operari, esse in mente operantis, sicut quod intelligitur; non autem sicut species, quae intelligitur: forma enim domus in mente edificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinē domum in materia format: ergo iuxta mentem Divi Thomae exemplar,*

seu forma domus ab artifice intellecta, non est species, seu similitudo, qua intelligitur domus; sed sicut quod intelligitur: ergo similitudo expressa nō ut ordinata ad obiectum *ut quod*, sed ut independens, & *ut quod*, exercet munus causae exemplaris. Et quod talis similitudo *ut quod* sit species expressa, in qua intelligitur obiectum: constat: tum ex Divo Thoma in eodem loco ad 1. vbi docet: *quod idea non nominatur essentia divina, in quantum est essentia; sed in quantum est similitudo*: tum ratione: nam similitudo, ut cognita, habet rationē idē, seu exemplaris; sed sola similitudo expressa quae se tenet ex parte obiecti valet esse ab intellectu cognita: ut dixi in parva summa. 1. lib. cap. 3. de signo.

12. Ratione ergo probatur nostra assertio. Exemplar est forma, quam imitatur effectus, ex intentione agentis; sed effectus ex intentione agentis solum imitatur similitudinem ut inevitabilem cognitam: cum exemplar semper sit aliquid obiectivē existens intellectu: ergo solum haec similitudo, ut imitabilis, & ut independens, constituit essentialiter causam exemplaris: utique quia haec ut dependens, & ut ad obiectum ordinata non exercet munus causae ex se independentis; sed signi, seu speciei expressae ex se dependentis.

14. Secundò probatur ex insufficientia aliarum opinionum: nam prima sententia, vel intelligit nomine

mine effectus similitudinem à nobis præsignatam, pro essentia causæ exemplaris; vel intelligit obiectum talis similitudinis, ut obiectivè cognitum: si primum, non differt à nostro modo sentiendi, si similitudinem effectus ut independentem cognoscit: secundum non potest sustineri: nam effectus producit ad similitudinem causæ exemplaris; sed effectus non valet produci ad similitudinem sui; sed ad similitudinem alterius; (iuxta illud Geneleos. 1. *ad similitudinem quippe Dei factus est homo*: ergo effectus, ut obiectivè cognitus in specie, non spectat ad constitutionem causæ exemplaris.

14. Secundò hæc sententia improbabilis apparet: quia in Deo ponit exemplaria ab essentia divina realiter distincta, contra communem Patrum consensum: ergo effectus ut à similitudine ipsius distinctus non obtinet exemplaris munus.

15. Secunda sententia displicet etiam: quia non valet in illa intelligi, quomodo effectus imitetur, ex intentione agentis, exemplar prius cognitum: nam cum agēs intendit producere effectum imitationem causam exemplarem, debet ipsam exemplarem causam cognoscere, & respicere; & hoc nõ apparet respectu speciei expressæ à cognitione indistinctæ: quia hæc solum potest cognosci per actum reflexum; & experiètia docet, agens absque cognitione reflexa posse producere effectum, qui, ex inten-

tione agentis, imitetur obiectum cognitionis, & non cognitionem: ergo cognitio, ab specie expressa in distincta, vel è contra, non constituit causam exemplarem.

16. Nec solutio aliquorum asserentium, semper esse cognitionem reflexam in his operationibus, est sufficiens: Tum quia est contra experientiam: tum quia cognitio, directè attingens similitudinem obiecti, valet producere effectum ad instar talis similitudinis: nana cum artifice proponitur aliquid extrinsecum imitandum, præcipue intèdit imitationem illius extrinseci exemplaris, & non imitationem intrinsicam cognitionis supra quam regulariter non reflexitur: ergo cognitio, ab specie expressa in distincta, non valet induere munus causæ exemplaris.

17. Tertia sententia etiam est improbabilis: tum quia expressè opponitur Doctori Sancto: nam ipse (loco supra citato) ait: *videam non esse essentiam divinam, in quantum est essentia; sed in quantum est similitudo*: ergo iuxta mentem Doctoris Sancti exemplar non est ratio aliqua obiectiva, à similitudine distincta; sed est similitudo ab intellectu cognita, ut ratio obiectiva ad instar illius operetur: tum quia hæc ratio obiectiva, ab effectum producta, & à similitudine expressa illius distincta, superflua est: cum similitudo illius, ut præcognita, sit sufficiens forma ab effectum imitabilis.

§. IV.

Argumenta Scoti proponuntur,
& diluuntur

18. **P**ro prima sententia infurges primo. Cum Deus, ut supremus artifex, operatur ad extra operatur effectum similem cause exemplari; sed respectu Dei non habet rationem exemplaris aliquid distinctum ab entitate producta; sed eadem entitas, quatenus præsupponitur cognita per intellectum diuinum, est causa exemplaris sui: ergo idem est dicendum de alijs agentibus operantibus per intellectum, & voluntatem. Minor probatur. Exemplar est forma quam imitatur effectus; sed effectus productus à Deo non imitatur aliquid existens formaliter in Deo: quia hoc est eminentissimæ rationis, & non potest imitari à creatura: ergo imitatur aliquid solū obiectiuè existens in intellectu diuino: ergo imitatur effectum obiectiuè existentem in mente diuina. Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: Ad probationem etiam concedo maiorem: & nego minorem: nam essentia diuina, ut imitabilis à creaturis, exercet, respectu diuini intellectus, rationem causæ exemplaris: ut vidit Angelicus Magister, q. 3. de veritate, a. 1. ad 10. vbi sic facit ex nostro Anselmo: *ad deum cum dicendum; quod in entitate Anselmi est dicere quod in verbo non est se-*

milicudo sumpta à rebus ipsis, sed omnes veram formam sunt sumpta à verbo: & ideo dicit, quod verbum nax est similitudo rerum; sed res sunt imitationes Verbi.

19. Dices. Essentia diuina non est idea perfecta creatorarum: cum à illis non sit perfecte imitabilis: ergo absolute non est idea creatorarum: quia implicat aliquid formaliter esse in Deo, & secundum illam rationem non esse infinite perfectum. Respondetur negando antecedens: quia Deus secundum se est infinite perfectus; etiam in ratione ideæ: nam limitatio in imitatione tenet se solū ex parte creaturæ, quæ non valet adæquare imitabilitatem Dei, propter limitatum modum habendi esse, & perfectionem: unde sequitur essentia diuinam esse summè perfectam in ratione exemplaris quia si quis artificii proponeret imaginem valde perfectam, & effectus ab ipso productus non imitaretur adæquate imaginem, propter imperfectionem operantis, vel propter imperfectionem materie, exemplar non diceretur imperfectum in suo genere; sed potius valde perfectum: quia effectus ab artifice in arte non valet adæquate imitari causam exemplarem.

20. Infurges secundo. Effectus producendus præexistit in intellectu obiectiuè, ante productionem; sed in quantum præexistit, determinat sufficienter principium ad productionem tum: quia intellectus sufficienter determinatur per effectum.

esse tum ad producendum hanc entitatem, potius quam aliam: tum quia effectus determinat (in quantum præsupponitur cognitus ex parte obiecti) ut voluntas intendat hunc finem, potius quam alium: ergo superflue assignatur alia ratio causæ exemplaris concluditur.

¶ Respondetur negando in incorem: nam effectus, ut præexidens in intellectu, non determinat intellectum in genere causæ exemplaris, sed finalis, ad sui productionem: unde sola similitudo effectus potest in genere causæ exemplaris concurrere ad productionem sui.

21. Ex quo colliges discrimen quod veritatur inter causam finalem, & exemplarem: quod finis est effectus intentus, & productus: nã eandem domum producit, & conficit artifex, quam prius intendit producere: cæterum non intendit producere artifex, domum, quam ut imitabilem cognoscit: & ideo effectus in quantum præcognitus mouet in genere causæ finalis; non vero in genere causæ exemplaris: quia licet producat, quod intenditur; non tamen producit id ad cuius similitudinem intendit artifex producere effectum. ¶ Aliud etiam discrimen reperitur, ex parte rationis formalis, inter finalem, & exemplarem causam: nam aliud est fieri propter aliud, quod est proprium finis; & aliud fieri ad imitationem alterius, quod est proprium causæ exemplaris: unde causa finalis causat ut mouens, attrahens, &

aliciens ad sui productionem: at vero exemplaris causa causat ut imitabilis, vel ut mouens ad sui imitationem.

§. V.

Argumenta Patris Suarez referuntur, & refutantur.

22. Pater Suarez primò adducit pro se Diuum Thomam 1. p. q. 16. a. 1. ubi inquit: *in quibusdam agentibus præexistit forma rei faciendæ secundum esse naturale; in quibusdam vero secundum esse intelligibile: ut in his, qui agunt per intellectum; sicut similitudo domus præexistit in mente artificis, & hæc potest dici idea domus: ergo ex mente Diui Thomæ forma rei faciendæ, seu exemplar est cognitio exprimens rem in esse intelligibili.* ¶ Sed hoc testimonium (si rectè inspiciatur) pro nostra est resolutione: nam forma in esse intelligibili, quam effectus valet imitari ex intentione operantis, non est cognitio, tenens se ex parte potentia; sed species expressa, à cognitione distincta, ex parte obiecti se habens: & ne videatur hæc expositio Angelici Doctoris verba alienare, immediatè reddit rationem: *quia artifex intendit domum a similitudine formæ, quam mente concepit; & cognitio nõ est forma, quam mente concepit, sed conceptio mentis: nisi cum nostra sententia dicas, imaginem, seu speciem expressam, distingui à cognitione, & esse illius terminum.*

23. Ar-

Disputatio quinta. Quæstio unica.

27. Argues secundo in gratiam Patris Suarez. Causa exemplaris non est res obiectiue cognita, aut obiectum existens in mente artificis: ergo est cognitio, vel imago expressa existens in intellectu operantis. Consequentia est nota: nã causa exemplaris semper est aliquid existens in intellectu. Antecedens probatur: nam exemplar non est entitas effectus, nec alia, ad cuius imitationem producitur: ergo nõ est entitas existens obiectiue in intellectu. Antecedens probatur quoad primam partem: quia in Deo causa exemplaris non est effectus producendus, quatenus obiectiue præexistit in mente diuina; cum ex sententia Patrum, & Theologorum (vno, aut altero excepto) idea, seu exemplar, in diuinis semper sit aliquid increatum, & diuinum: ergo exemplar non est effectus, in quantum cognoscitur ab intellectu diuino: cum effectus cognitus ab intellectu diuino non sit aliquid infinitum, realiter cum essentia diuina identificatum. Secundo probatur eadem pars ratione. Causa exemplaris est vera causa effectus producti; sed idem effectus, in quantum obiectiue existit, non est vera, & propria causa sui: (cum inter causam, & effectum debeat esse realis distinctio) ergo causa exemplaris non est effectus obiectiue cognitus. Tertio. A Deo omnia creantur secundum exemplar, & formam, quam imitatur: ergo si forma, & exemplar est aliquid à Deo distinctum, non solum

Deus, sed causa exemplaris ab ipso distincta, concurrit ad creationem: quod est falsum: quia ad creationem solus Deus concurrit.

Ex hoc medio etiam liquet secunda pars antecedentis: & amplius probatur: quia exemplar est aliquid cognitum, quod imitatur effectus; vel est ipsa essentia diuina, quæ est primum obiectum intellectus diuini; vel sunt creature, quæ secundo cognoscuntur, & obijciuntur intellectui diuino; neutrum dici potest: ergo absolute est dicendum ideam in Deo esse formaliter intellectiõnem, seu speciem expressam in distinctam. Minor quoad secundam partem patet ex præcedentibus: & quoad primam probatur: quia essentia diuina (in quantum virtualiter, seu secundum rationem, distinguitur ab intellectu diuino) solum virtualiter, & eminenter, vt causa efficiens, continet creaturas; sed exemplar (vt ex dictis constat) exigit conuenientiam propriam, & perfectissimã: ergo intellectio, seu species expressa, ab intellectu in distincta, & non aliquid ab illa distinctum, habet rationem exemplaris: quia intellectio tantum est imago, & representatio perfectissima proprii obiecti.

Respondetur negando consequentiam, loquendo de specie ab intellectu in distincta: nam species expressa, vt identificata cum intellectu, non se tenet ex parte termini, seu obiecti; sed ex parte principij, seu potentie: & sic regula-

gulariter loquendo) non deseruit ad hoc, vt in illa intellectus exemplaris causa perfectiones percipiat: unde sola species expressa, distincta à cognitione, valet exercere munus causæ exemplaris. Antecedentis probationes nihil, vel parum aduersus nostram conuincunt resolutionem; & ideo breuiter ad omnes dico, essentiam diuinam sub munere speciei expressæ esse imitabilem à creaturis *inadequate, & imperfectè*: nam quælibet creatura, secundum propriam speciem, aequaliter participat diuinæ essentiæ similitudinem. Vnde essentia diuina bifariè valet comparari ad creaturas: *primò* in quantum est natura, quæ eminenter continet omnem entitatem creatam, & creabilem; & secundum hanc rationem dicitur prima causa efficiens creaturarum. *Secundò* quatenus per imitationem agentis ad imitationem illius possunt produci creaturæ; & secundum hanc rationem dicitur, & est vera, & propria causa exemplaris creaturarum: quæ rationes distinguuntur in Deo *virtualiter*: nam in creaturis multoties vna sine alia reperitur: quia imago perfecta est imitabilis ab artifice; & tamen non potest esse principium effectuum alterius imaginis, nec dicitur continere, in virtute, aliam imaginem: atque adeò licet non commensuratur effectui, vt causa efficiens; commensuratur illi, vt exemplar.

§. VI.

Argumenta tertiæ sententiæ proponuntur, & diluuntur.

24. **P**RO tertiâ sententiâ insurges primò. In *moralibus*, exemplum est aliquid extrinsecum, quod preponitur imitandum: vt *virtutes*, & *acta sanctorum* proponuntur fidelibus imitanda, vt exemplaria virtutum: ergo in artificialibus exemplar est aliquid extrinsecum, quod proponitur imitandum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam operans per intellectum debet in se præhabere similitudinem, quam imitetur: aliàs deficeret à proprio modo operandi: quia (vt non semel docet Philosophus) *intellectus trahit res ad se; voluntas veri ad illas, vs operetur, fertur.*

25. Insurges secundò. Respectu Dei essentia diuina obiectiuè cognita exercet munus causæ exemplaris: ergo respectu creaturarum, aliquid obiectiuè præexistens in intellectu, per modum obiecti prius cogniti, tale exercet munus.

¶ Respondetur distinguendo antecedens: respectu Dei exercet munus exemplaris essentia diuina *vt imitabilis*, vel *vt exercet rationem speciei expressæ*, concedo antecedens: *vt obiectum in specie cognitum*, nego antecedens: & consequentiam: nã frustra assignatur à Thomistis obiectum pro exemplari; quando similitudo in specie expressa existens sufficit, ad exemplaris causæ rationem: vt vidimus in rationibus *nostræ conclusionis.*

DIS:

DISPUTATIO
S E X T A
DE CAUSA FINALI.

Vltimo loco occurrit disputatio de causa finali, quæ, licet sit in intentione prima; tamen in executione est postrema, & vltima. De hac latè disputant Theologi cū D. Thom. 1. 2. q. 1. per totam: nos autem de illa solum quæ necessaria sunt ad complementum philosophicæ doctrinæ disputabimus: nimirum eius realitatem, in ratione causæ potentis causare; eius etiam causalitatem; & tandem quomodo se habeat finis respectu omnium agentium naturalium.

QVÆSTIO. I.

An finis sit vera causa realis?

§. I.

Quid, & quotuplex sit finis?

1. **F**inis, qui voluntatem allicit, (nedum ad sui amorē, sed etiam ad executionem mediorum) sic definitur ab Aristotele, cap. 3. text. 31. *finis est cuius gratia aliquid fit*: id est, finis est, propter quem omnia operantur: vt cum aliquis ambulat propter sanitatem; sanitas dicitur finis deambulationis: quia eius gratia deambulatio fit.

2. Hic prima sui diuisione particitur in finem *formalem*, & *obiectiuum*: formalis est consecutio rei intentæ: obiectiuus vero dicitur entitas, quæ vt consequibilis intenditur: vt beatitudo dicitur finis formalis *creaturæ intellectualis*;

& Deus finis obiectiuus illius. Sed certè finis formalis, & obiectiuus nō sunt diuersi fines; sed *constituunt vnū finem quasi integrum*, & *adequatum*: quia totum hoc: scilicet, *Deus, clarè visus*, habet rationem vltimi finis, respectu creaturæ intellectualis.

3. Secundò diuiditur finis in finem *cuius gratia*: & in finem *cui*: finis *cuius* est illa entitas, aut bonitas quæ per se intenditur, & cuius gratia reliqua fiunt: vt cum aliquis sumit potionem amarā propter sanitatē: sanitas dicitur finis *cuius gratia*: quia gratia sanitatis sumitur potio: & homo dicitur finis *cui*: quia homini sanitas desideratur, & intenditur: atque ad eō semper finis *cui* est obiectum, (aut quasi obiectum) finis *cuius*: vt constat in supradicto exemplo.

4. Denique diuiditur finis, in *ultimum*, & *non vltimum*: *ultimus* est, qui

qui propter se, & nō propter aliud intenditur: *non ultimus* est, qui ita intenditur, ut valeat propter aliud intendi: v.g. finis ultimus avari est pecuniarum possessio: quia hanc intendit, ut ibi sistant: at vero respectu liberalis eadem possessio est finis *non ultimus*; quia possessionem pecuniae intendit, ut suo tempore liberaliter distribuat.

5. Dices, De ratione finis ut sic, est, *quod gratia ipsius sint alia*; sed finis non ultimus est gratia finis ultimi: ergo finis non ultimus non habet rationem finis constitutivam. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: finis non ultimus est gratia finis ultimi, *materialiter, & specificative*, concedendo minorem: *formaliter, & reduplicative*, nego minorem: & consequentiam: nam finis nō ultimus, *non ut formaliter finis, sed ut formaliter mediū*, respicit ultimum: nullum ergo datur inconueniēs in hoc, quod eadem res induat respectu diuersorum formalitates finis, & mediij: ut constat in collega studioso, qui appetit sanitatē propter studium, & studium propter Dei cognitionem: tunc studium respectu sanitatis habet rationem finis; & respectu Dei cogniti habet rationem mediij: propter hoc ergo dixit D. Thomas; quod, *sicut se habet principium in speculabilibus, sic se habet finis in operabilibus*: nam sicut in speculabilibus eadem res potest esse principium, & conclusio alterius principij: (ut videre est in principijs non primis) sic

in operabilibus, eadem res potest induere rationes finis, & mediij.

6. II.

Quod nam sit voluntatis obiectum?

6. **V**T certum suppono (cum D. Thom. 1.2. q. 8. ar. 1.) voluntatem ordinari per se ad bonum conueniens tanquam ad obiectum, seu finem proprium: & ratio est: nam nemo appetit id quod et non est conueniens; sed malum ut malum non valet a voluntate appeti ut conueniens: ergo solum bonum valet ab illa appeti ut conueniens. Maior constat primo ex Parente Anselmo, in Monologio. cap. 1. ubi sic satur: *verum si equus, quia est fortis, aut velox, bonus est; quo modo fortis, & velox latro malus est? potius igitur quemadmodum fortis, & velox latro idēo malus est, quia vorax est; ita fortis, & velox equus idēo bonus est, quia utilis est*: ergo ex mente nostri Anselmi bonum quod a voluntate debet appeti est solum bonum conueniens. Cōstat secundo experientia: nam nullus appetit nisi id quod est illi conueniens: quare nec homo appetit paleas, nec bos carnes; etiam si sint transcendentaliter bonae. Ex quo colligo (cum Ioāne a Santo Thoma) voluntatē non recipere tanquam finem bonum transcendente sub conceptu absoluto: cum hoc possit esse voluntati disconueniens: ut constat ex ratione nostrae conclusionis; sed bonum sub conceptu relati-

tino;

Disputatio sexta. *Quaestio prima.*

si hoc est, sub formalitate convenientis.

7 Dices. 1. Voluntas amore amicitiae non respicit utilitatem propriam: (cum hoc sit proprium amoris concupiscentiae): ergo obiectum per se voluntatis non est bonum sub conceptu relatio convenientiae, sed sub conceptu absoluto bonitatis transcendentalis. Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam voluntas amore amicitiae non respicit amicum propter bonum transcendentalis in ipso repertum, sed propter bonum ei convenientem; non convenientiam utilitatis; sed familiaritatis, seu communicationis, quae (secundum quosdam) potest reduci ad utilitatis convenientiam; licet proprie sit bonum honestum: unde amor amicitiae respicit bonitatem amici; & ut cum illo habeat familiaritatem, & communicationem; & etiam ut amico deseruiat: ecce qualiter amor amicitiae duplici ex capite respicit bonitatem amici ut respectivam; absque eo quod accedat ad amoris concupiscentiae imperfectiones.

8. Dices secundò. Voluntas actu odii respicit malum, vel bonum sub ratione mali; sicut actu amoris respicit bonum, vel malum sub ratione boni; ergo obiectum voluntatis abstrahit à bono, & malo; sicut à bono honesto, utile, & delectabile. Respondetur distinguendo antecedens: voluntas actu odii respicit malum indirectè, & secundario, concedo antecedens; directè, & prima-

rio, nego antecedens; & consequentiam: nam voluntas odio habet malum; v. g. infirmitatem, propter amorem bonitatis in sanitate repertae. unde, sicut in logica datur actus secundarius, (scilicet, constructio syllogismi) facta propter actum primum, hoc est propter speculationem, & etiam obiectum secundarium; scilicet, syllogismus ut constructibilis propter obiectum primum, videlicet, propter syllogismum, ut speculabilem, sic in voluntate datur actus secundarius, scilicet, actus odii, propter primum, factus; & obiectum secundarium, videlicet malum, attractum propter bonum, ab actu secundario voluntatis. Potest hoc etiam explicari in Theologia, quae indirectè, & secundario agit de peccato. Et denique in Medicina, quae indirectè, & secundario agit de venenis.

9. Replicabis, Nulla potentia, nec medio actu secundario, potest extrahi extra sphaeram adaequatam sui obiecti: ergo si bonum est obiectum adaequatum voluntatis, nec medio actu secundario potest voluntas respicere malum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam potentia, quae indirectè respicit rem suo obiecto oppositam, propter perfectiorem sui obiecti attentionem, non extrahitur extra sphaeram sui obiecti adaequati: ut constat in exemplis in argumento alijatis.

10. Dices tertio. Damnati appetunt

tunt carentiã Dei, & propriij esse; & similiter qui se occidit appetit non esse; sed carentia divini esse, & propriij esse habet simpliciter ratione mali; ergo non solum bonũ, sed etiam malum, est per se voluntatis obiectũ: cum sint hæc mala ab actu directo, & primario voluntatis tractat. ¶ Respondetur distinguendo maiore: damnati appetunt carentiã Dei, & propriij esse simpliciter, & absolute, seu secundum se, nego maiorem: ut coniunctam cum infelicitatis proprie carentia, concedo maiore: & distinguo minorem: hoc est simpliciter malum, & secundum se, vel, si ab intellectu increato, qui res sicuti sunt, percipit, consideretur, concedo minorem: si consideretur hoc malum, ut coniunctum cum carẽtia propriæ infelicitatis, vel ab intellectu creato, & imperfecto, nego minorem: & consequentiam: nam carẽtia propriij esse, imo & ipsius Dei, non ut coniuncta cum carentia beatitudinis; sed ut coniuncta cum carentia suæ miseriæ, vel infelicitatis appetitur à voluntate sub ratione boni convenientis ad sua supplicia euadenda: non aliter ac peccatũ, (quod simpliciter malum est) appetitur à voluntate: quia apprehenditur sub ratione boni convenientis.

11. Replicabis. Carẽtia alicuius miseriæ non includit bonitatem positivam: ergo non potest allicere voluntatem. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: carentia alicuius miseriæ non includit bonitatem positivam secundum se, conce-

do antecedens: ut apprehensa, nego antecedens: & consequentiam: nam carentia mali apprehenditur ab intellectu ut quoddam bonum positivum, quod potest voluntatem mouere. Hanc solutionem tradit D. Thomas. 1. 2. q. 8. art. 1. ad 3. est que Philosophi. 5. ethic, ubi ait: quod carẽtia mali habet rationem boni.

12. Non quiesces. Voluntas est potentia libera: ergo potest respicere bonum, & eligere malum. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: est libera quoad exercitium, concedo antecedens: quoad specificationem, nego antecedens: & consequentiam: nam licet voluntas possit respicere, & non respicere malum; sicut eligere, & non eligere bonum; tamen non potest eligere malum, ut malum; sicut potest respicere in exercitio hoc bonum etiam, ut bonum. His suppositis, sit.

§. III.

Conclusio.

13. **F**inis est vera, & propria causa realis effectus, qui propter ipsam producitur. Est communis: & constat ex Philosopho, qui inter causas reales finalem numeravit causam. Et probatur ratione causa realis est illa, à qua effectus realis realiter dependet: (cum à causa rationis nequeat effectus realis dimanare) sed omnis effectus realis, (qui casu non fit



Disputatio sexta. Quæstioprima.

ab agente creato intellectiuo) dependet realiter à fine: utique quia agens solum operatur, ut finem intentum consequatur: ergo finis est vera, & realis causa. ¶ Confirmatur: nam materia proprie, & verò dicitur causa, *in suo genere*, alicuius effectus, quando effectus ex illa educitur: ergo similiter finis dicitur propria, & vera causa *in suo genere*, quando effectus propter ipsum producitur: utique quia non apparet, quare particula *ex* indicet dependentiam effectus à causa materiali; & particula *propter* non significet dependentiam effectus à causa finali.

14. Dices. Causa realis realiter debet distingui ab effectu causato: cum nulla res possit esse causa sui ipsius; sed finis nō distinguitur ab effectu causato: (cum ædificium in executione positum, sit effectus ipsius ædificij vt intentione apprehensi) ergo finis non est causa realis.

15. Aliqui respondent finem non esse causam realem respectu sui; sed solum respectu mediorum, & eorum, quæ preparantur ad finem. Sed contra est: nam finis, *vt in executione*, est effectus causæ efficientis propter finem operantis: ergo adhuc respectu ipsius finis vt in executione debet admitti causa finalis vera, & propria; sed multoties non datur alia, nisi finis *prout in intentione*: (vt constat ex dictis in argumento) ergo non solum mediorum; sed etiam

respectu sui datur causa finalis propria.

16. Quare alij magis probabiliter respondent concedendo maiorem: & negando minorem: & ad probationem negant antecedens: nam finis *qui v. g. sanitas* non habet rationem causæ finalis, nisi vt cōstituit vnum finem adæquatam cum fine *cui*: in qua acceptione realiter distinguitur finalis causa ab effectu causato: scilicet, à sanitate, in executione posita. Sed contra est: nam sicut finis *qui v. g. sanitas* ex se & absque fine *cui*, non habet rationem causæ; sic sanitas in executione ex se, & quasi in abstracto, absque eo quod sit in executione fini *cui* applicata, non habet rationem effectus: ergo ratione finis *cui* causa finalis nō est ab effectu causato realiter distincta.

17. Quare tertio, (& verius) respondetur, concedendo maiorem: & negando minorem. Ad probationem concedo antecedens: & nego consequentiam: nam nullum datur inconueniens in hoc, *quod nis in intentione causæ suspensum in executionis statu*: quia licet idem non possit seipsum in eodem statu causare; benè tamen si in diuersis statibus existat, secundum diuersas existentias: ratio est: nam magis distinguitur res existens in intentione à se ipsa in executione, ac vnum indiuiduum ab alio: nam in intentione solum habet *in potentia* esse, quod in executione *actu habet*; & sic, ab esse, in potentia, in intentione existenti, potest

potest dependere finaliter esse actuale in re existens. Explicatur hoc in specie impressa ab obiecto effectiue causata, quæ in esse intelligibili est idem numero obiectum; & tamen potest ab ipso causari quia est in diuerso statu; & ordine; sic res prout est in intentione allicit, & mouet causam efficiētem: ad essentiam, & existentiam realem & actuaalem, quam in intentione solum in potētia habet: quare res prout in intentione, actu distinguitur à se ipsa prout in executione, *distinctione qua ens distinguitur à non ente.*

§. IV.

Alique obiectiones.

18. **O**bjicies primo. Finis realiter non est principium: cū finis, & principium, inter se opponantur: ergo realiter nō est causa: cum (vt supra diximus lib. 1. disp. 1. q. 1 §. 1. n. 1.) *omnis causa sit principium.* ¶ Respondetur negando antecedens: nam finis vt in intētionē primus causat, & influit mouendo, & attrahendo voluntatem ad sui existētiā, vel amorem; & secundum hanc rationem ratio finis, & principij non opponuntur.

19. Objicies secundo. De ratione causæ realis est, quod per se, & realiter influat in effectum; sed finis realiter non influit in effectum: ergo finis non est causa realis. Maior probatur: quia vel influit realiter antequam sit, vel postquam iam

est; neutrum dici potest: ergo realiter non influit. Minor quoad primam partem probatur: quia quod non est, non influit; sed finis antequam sit, non est: ergo finis antequam sit, realiter non influit. Quoad secundam partem probatur minor: quia finis postquā iam est, non mouet ad sui prosecutionem: vt sanitas cum iam est, non mouet: cessat enim intentio finis, & illius desiderium, cum iam est cōsecutum: vt experientia docet. Si dicas finē realiter causare cum existit obiectiue: hoc est, cum cognoscitur, antequam realiter existat secundum propriam existentiam. ¶ Contra est: nam ex hac solutione manifestè sequitur intētum: quia quod existit obiectiue, solum secundum rationem est, & existit: ergo solum secundum rationem influit in effectum: vtique quia impossibile videtur causam secundum rationē existere, & realiter influere. ¶ Ad obiectionem respondetur negando minorem. Ad cuius probationem responderetur admittendo solutionem ibi traditam: nam *existentia obiectiua, seu intentionalis*, sufficit in causa finali, vt realis effectus ab illa realiter dependeat: ex eo autem quod finis existat, (vel apprehendatur vt in re existens) non sequitur, quod non possit finaliter mouere; licet non ad sui existentiam, bene tamen ad sui amorem. Vt videre est in essentia diuina, quæ non mouet voluntatem ad sui existentiam; sed ad sui amorem, seu con-

Disputatio sexta. *Quaestio prima.*

secutionem. Ex quo colliges, existentiam intentionalem, seu obiectiuam esse sufficientem ad influxum realem: nam id quod causat, & influit, est *bonitas finis apprehensibilis; & non apprehensio, seu existentia obiectiua*, quae solum exercet *conditiones minus*.

20. Obijcies tertio. Causalitas finis est motio metaphorica: vt testatur Philosophus. 1. de generat. text. 55. ergo finis non est causa realis; sed impropria, & metaphorica: aliàs principium non corresponderet actioni: quod ex se implicat: cum à causalitate denominatur, & dicatur aliqua entitas, causa. ¶ Si dicas motionem finis appellari metaphorica; non quia realis non sit, sed quia motio proprie dicitur talis, prout ab agēte. Verum quia explicatur à nobis causalitas finis ad modum motionis, & actionis; ideo dicitur motio metaphorica: nam cum proponitur magnum bonum; bonum propositum inuitat voluntarē, & attrahit, vel quasi mouet ad amorē sui; & huiusmodi attractio, dicitur motio, & causalitas finalis causae. Sed contra est: nam causalitates materiae, & formae explicantur, & cognoscuntur à nobis ad modum actionis, & motionis: (vtique quia dicimus materiam recipere quasi *ablinē*; & formam recipi *passinē*) & tamē huiusmodi causalitates non dicuntur actiones, nūt motiones metaphoricae: ergo causalitas finis (propter hanc rationem) non dicitur metaphorica motio sed

quia realiter non datur in rerum natura. ¶ Nihilominus bene supra, addendo causalitatem finis dici motionem metaphorica: quia finis secundum existentiam obiectiuam, & imperfectam; & non secundum reale, causat, & influit in effectum: non ergo datur incōueniens in hoc, quod est appellari causalitatem materiae, & formae, *motionem in propria*; sed quia iam vsus obtinuit, vt *motio metaphorica* stet pro causalitate finis; non semper huiusmodi causalitates sunt appellandae metaphoricae.

21. Obijcies quarto. Multoties ens rationis, v.g. *mōs aureus*, mouet voluntatem ad sui amorem: ergo causa finalis abstrahit à reali, & rationis. Primo respondent aliqui (ex nostra familia) concedendo totū, in quo nullum inueniunt incōueniens: nā sic cut bonum, quod est voluntatis obiectum, abstrahit de facto à vero, & apparētī; sic docēt, quod ens rationis, (quod apparētē est reale) potest exercere titulū causae finalis, iuxta quam solutionem alij etiam probabiliter respondent, bonitatem existimatam sufficere ad rationem causa finalis: nā in his causis, quae obiectiuē cōcurrunt ad effectum, non re & ē infertur ex realitate effectus, realitas causae; neq; ex formalitate rationis causae, formalitas rationis effectus: quia sentiunt sufficere entitatem aliquam concipi vt realem, vel ad modum entis realis, vt obiectiuē sit causa realis effectus

tus

tus: realiter ab ipsa dependentis. Sed tertio, (& verius) responde- tur, concedendo maiorem: & ne- gando minorem: nam ens rationis finalizans, habet bonitatem verā, & realem, ratione cuius finalizat, vel gratia cuius voluntas est ex- citata, & mota, ad finis amorem: unde licet concretum ex tali bo- nitate reali, falso subiecto appli- cata, sit ens rationis; tamen ratio formalis finalizandi, à qua forma- liter dependet effectus realis, rea- lis est. ¶ Explicatur hoc in deno- minationibus extrinsecis: vt pa- rtes intrinsecè dicitur visus à vi- sione, quæ licet realis sit; tamen intrinsecè huius formæ realis ap- plicatio, (necessaria ad hanc de- nominationem intrinsecam) rea- lis non est; imò nec concretum in- trinsecum ex tali forma reali re- sultans, reale est. Haud aliter in præsentī; licet concretum, scili- cet, *mons aureus*, sit rationis; tamen bonitas, *cōcretivè mouens*, realis est: cum sit bonitas realis auri, falso monti applicata. Hæc solutio non solum habet locum in bono vtili; sed etiam in honesto: nam quando intellectus proponit voluntati fur- tum, vt ex illo elemosinam tri- buat, tunc voluntas mouetur ex bonitate honesta reali, & vera, falso, & fictitiè furto applicata: quod idem accidit in omni pecca- to, quod licet intrinsecè malū sit; tamen intellectus fictitiè applicat ei bonitatem veram, & realem, vt media illa moueat.

21. Replicabis. Bonum in con-

Tom. I. pars I.

creto, & non bonitas in abstracto, est quod mouet voluntatē; sed concretum ex bonitate falso ap- plicata est ens rationis: ergo ens rationis est quod exercet munus causæ finalis. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & minorē: & distinguendo consequens: ens rationis exercet rationem finalis causæ *vt quod*, concedo con- sequentiam: *vt quo*, nego con- sequentiam: nam vt causa fina- lis absolutè dicatur realis, suffi- cit, quod ratio formalis finalizan- di, realis sit: vtique; quia concretum, si finalizat, solum finalizat de ma- teriali, & *vt quod*; & non ratione sui, sed ratione illius rationis for- malis veræ, & realis.

QVÆSTIO II.

An ratio formalis finalizandi, per mo- dum actus primi, sit apprehensio bo- nitatis; vel bonitas apprehensa; vel cō- cretum ex bonitate, tanquam ex ra- tione qua, & ex apprehensio- ne tanquam ex ratione sub- qua, resultans?

§. I.

Explicatur titulus resolviturque questio.

1. **E**X dictis quæstione antecē- denti constat, voluntatem non posse per se primò termini ad *malum vt malum*, tanquam ad ob- iectum *per se actuum*; licet possit ad illud indirectè terminari, tan- quam

Disputatio sexta. Quaestio secunda.

quam ad aliquid suo obiecto oppositum: nunc verò pro tituli luce suppono ex Augustino voluntatē nō posse ferri in incognitum, iuxta illud Philosophi *nihil volumus, quin precognitum*: nam nihil est à voluntate actatum, quod prius, per apprehensionem, non sit ei propositum: loquimur ergo nunc de apprehensione, seu *cognitione practica*, per quam intellectus proponit, & dicitur voluntati finem *hic, & nunc* esse amandum, & desiderandum: nam cognitio, & *propositio purè speculativa* finis non sufficit ad mouendam voluntatem. Nunc ergo quod inquirimus est: an apprehensio bonitatis sit *ratio formalis*, alliciens, & excitans voluntatem, per modum actus primi, ad bonitatis amorem? an verò solum sit *conditio indispensabilis*, vt bonum finaliter causet; sicut approximatio in causa efficiendi non est *ratio formalis* cauſandi; sed tantum *conditio indispensabilis*, vt causa efficiens producat effectum circa subiectā materiam.

2. Prima in hac re sententia defendit, propositionem practica bonitatis, & non bonitatem practice propositam, esse per modum actus primi *rationem formalem* finalizandi. Ita Auicena. 6. Metap. cap. 5. Medina. 1. 2. q. 1. ar. 1. Sotinas. 5. Metap. q. 2. Rubio in presenti. tract. 5. q. 5. Ad hanc sententiam potest reduci opinio asserentium, finem mouere *metaphoricè* voluntatem *mediatè*, & *quasi radicaliter*, ratione bonitatis; imme-

diatè vero, & proxime ratione apprehensionis. vnde sicut in causa efficiente dicimus substantiam radicaliter esse operatiuam *ex se*, & proxime ratione accidētis; ita in causa finali defendunt; bonitatem ex se esse *radicaliter excitatiuam*; & proxime ratione cognitionis, seu propositionis *practicae*.

3. Secunda, (quam pro conclusione amplector) docet, bonitatem esse per modum actus primi rationem formalem finalizandi; apprehensionem verò esse tantum conditionem indispensabilem; redum per modum existentiae; sed etiam per modum approximationis: nam ratione huius apprehensionis *practice* proponentis nō solum habet finis existentiam obiectivam; sed etiam debite est approximatus volūtati, quæ aliquomodo dicitur passum respectu finis. Hanc docet Angelicus Magister. 1. contra Gentes. cap. 75. & 1. p. q. 2. 2. 1. ad 2. quem sequuntur Caietanus. 1. 2. q. 1. 2. 1. Ferrara. 1. contra Gentes. cap. 44. Iauellus. 5. Metap. q. 15. Suarez. disp. 23. estque communis inter Diui Thomæ discipulos. Ab hac sententia non differt Gabriel Vazquez. 1. 2. disp. 2. cap. 2. vbi addit limitationem, (quam ex Auctorib' propositis nullus negauit) scilicet, praedictam sententiam esse intelligendam, cum bonum non proponitur vt consequendum *per actum intellectionis*: quia tunc actus intellectionis etiā finaliter mouet. Vt constat in ultimo fine hominis, qui est

est Deus ut consequendus per visionem beatificam, quae est actus intellectus, & mouet voluntatem ad amorem, & prosecutionem sui. Ceterum haec limitatio impertinenter proponitur: quia Auctores huius sententiae solum negant propositionem practicam, per quam bonam immediate proponitur voluntati ut amandum, & considerandum, esse rationem formalem causandi finaliter; non tamen negant bonitatem cognitionis cui proponitur voluntati ut amandam, & considerandam esse rationem formalem causandi: ut cum aliquis desiderat speculatiue attingere obiectum, bonitas cognitionis, seu speculationis est ratio formalis causandi finaliter; non tamen practica cognitio qua proponitur talis bonitas: quia haec (ut diximus) solum est conditio necessaria.

4. Quoad primam partem probatur primò. Causalitas finis proprie manifestatur per hoc, quod est *appetit propter se*: ergo ratio formalis causandi in fine, est bonitas, quae *propter se* amabilis proponitur: utique quia bonum ut bonum; (& non cognitio, seu apprehensio practica) est quod *propter se* amatur: est enim *bonum* (ex Philosopho) *quod omnia appetunt*.

5. Probatur secundò. Illa est ratio formalis finalizandi per modum actus primi, quae voluntatem prouocat, & excitat ad illius consecutionem; sed bonitas obiecti, (& non obiecti propositio, seu cog-

nitio) est, quae voluntatem prouocat, & allicit: ergo bonitas obiecti, (& non obiecti propositio) est per modum actus primi ratio formalis finalizandi. Probo minorè. Quando intellectus proponit voluntati mulieris pulchritudinem; tunc voluntas non mouetur, nec excitatur à pulchritudinis cognitione, (quam in executione habet) sed ab ipsa pulchritudine: ergo pulchritudo apprehensa; (& non apprehensio pulchritudinis) est ratio formalis finalizandi per modum actus primi. Explicatur haec ratio alio simili. *Finis* (secundum Philosophum) *est ille, gratia cuius aliquid fit; vel est, propter quem eliguntur media, & executioni mandatur*; sed in sumus, v. g. non eligit, nec sumit potionem amaram propter sanitatis cognitionem; sed propter sanitatè: (utique quia ad sanitatis cognitionem non conducit potio amara, cum antecedenter ad potionis sumptionem talem habeat cognitionem) ergo bonum apprehensum; (& non ipsa apprehensio) est, quod per modum actus primi finalizat. Ex dictis colligo cognitionem, seu apprehensionem, per aliam cognitionem voluntati propositam, posse induere rationem formalem finis: & ratio est: quia cognitio obiecti in proposita, de formali non habet rationem cognitionis; sed obiecti cognitio, quod ratione propria entitatis potest voluntatem excitare, & mouere.

6. Dices pro aduersarijs, apprehensionem bonitatis non consti-

Disputatio sexta. Quæstio secunda.

tuere actum primum causæ finalis per modum rationis formalis quæ: cum hoc sit bonitatis munus proprium: (vt reætè probant rationes allatæ) secus verò per modum rationis formalis *sub qua*: nam bonitas, *sub apprehensione* mouet, & allicit voluntatem. Sed contra est primò: nã Doctor Sanctus. q. 27. de veritate. a. 1. ad 6. sic ait: quòd diuersitas apprehensionum per accidens se habet ad appetitinas vires distinguendas, nisi diuersitati apprehensionum diuersitas apprehensorum coniungeretur: ergo (ex mente Diui Thomæ) apprehensio nō est ratio formalis *sub qua*. Hæc consequentia probatur. Ratio formalis *sub qua*, est quæ per se dat actibus, & potentijs speciẽ, & distinctionem; sed (iuxta mentem Diui Thomæ) diuersitas apprehensionum *per accidens* se habet ad potentiarum appetituarũ distinctionem, absquẽ diuersitate apprehensorum: ergo (iuxta mentem Doctoris Sancti) apprehensio nō exercet in fine munus rationis formalis *sub qua*. Contra est secundò. Eadem caritas quæ est in via, est in patria: (vt constat ex distinctione à Diao Paulo. 1. ad Corinthios. cap. 13. assignata inter caritatem, & fidem: vbi ait: *Caritas nunquam excidit*) sed si apprehensio esset ratio formalis *sub qua*, caritas viq̃ esset à caritate patriæ distincta: cum quia D. Thomas. 1. 2. q. 67. a. 6. ad 2. ait: *caritatem nō habere pro obiecto ipsam cognitionem: sic enim non esset eadẽ in via, & in patria* cum quia in via bonitas diuina est ab actu

huius caritati proposita; in patria verò à lumine gloriæ specificè à fidei actu distincta: ergo si propositiones, vel apprehensiones sunt rationes formales *sub quibus*, caritas viæ est à caritate patriæ distincta, (nedum numericè; sed specificè) cum potentia, & habitus distinguantur per diuersas rationes *sub quibus*.

7. Huic rationi, & auctoritati respondit Magister Medina, diuersitatem, apprehensionum non sufficere ad actum voluntatis, seu caritatis diuersitatem; quando simul non datur apprehensorum diuersitas. Sed contra est: nã diuersæ rationes formales *sub quibus* in obiectis scientiarum; (etiam si sit cū vnitatem rationis formalis quæ) inferunt scientias, & habitus specificè diuersos: (vt cõstat in obiectis voluntatis, & intellectus) sed (in opinione Patris Medinæ) apprehensiones se habent vt rationes formales *sub quibus*; & res apprehensa per modum rationis formalis quæ: ergo diuersitas apprehensionum; (etiam si sit cum vnitatem rei apprehensæ) debet sufficere ad diuersitatem, (nedum numericam; sed specificam) actuum.

8. Dices secundo: prædicta argumenta solum probare, bonitatem esse principium radicale, & quasi præcipuum, cui principaliter tribuitur voluntatis motio; (sicut a Dio principaliter tribuitur substantiæ) non tamen probare, bonitatem esse rationem formalem proximã causandi. Sed contra est: nam bonitas

nitatis immediate, & propter se amatur, & desideratur à voluntate: tū quia voluntas non diligit, nec desiderat actum cognitionis; sed bonum propter se: tū quia finis mouet voluntatem vt obiectum, & bonum; vnde nō cognitio proponense exercet, respectu voluntatis, obiecti minus, sed ipsa bonitas proposita: ergo bonitas non solum est principium radicale; sed etiā formale, & proximum causandi.

2. Secunda pars nostrę assertionis sequitur ex prima: & amplius prouatur. Illa est conditio sine qua non, vel indispensabilis, sine qua causa non potest causare; sed bonitas, ab intellectu non proposita, non potest à voluntate amari: (cū voluntas ex se sit potentia cæca, quæ à bonitate in cognita nequit excitari) ergo apprehensio bonitatis non solum se habet per modum approximationis; sed etiā per modum existentie. Consequentia (quo ad primam partem) constat: nam sicut ignis, absque approximatione, nequit lignum calefacere; sic bonitas, absque apprehensione, (qua voluntati approximatur, & qua redditur ei indistans) nequit voluntatem allicere. Quo ad secundam partem probatur consequentia: nam finis (vt constat ex dictis) non exigit realem, & physicā existentiam; sed solum intentionalē, in apprehensione consistentem: ergo apprehensio non solum se habet per modum approximationis; sed etiam per modum existentie.

§. II.

Argumenta opposite sententię.

10. Primum sic procedit. Illa est ratio formalis finalizandi, à qua actus voluntatis accipiunt speciem, & distinctionē; sed à cognitionibus diuersis eiusdem bonitatis accipiunt speciem, & distinctionem: ergo ratio formalis finalizandi est cognitio. Probo minorem: Eadem obiecti bonitas, cognita vt presens, causat in voluntate gaudium; & cognita vt futura, causat desiderium; & denique cognita vt pręterita causat dolorē; sed hi actus specie distinguuntur; & non à bonitate finis: quia (vt suppono) est eadem: ergo solum à cognitionibus diuersis accipiunt speciem, & distinctionem: ergo ratio formalis finalizandi est cognitio, seu apprehensio bonitatis. Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam cognitio, solum se habet vt conditio, quæ diuersas bonitates relativas applicat voluntati, vt ab illis diuersimodē prouocetur: nam (ut quęstione antecedenti dixi) bonum, (quod se habet vt obiectum voluntatis) non est absolutum, seu transcendentale; sed relatiuū, & conueniens: vnde idem bonum transcendentale diuersimode propositum: hoc est, vt futurum, vel vt presens, diuersam habet conuenientiam, seu bonitatem relatiuam, à qua actus voluntatis diuersificantur.

Disputatio sexta. Quæstio secunda.

11. Dices. Diuersitas apprehensionum causat in actibus voluntatis diuersitatem specificam: ergo apprehensio est ratio formalis finalicandi. Consequentia est certa. Antecedens probatur. Quando quis suam honestum apprehendit ut in honestum; tunc actus qui circa illum tendit, est in honestus; & è contra; quando in honestum apprehenditur, ut honestum; tunc actus qui circa illum tendit, est honestus; sed hæc obiecta ex se non habent bonitatem, nec malitiam moralem: ergo à sola apprehensione illâ accipiunt: ergo sola apprehensio diuersa causat in actibus voluntatis diuersitatem specificam. ¶ Respondetur distinguendo antecedens, claritatis gratia: diuersitas apprehensionum causat in actibus diuersitatem specificam formaliter, nego antecedens: conditionaliter, seu applicatiuè, concedo antecedens. Ad probationem concedo maiorem: & distingo minorem: in his obiectis nõ datur malitia, nec bonitas moralis realis, & vera, realiter, & verè applicata, concedo minorem: realis, & vera falsò ab apprehensione applicata, nego minorem: & consequentiam: nam apprehensio non solum applicat voluntati bonum, quod in re est tale; sed etiam applicat obiecto bonitatem veram, quam in se non habet, ut moueat voluntatem ad sui amorem.

12. Dices secundo. Sola variatio propositionum variat essentialiter effectus: ut constat in bono delectabili, quod in quantum

proponitur per sensum, mouet appetitum sensituum; & in quantum proponitur idem bonum per intellectum, mouet appetitum rationalem; sed motio appetitus rationalis; cum sit spiritalis, essentialiter distinguitur sã motione appetitus sensitui, quæ materialis est: ergo diuersitas apprehensionum sufficit ad causandam diuersitatem essentialem in effectibus voluntatis. ¶ Respondetur negando maiorem: nam bonum delectabile propositum appetitui sensitui, in esse obiecti appetibilis, essentialiter distinguitur à bono delectabili, quod proponitur appetitui rationali: qui ratio sub qua tendit appetitus sensituius in proprium obiectum, est valdè determinata, & essentialiter distincta, à ratione formali sub qua voluntas tendit in proprium obiectum: unde quamuis obiectum vtriusque appetitus identicè coincidat; formaliter tamen, & in esse obiecti, distinguitur.

13. Secundum sic procedit. Voluntas in patria, habitu charitatis informata, fertur in Deum ut clarè visum; sed ly ut clarè visum, reduplicat cognitionem; per modum rationis formalis: ergo cognitio est ratio formalis sub qua bonitas finalizat. Maior est Diui Thom. 2. 2. q. 7. a. 4. vbi ait: *habitu charitatis tendere in Deum ut clarè visum.* ¶ Respondetur distinguendo maiorem: voluntas in patria fertur in Deum ut clarè visum; ly ut reduplicante supra conditionem intrinsecam

esse requiritam, concedo maiorem: ly
 ut reduplicante *supra rationem for-*
malem, nego maiorem: & minorem:
 nam visio bonitatis, (vt constat
 ex dictis) solum se habet vt con-
 ditio; non verò vt ratio formalis
 specificans. Et quod hæc sit Dini
 Thomæ mens, cõstat ex dictis, §.
 1. num. 6. vbi ex Dno Thoma of-
 tendi, charitatem vix, & patriæ,
 esse vnã; quod defendi non pos-
 set, si visio esset *ratio formalis* spe-
 cificans patriæ charitatem.

14. Tertium sic se habet. Finis,
 vt est causa, est prior, sed solum in
 intentione est prior: ergo solum in
 intentione est causa: ergo inten-
 tio est *ratio formalis* causandi.

¶ Respondetur negando vltimam
 consequentiã: nam intentio nõ
 est ratio formalis, à qua dependet
 effectus; sed solum conditio, vel
 existentia; in qua, tanquam in sta-
 tu, bonitas habet prioritatem: vn-
 de, sicut in causa materiali ratio
 formalis recipiendi, non est exis-
 tentia; sed potentialitas materiæ;
 sic in causa finali ratio formalis
 finalizandi, non est intentio; sed
 bonitas, quæ in intentione exis-
 tit.

15. Quartum sic procedit. Vo-
 luntas, vt libera, dependet quoad
 specificationem ab intellectu: er-
 go actus voluntatis specificantur
 ab actibus intellectus. ¶ Respon-
 detur distinguendo antecedens:
 voluntas vt libera dependet, quo-
 ad specificationem, ab intellectu
tanquam à causa proponendo, conce-
 do antecedens *tanquam à causa spe-*

cificante, nego antecedens: & con-
 sequentiam: nam licet actus vo-
 luntatis dependeat, quoad spe-
 cificationem, ab actibus intellec-
 tus: tamen hoc non est, quia actus
 intellectus *formaliter specificat*; sed
 quia *applicans* voluntati bonitatẽ
 ad specificationem formaliter de-
 terminantem.

QVÆSTIO III.

Quænam sit finalis causa
 causalitatis?

§. I.

Opinio aliquorum recentiorum
 refertur, & refellitur.

1. **A**liqui recentiores (quos
 suppresso nomine citant
 Coimbricenses) affirmant causalita-
 tem finis cõsistere in aliquo pre-
 uio ad actum voluntatis, quod ab
 illis *intentionale* appellatur, distin-
 ctum, nedum ab actu voluntatis,
 sed etiam à bonitate finis, à qua
 voluntati imprimitur. ¶ Sed hic
 modus opinandi ab omnibus im-
 pugnatur: nam hoc *intentionale*, cū
 sit aliquid creatū, debet ab aliqua
 causa efficiendi creata causari; sed
 non potest assignari causa efficiens
 illius: nam in primis voluntas nõ
 influit hoc *intentionale*: cum in ho-
 rum Authorum opinione hoc esse
 intentionale, seu causalitas inten-
 tionalis præcedat omnem volun-
 tatis actum; neque finis: tum quia
 finis multoties nõ est actiuis: tum
 quia

Disputatio sexta. Quæstio tertia.

quia finis, vt talis, non causet efficienter: cum, secundum Philosophum. 1. de generatione. tex. 55. *id, cuius gratia, non est alium: nam sanitas non ait uum est, nisi secundum metaphoram: ergo finis bonitas nequit esse causa huius motionis intentionalis voluntati impressæ: præcipuè cum finis, & efficiens, sint causæ primò diuersæ.*

§. II.

Sententia Thomistarum, proponitur, & communis impugnatio impugnatur.

2. **T**homistica schola defendit, causalitatem finis esse voluntatis actum prout à fine, non vero prout à voluntate: quia prout sic est causalitas voluntatis, & effectus finis. Potest hic modus opinandi explicari in motu; qui prout ab agente est *agentis causalitas*; & prout in passio (in eorum opinione) est *causalitas passivæ*, in fieri: haud aliter in præsentis actus voluntatis, prout à fine, est causalitas finis; licet prout à voluntate sit causalitas voluntatis, & finis effectus. Hic modus dicendi, sic explicatus, hac cõmuni solet reijci impugnatione. Effectus realis, realis causæ, realiter debet distinguì à sua causa; nedum in actu primo; sed etiam in actu secundo; sed actus amoris se habet vt effectus finis: ergo non potest se habere vt finis causalitas. Minor probatur specialiter ex definitione causæ vt

lic: nam (vt dixi supra in hoc libro, disp. 2. q. 1. §. 2. num. 3.) causa, vt sic, definitur per hoc, quod sit *influens in esse dependens*. hoc est, natura distinctum: ergo vt causa influens: id est, vt actus causans debet à suo effectu distinguì. ¶ Confirmatur. Effectus reus dependet realiter à causa reali, & à causalitate causæ realis; sed idem realiter non dependet à seipso: ergo actus amoris, qui est effectus, à bonitate finis actu causans dependens, non est causalitas finis.

3. Sed pro Thomistis huic efficacitati rationi probabiliter, ingeniose que respondetur, vt eandem entitatem, secundum diuersas cõnotationes reales, posse habere rationem causæ, & effectus: vt cõstat in Christo Domino, qui, vt instrumentum coniunctum diuinitati, est causa conuersionis; & ipse Christus, (absquè superadditione alicuius modi) vt ex pane factus, est terminus conuersionis, & effectus sui ipsius: ergo finis iter idem voluntatis actus, pro vt à voluntate, potest esse effectus causæ finalis: & secundum diuersam expressionem; scilicet, pro vt à fine, potest esse causalitas finis, à qua ipse actus (pro vt à voluntate) dependeat.

4. Nihilominus hæc sententia impugnatur rationibus nostræ conclusionis: & nunc etiam impugnatur. Causalitas (in opinione Thomistarum) est causa intrinseca: cum illâ intrinsecè denominet causantem, & non possit intrinsecè denominari

minari à forma, quæ intrinsecè nõ est in illa; sed actus voluntatis intrinsecè non est à fine; sed in voluntate receptus: cum non sit in fine; sed ad finem: ergo actus voluntatis non est finis causalitas.

5. Secundo impugnatur hæc sententia: vt constat ex dictis in logica diip 1. q. 1. cõtra Patrè Suar. Denominatio extrinseca, dimanans ex actibus Logica, nequit se habere vt obiectum formale Logica: quia vt in distincta ab actibus, nequit illos specificare: cum obiectum specificas (vt causa realis) debeat esse ab actu specificato, (qui se habet vt effectus realis) realiter distinctum; sed actus voluntatis specificatur formaliter à fine actu causante: cū actus dicantur boni, vel mali in ordine ad finem: ergo ratio formalis specificas (quæ est causalitas finis) debet esse realiter distincta à re specificata: hoc est, ab actu voluntatis ab illa specificato: ergo actus voluntatis, prout à fine, nõ est finis causalitas.

6. Terriò. Causalitas obiectiua obiecti (in opinione Thomistarū) nõ est actus potentia, vel habitus specificati, prout se tenet ex parte obiecti: ergo nec causalitas finis est actus voluntatis, prout se tenet ex parte finis. Consequencia probatur: non alia ratione actus potentia, vel habitus prout se tenet ex parte obiecti non est causalitas obiecti, nisi quia idem actus realiter nequit se habere vt specificans, & specificatum: (cum idem

nequeat sibi ipsi tribuere speciem obiectiua) sed hæc eadē ratio militat inter finem; & voluntatis actum: ergo actus voluntatis, prout à fine, non est finis causalitas.

§. III.

Enodatio questionis.

7. Tertia sententia, quam pro cõclusionem amplector, docet causalitatem finis dari antecederet ad omnem voluntatis actum, cõsistere que in excitatione, seu motione quam habet bonum respectu voluntatis. Ita Conimbricenses in presenti. cap. 7. q. 21. & nouissimè Magister Lerma, est que inter doctissimos nra familie valdè celebris. Et probatur primò auctoritate Philoso. 3. de anima vbi ait: *appetitū esse mouens motum; appetibile verò, mouens immobile*: ex hac auctoritate sic probò conclusionem. Si actus voluntatis esset finis causalitas, finis vt motus moueret: cum per actum voluntatis distinctum aliter se habeat; sed (secundum Philosophum) appetibile, seu finis, (ad distinctionem appetitus, vel voluntatis) vt immobile mouet, & excitat: ergo antecederet ad actum voluntatis datur in fine causalitas indistincta, media qua actu causat.

8. Ratione efficaci probatur assertio, simulque Thomistarū impugnatur opinio. Actus voluntatis non potest esse, nec intelligicū fundamento in re ex parte finis, quin

Disputatio sexta. Quæstio tertia.

Quin prius in aliquo signo naturæ intellegatur cum esse, vel vt accipiens esse à voluntate, tanquam à sua causa effectiua; sed antecedenter ad hoc, vt actus voluntatis sit, vel intelligatur vt accipiens esse à voluntate, debet esse, & intelligi causalitas causæ finalis: ergo antecedenter ad actum voluntatis datur finis causalitas. Minor probatur. Actus dimanans à potētia libera voluntatis, est gratia finis factus: (vtique quia nō est casus, & cōtingenter factus, sed propter finis excitationem, & motionē) sed non potest gratia finis fieri, nisi supponatur finis cum sua causalitate: cū nulla causa possit, absquē propria causalitate, proprios exercere effectus: ergo antecedenter ad hoc, quod sic, vel intelligatur, (cū fundamento in re) actus voluntatis vt accipiens esse à voluntate, intelligitur, & est finis cum propria causalitate mouens, & alliciens voluntatem ad sui amorem. Confirmatur. Voluntas elicit amorem. v.g. propter finem; ita vt hæc causalitas sit vera: *ideo voluntas effectiue elicit amorem; quia fuit à sine motu, & excitata*: ergo in hac motione ad actū voluntatis supposita, (nedum ex parte finis; sed etiam ex parte voluntatis) consistit causalitas finalis causæ.

9. Notanter dixi: *nedum ex parte finis; sed etiam ex parte voluntatis*: nam licet verum sit, quod in eodem instanti reali actus sit ex parte voluntatis, & ex parte bonitatis; (sicut in eodem instanti est motus ab

agente, & in passo) tamen in illo instante, prius est *prioritate naturæ*, quod intelligatur vt accipiens esse à voluntate; hoc est, ex parte voluntatis, quam vt terminetur à fine: id est, ex parte finis: (non aliter ac prius est prioritate naturæ quod motus intelligatur vt ab agente, quam vt in passo; etiam si illæ prioritates in eodem exercentur instanti) Cōfirmatur, & explicatur nostra conclusio in Sole; qui in eodem instanti, in quo fuit (sola efficacia vocis diuinæ) factus, illuminauit; & tamē quia illuminatio est à Sole (tāquā à causa efficiēti) depēdens, debet Sol pro aliquo priori naturæ intelligi antecedenter ad illuminationē; nedū in actu primo; sed etiam in actu secundo; sed actus voluntatis vt à voluntate est effectus à fine depēdens: ergo debet finis intelligi pro aliquo priori naturæ antecedenter ad actum voluntatis, prout à voluntate; nedum in actu primo; sed etiam in actu secundo: cum causalitas nō sequatur ad effectum; sed potius effectus ad causalitatem: ergo antecedenter ad actum voluntatis datur actus secundus, seu causalitas finis consistens in motione, seu excitatione, in bonitate finalitate reperta.

10. Secundo probatur conclusio. Hæc excitatio, seu, motio, quæ bonum propositum mouet, & attrahit voluntatem, (sicut cætrum grauium) se habet ex parte finis, vt talis; sed nō se habet vt actus primus: tum quia iste est bonitas: tum quia

quia hæc excitatio mediat inter finem in actu primo, & effectum ipsius finis: ergo se habet vt actus secundus causæ finalis.

§. IV.

Primum argumentum ab auctoritate, & ratione.

II. Thomistica familia pro se adducit Diuum Thomam, q. 22. de veritate. a. 2. vbi ait: *sicut influere causæ efficiens est agere; ita in finere causæ finalis est appeti, & desiderari*; sed finis appetitur, & desideratur per voluntatis actus: ergo (iuxta mentem Diui Thomæ) actus voluntatis, prout à fine, est finis causalitas, & influxus. ¶ Sola hæc auctoritate potest Thomistarum sententia defendi; sed ad illam responderetur primo, cum Magistro Lerma; quod Diuus Thomas non accepit *influere causæ finalis*, pro *causalitate finis formaliter accepta*; sed pro *termino appellari causalitas*: nam multoties causalitas ignota causæ explicatur per suum terminum: nõ quia terminus formaliter sit causalitas; sed quia demonstrat causalitatis essentiam. ¶ Secundo, (& forsitan verius) responderetur Diuum Thomam non accepisse *appeti, & desiderari* pro actibus voluntatis, quibus finis *formaliter* a fine desideratur, & appetitur; sed pro actu secundo *appetibilitatis passivæ*, quæ à voluntate formaliter appetitur, &

desideratur; & ita sensus legitimus huius propositionis, *in finere causæ finalis est appeti, & desiderari*; est iste: *bonitas mouens, & excitans, ex se, appetibilis, & desiderabilis, est influere finis*; nam, sicut ex parte desiderantis datur actiue appetitus per modum actus primi; scilicet, voluntas; & etiam per modum actus secundi, idest, actus secundus voluntatis; sic ex parte obiecti datur passivæ appetitus, vel appetibile per modum actus primi; hoc est, bonitas apperibilis; & per modum actus secundi, motio, seu excitatio bonitatis, quæ actus secundus appetibilis debet dici: in hoc ergo sensu Diuus Thomas ait: *appeti esse finis causalitatem.*

12. Ratione suam probant sententiam. Causa, actu causans, nequit dari absque eo quod detur aliquid ab illa actu causatum; sed bonitas finis excitans, & mouens, ad sui amorem, potest dari absque amore voluntatis, & absque omni actu voluntatis: cum voluntas, adhuc posita tali motione, & excitatione, maneat libera, & possit in actum non prorumpere: ergo causalitas finis nõ consistit in tali motione præuia. ¶ Vt ad hoc argumentum respondeat Magister Lerma, notat voluntatem non posse non moueri appetitu innato à bonitate finis, propter sympathiam, quam habet voluntas cum bonitate; licet possit non moueri appetitu elicitato ab ipsa voluntate realiter distincto. Cum hac ergo doctrina ad argumentum responderet

Disputatio sexta. Quaestio tertia.

negando minorem: nam licet bonitas finis excitans, & prouocans, possit dari sine amore, vel appetitu elicito à voluntate distincto; non tamen sine innato inelucto, qui se habet vt effectus finis excitantis. Cum hæc etiam doctrina secundo responderet ad auctoritatem Diui Thomæ supra allatam, & ait, Diuum Thomam non assignare pro causalitate finis appetitum elicivum, sine quo bonitas excitans potest dari; sed in natum, qui antecedit, & excitat ad elicivum, & sine quo bonitas mouens non valet inueniri. Videas rogo tanti Doctoris inconsequentiam: nam ex eo (in sententia huius Doctoris) actus voluntatis nequit se habere vt finis causalitas: quia est finis effectus: ergo inconsequenter nunc assignat appetitum naturalé voluntatis pro causalitate, & pro effectu finis. Contra est secundo: nam appetitus naturalis est ab Authore naturæ rebus inditus: ergo appetitus naturalis voluntatis non dependet à bonitate finis propositi, sed datur antecedenter ad eam propositionem; non vt effectus, nec vt causalitas finis; sed vt aliquid ad essentiam voluntatis cōsecutum. Quare hac relicta solutione, responderet concedendo maiorem: & negando minorem: nam semper, quando adest finis causalitas, datur aliquis actus voluntatis, siue efficax, siue inefficax, qui sit finis effectus: si ergo bonitas proposita datur absque aliquo voluntatis actu; est; quia nō

transiit de actu primo ad secundum, propter impossibilitatem effectus, vel propter doritiem, & in dispositionem voluntatis, ortam ex inclinatione ad alium finem; vel ex dominio propriæ libertatis: nō aliter ac ignis (passus in capaci, vel valde indisposito, applicato) datur absque causalitate, & absque effectu. Vnde sicut bonitas antecedenter ad hoc, vt ab intellectu proponatur voluntati non exercet rationem actus secundum: nec proposita illum exercet, vique dum connotet voluntatem dispositam; etiam si bonitas (quantum est ex se) moueat per modum actus primi (si fas est sic loqui) quod valet mouere, vt perueniat ad motionem, seu actum secundum: non aliter ac ignis visus à Moyse faciebat per modum actus primi, quod valebat, vt transiret ad actum secundum; & tamen nunquam ad illum peruenit: quia rubus fragilis diuino erat vallatus munimine,

§. V.

Secundum argumentum.

I 3 **S**ecundum argumentum sic procedit. Bonitas creata diuerso modo finalizat ac increata, sed hæc vt immobilis, & absque causalitate distincta, finalizat: ergo illa vt mota à causalitate distincta finalizat. ¶ Responderetur negando consequentiam: non enim distinguitur bonitas increata à creata in hoc, quod increata causat

causet per causalitatem in distinc-
tam, & creata per distinc-
tam, & creata per distinc-
tam: cum
contrarium doceat Philosophus,
loco supra citato; sed in hoc quod
increata clarè visa *necessitat*, & *sa-*
tiat appetitum humanum ratione
summæ, & infinita bonitatis; at
vero creata *non necessitat*, *nec sati-*
at appetitum humanum: cum bo-
nitas illius sit finita, & limitata.

14. Replicabis. Actus secundus
causæ realis, realiter debet distin-
gui à primo: (vt constat ex dictis
in essentia, & existentia, & in causa
efficienti) sed motio, seu excitatio,
(à nobis pro causalitate finis as-
signata) nō est ab actu secūdo cau-
sæ finalis; scilicet, à bonitate finis,
distincta: ergo excitatio nō est fi-
nis causalitas; ni velis ei infinitatē
concedere præcipuè cum causa fi-
nalis, in propria linea, perfectionē
absque imperfectione. includat.

¶ Respondetur motionē hanc, à
nobis, & etiam à contrarijs assignari
vt indistinctam à bonitate fi-
nis; absque eo quod bonitati tri-
buant infinitatem: quia infinitas
causæ finalis solum debet accipi à
bonitate inclusa; ita vt solum il-
la causa finalis sit infinita, quæ tā-
tam includit bonitatem, vt om-
nes necessitet appetitus. Hæc so-
lutio constat, ex eo quod causalitas
finis est in intētionē, sicut cau-
salitas obiecti; sed obiecti est in
distincta, absque infinitatis repug-
nantia: ergo & causalitas finis abs-
que simili repugnantia erit indis-
tincta. Et etiam constat ex loco
Philosophi supra citato: vbi ait;

appetibile esse mouens immobile. Nec
instātia de causa efficiēti aliquid
valet: nam causa efficiens causalita-
te identificās, non esset ad de-
terminatum prædicamentum spe-
ctans: cum actus primus causæ effi-
cientis in prædicamētis substantiæ,
& qualitatis sit; & actus secundus
in prædicamento actionis: at verò
hæc repugnantia nō datur in causa
finali suā identificans causalitatem:
vt intuenti constabit. Nec instan-
tia de essentia, & existētia aliquid
valet: nam licet existentia in eodē
sit prædicamēto cum essentia; at-
tamen hæc illam identificans non
haberet aliquod limitatiuum in-
trinsecum: (vt dixi in proprio loco
li. 1. disp. 3. q. 2. per totā) at verò ap-
petibile, seu finis mouens appeti-
tum, in ordine ad illum demonstrat
propriam perfectionem, quæ non
est infinita; si illum nō necessitat.

15. Instabis: ergo eodē modo
potest dici essentia hominis identi-
ficantem existentiam esse ex se
finitam: quia non includit perfec-
tionem equi. v.g. Probo consequē-
tia. Ex eo appetibile, seu finis, (qui
est sua causalitas, seu actus secun-
dus) non est infinitus, quia non in-
cludit omnem bonitatem extrin-
secam; sed nec essentia hominis,
identificans existentiam, includit
omnem perfectionem possibilem:
ergo in vtroque casu eadem tenet
ratio. ¶ Respondetur negando
consequentiam. Ad probationem
concedo maiorem: & minorem: &
nego consequentiam: ratio discer-
minis est in promptu: nam essentia

Disputatio sexta. Quæstio tertia.

hominis, identificans existentiam, habet (absque aliquo limitatio) omnem perfectionem suæ lineæ, & sic infinitatem in propria linea, quæ illam in omnibus alijs lineis infert: (vt constat ex dictis, lib. 1. disp. 3. quæst. 2.) at vero finis, seu appetibile, est in linea boni; & sic vsque dum includat omnem bonitatem; non habet perfectionem suæ lineæ.

16. Non quiesces. Ex eo essentia hominis identificans existentiam, est infinita: quia licet non includat de formali totam prædicamentum substantiæ perfectionem; tamen in sua linea, seu specie de formali absque limitatio aliquo totam includit perfectionem; sed bonitas *auri v. g.* identificans actum secundum, licet totam bonitatem appetibilem non includat, tamen includit totam suæ lineæ: ergo, propter eandem rationem, talis bonitas debet dici infinita; vel si non; nec essentia hominis identificans existentiam debet dici infinita. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: bonitas auri includit totam perfectionem suæ lineæ, in linea essendi cum determinatione intrinseca, cōcedo minorem: absque illa, nego minorem: & consequentiam: nam licet aurum à sua causa effectiva accipiat omnem bonitatem, quam potest habere; tamen hæc bonitas est in linea essendi potentialis; cum sit in tali linea potentia existentia distincta; at verò essentia hominis, identificans

existentiam in linea essendi, nullam includit potentialitatem: vt non semel dixi: & ideo non tenet paritas. Nec valet dicere, quod etiã in linea intentionali: hoc est, per ordinem ad appetitum, habet omnem bonitatem, quam potest habere. Non (inquam) valet: nam aurum non spectat ad appetitum; quia aurum est, sed quia bonum est: & ideo, vt in ordine ad appetitum habeat omnem bonitatem excogitabilem, opus est, quod in esse boni illam habeat: & ratio est: nam bonitas potest esse, vel in ordine ad essentiam auri, vel in ordine ad appetitum; & licet in ordine ad essentiam auri, hoc est, in lineæ essendi, habeat cum potentialitate omnem bonitatem suæ lineæ; tamen in ordine ad appetitum illam non habet: quia maiorem, & maiorem potest attingere bonitatem.

§. VI.

Tertium à ratione.

17. Causa causalitas est, qua causa transit de actu primo ad actum secundum, sed per voluntatis actum, quo finis appetitur, & desideratur, transit finis de actu primo ad secundum: ergo actus voluntatis, (prout se tenet ex parte finis) est finis causalitas. Minor probatur. Finis, in actu primo, est ratio appetibilis; sed hæc transit ad actum secundum per voluntatis actum, quo appetitur: ergo vo-

suntatis, actus est actus secundus finis. ¶ Respondetur concedendo maiorem, & negando minorem. Ad probationem nego etiam minorem: nam actus secundus finis solum consistit in motione, seu excitatione exercita appetibilis, qua prouocat voluntatem ad appetitum, vel ad hoc vt appetatur appetibile.

QVÆSTIO IV.

Quæ agentia operentur propter finem?

§. I.

Supponuntur aliqua.

1. **V**T certum suppono ex Sācto Doctore. 1. 2. q. 1. ar. 1. & 2. omnia agentia (siue carentia vita intellectiua, vt equus, leo: siue carentia vita sensitiua, vt plantæ: siue carentia omni vita, vt leuia & grana) operari propter finē; nunc sit formaliter, operando ex directione propria, non solum propter id quod habet rationē finis; sed cognoscēdo rationem formalissimam finis: nunc sit solum materialiter, operando ex directione alterius, propter id quod habet rationem finis; sed non cognoscendo rationem formalissimam finis: explicatur hoc à Sancto Doctore in sagitta, quæ tendit ad determinatum finem, qui se habet materialiter respectu sagittæ, & formaliter respectu sagittarij.

Tom. 1. pars 1.

2. Secundo, vt certum, suppono, agentia naturalia, quæ omni carēt cognitione, non operari, ex directione propria, propter finem; sed solum ex directione aliena: vt constat in exemplo sagittæ: nam sicut sagitta tendit in scopum ex directione sagittarij; sic agentia naturalia, quæ omni carēt cognitione, mittantur ab Authore naturæ in hunc mundum propter bonitatem suam, tanquam propter vltimum finem; & propter vtilitatem hominis, vel alterius rei perfectioris tanquam propter finem intermedium.

3. Tertio etiam, vt certum, suppono, hominem ex directione propria operari propter finem formaliter. Cōstat prius ex Psalm. 118. *Inclinani cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.* Constat secundò ex nostro Anselmo in dialogo de veritate, cap. 13. vbi sic loquitur: *omnis voluntas, sicut vult aliquid, ita vult propter aliquid: nam quemadmodum considerandū est quid velit, ita videndum est, cur velit: quippe non magis recta debet esse volendo, quod debet, quam volēdo propter quod debet: qua propter omnis voluntas habet quid, & cur: omnino namque nihil volumus, nisi cur velimus: ergo, ex mente Parentis Anselmi, voluntas humana semper propter finem operantur. Constat etiā ratione: nam voluntas hominis non ex necessitate suæ naturæ, & absq; cognitione obiecti, (sicut agentia naturalia, nec ex necessitate formæ apprehensæ mouetur ad bonum conueniens; sed in illud mouetur*

R 2

uctur

Disputatio sexta. Questio quarta.

petur ex dominio suæ libertatis gratia boni apprehensæ: ergo homo ex directione propria, & non ex aliena, operatur propter finem formaliter.

§. II.

An irrationalia, quæ sola cognitione gaudent sensitiva operentur propter finem formaliter?

4. **Q**uod ergo restat examinandum est: an agētia irrationalia, quæ sola cognitione pollent sensitiva, operentur propter finem formaliter? In hac re taceat Porphyrius lib. 1. de abstinentia, qui contra fidem, & rationem somnians, omnia irrationalia esse ratione prædita; & quasi loqui, nedum sermone internos; sed etiam exerno, à fere omnibus, sicut alia exterarum nationum linguæ ignoto, cognitoque ab Apollonio, Thineo, & ab alijs.

5. Taceant etiam alij asserentes, nullum irrationale habere appetitum elicitum; sed naturalem; quo, naturali pondere, ex directione Auctoris naturæ, tendunt in fines determinatos, sicut grana, & leuia, tendunt in propria loca.

6. Loquaturque Vallesius. lib. 2. Phisic. cap. 8. qui falso, (licet, non erroneo) fundamento defendit irrationalia ex directione propria operari

propter finem. (.)

§. III.

Decisio questionis.

7. **C**um omnibus iâ in hoc certamine vocem decisivâ habeat D. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 1. & 2. qui absolutè docet, bruta non agere propter finem formaliter, seu ex directione propria; sed solû materialiter, seu ex directione Auctoris naturæ. Hæc conclusio probatur à pluribus Doctoribus hæc ratione: irrationalia appetunt bonum delectabile, eis à cognitione sensitiva propositum; sed non proponitur eis bonum, ut formaliter induit formalitatē finis: utiq; quia cognitio sensitiva non proponit eis connexionē, quam dicit finis in ordine ad ea, quæ sunt ad finē; nec transcendentalē ordinē, quē dicunt media, vel ea quæ sunt ad finem in ordine ad illum; in quo essentialiter consistunt rationes formales finis, & medij: (ut constat ex definitione Philosophi supra tradita, q. 1. ubi dixi finem esse id cuius gratia aliquid fit, & cetera gratia finis) ergo irrationalia nō agunt formaliter propter finem. Hac ratione probant nostram conclusionem. Caietan^o. Conradus. Vazquez. Suarez. & fere omnes moderni: quia sentiunt bruta non cognoscere rationem essentialē finis: quia non potest illorum cognitio vnum cum alio conferre: hoc est, finem cum medijs, nec media cum fine.

8. Hanc rationem, in inefficaci amore, inefficaciter impugnat

Car-

Cardinalis Garrata: nam amor inefficax (in opinione Dini Thomæ) est propter finem; & tamen iste, vt ab efficaci distinctus, non dicit connexionem cum medijs: cum media nec implicite sint à tali amore dilecta: ergo finis in suo conceptu essentiali non includit ordinem ad media.

9. Quare, hac relicta ratione, sic probat nostram conclusionem. Ratio formalis constitutiva finis dicit appetibilitatem *per se*, ad distinctionem medijs, quod solum dicit appetibilitatem *per accidens*: cum medium sit gratia finis desideratum, & finis gratia sui; sed bruto non proponitur finis, vt gratia sui desiderabilis, nec medium, vt gratia finis desiderabile: ergo bruta non operantur propter finem formaliter.

10. Sed nec Cardinalis impugnatio vim Thomisticæ rationis enervat, nec eius ratio conclusionem firmat. Non primum, quia vt dicitur, finis efficaciter dicitur cum medijs implicite à tali amore dilectus: finis inefficax dicitur cum medijs implicite à tali amore dilectus: constat in hoc, quod vult ostendere, quod gratia finis desiderabilis, & finis gratia sui, non sunt eadem res, sed distinctæ: quod si non distinctæ, non esset gratia sui desiderabilis, nec gratia finis desiderabile: ergo bruta non operantur propter finem formaliter.

Cardinalis sit falsa; constat: tum quia ex illa sequitur dilectionem Dei in patria esse propter finem: cum Deus in patria proponatur Beatis vt per se, & gratia sui diligibilis: tum quia rationes per se, & per accidens non sunt propriæ finis prout ab obiecto distinctus: cum potentia visiva, (quæ in nulla opinione respicit coloratum per modum finis) terminetur per se, & ratione sui ad illud, & ad visionem, per accidens, & ratione alterius, hoc est ratione coloris: tum quia ex hoc sequitur processiones infinitas, seu actiones notionales, & essentielles) respiciunt terminos per modum finis: vt patet: nam voluntas terminatur per se, & per accidens, ad suum modum, vt ad finem.

Notio

Disputatio sexta. Quæstio quarta.

modus opinandi est impugnatus
vltimis impugnationibus, quibus
rationem ipsius impugnaui.

12. Sed vt scopum veritatis at-
tingat, nota, medium, vt tale, res-
picere, ordine transcendentali, fi-
nem à quo dependet; etiam si fi-
nis solam connexionem cum me-
dijs importet: non aliter ac licet
signum ordine transcendentali res-
piciat signatum, à quo dependet;
tamen signatum solam connexio-
nem dicit cum signo: hoc idem re-
peritur inter essentiam, & passio-

nem inter signum, & potentiam.

13. Tunc quod difficultatis re-
solvitur, hæc connexio, quæ in
essentia de essentiali finis
dependet ad illum cõ-
nexionem proprietatis
suppo-
nitur.

liter, & adæquatè nequit, absque
proprietatibus, intelligi, vel abs-
quæ connexionem cum illis habita:
ergo idem dicendum est de fine
respectu mediorum.

14. Ex his nota secundò hanc
connexionem absolutè esse de cõ-
ceptu essentiali finis: quia totali-
ter absque illa non valet intelligi;
etiam si aliquo modo possit dici
esse ad essentiam consecutã: quia
tota essentia valet absque tali cõ-
nexionem intelligi.

15. Nota tertio rationem for-
malissimam finis, (ad distinctio-
nem *obiecti, & medijs* dicere appeti-
bilitatem per se in ordine ad po-
tentiam liberam: nam id quod ex
necessitate naturæ, vel formæ ap-
prehensa desideratur, nõ est gra-
tia finis desideratum. Et sic opus
est, quod appetibilitas finalis, quæ
gratia sui debet esse desiderata, sit
in ordine ad potentiam liberam.

His ergo suppositis proba-
tur conclusio primo ex auctorita-
te philosophi supra allata. §. 1.
Philosophus se docet, libertatem
non esse propter finem ne-
cessario secundo probatur
quod est, quod bru-
ta animalia consequen-
ter & deter-
minantur
finem
ratione

is:
am

cum operatio ipsius, ex necessitate, dimanet in ordine ad obiectū, & non ex allicientia obiecti: ergo bruta, quæ absque dominio suarum operationum operantur, non operantur ex directione propria, seu propter finem formaliter.

¶ Confirmatur. Operationes gratia alicuius suppositi factæ, sunt ab illo pretio æstimabiles; sed operationes ex necessitate factæ in utilitatem, vel commodum alicuius personæ, non sunt ab illa pretio æstimabiles: ergo non sunt gratia ipsius factæ; sed operationes brutorum sunt necessariæ, tam quoad speciem; quam quoad exercitium: ergo non sunt gratia boni propositi factæ: ergo non sunt propter finem formaliter.

17. Dices. Voluntas hominis est à Deo, & à seipsa directa in ultimum finem: ergo appetitus irrationalis potest ab Auctore naturæ, & à seipso dirigi in bonum delectabile. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nā voluntas creata à Deo dirigitur in opera nostræ iustificationis, absque læsione libertatis; utique quia posita directione, (etiam efficaci) remanet cum dominio, & cum indifferentia in sensu diuiso; & sic adhuc posita directione Dei potest seipsam dirigere; at verò appetitus irrationalis est ab Auctore naturæ cum necessitate directus; & ideo non potest seipsum dirigere: cum impossibile sit, quod seipsum dirigat in terminum, ad quem est ab

alio cum necessitate directus. Ex dictis colliges, hanc cōclusionem habere locum in nobis quoad actus necessarios: nam dilectio Dei in patria non est propter bonitatem diuinam tanquam propter finem formaliter, & ex directione propria: cum voluntas creata, sicut diuina, sit ex se necessitata in ordine ad Deum clare visum.

§. IV.

Argumenta opposita sententiæ.

18. P Rimum sic se habet. Actio appetitiua quæ præsupponit bonitatis cognitionem est propter finem formaliter: cum bonum apprehensum moueat, & attrahat appetitum ad sui amorem; sed talis est operatio appetitiua irrationalium: cum hæc sequatur ad formam apprehensam: ergo irrationalia operantur propter finem formaliter. ¶ Respondetur distinguendo maiore actio, quæ præsupponit bonitatis cognitionem, est propter finem formaliter, si bonitatem cum indifferentia præsupponat, vel in ordine ad appetitum liberam concedo maiorem: si absque indifferentia illam præsupponat, vel in ordine ad appetitum ad vnum determinatum, nego maiorem: & minorem, si intelligatur iuxta primum membrum distinctionis: nam irrationalibus licet, præsupponatur bonitatis cognitio; tamen eis non præsupponitur per modum finis; sed per modum

Disputatio sexta Questio quarta.

obiecti. Vnde licet bonitas bruto præsupposita aliquomodo alliciat; tamen talis allicientia nõ spectat formaliter, & proprie ad genus causæ finalis; sed formaliter, & proprie ad genus obiecti: quod si bonum est, potest reduci ad genus causæ finalis: ratio huius est: nam brutum non tendit in bonum propter allicientiam bonitatis propositæ; sed propter necessitatem, & determinationem suæ naturæ; & ideo bonum, respectu irrationalium, non allicit per modum finis; sed per modum obiecti.

19. Dices. Si bruta non essent à natura, vel ab Auctore naturæ necessitata, mouerentur gratia boni propositi: ergo bruta potuerunt, de potentia Dei absoluta, operari propter finem formaliter.

¶ Respondetur vtrumque sequi: nam in casu quo non essent à natura determinata ad vnum; *essent brutata*; quia supponitur: & nõ essent quia tales operationes essent liberæ, ac per consequens capaces meriti, & demeriti, quod brutis repugnat.

20. Replicabis. Allicientia bonitatis propositæ, & præcognitæ, quantum est ex se, non necessitat: aliàs voluntatem liberam necessitaret: ergo bruta possunt ad illam ordinari, tanquam ad finem formaliter. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: allicientia bonitatis præcognitæ non necessitat; si aliàs appetitus non est ad illam bonitatē necessitatus à natura, concedo antecedens: si est, nego antecedens: & consequentiã:

nam appetitus irrationalium est à natura ad tale bonum necessitatus: vt constat ex ratione nostræ conclusionis.

21. Secundum sic procedit. Bruta quærun, & eligunt media ad consecutionem boni apprehensi, ex desiderio ipsius: nam si cat^{us} apprehendit murem, moram trahit ex desiderio muris, vt murem spectet, & consequatur: & si canis alligatus apprehendit carnem, statim appetit diruptionem vinculorum, vt carnem consequatur; sed diruptio vinculorum in cane & expectatio, in cato, se habet vt medium ad consecutionem obiecti præsuppositi, imo vt medium appetitur: cum hæc obiecta non appetantur propter se; sed propter apprehensa: ergo bruta agunt propter finem formaliter: nã agēs quod respicit medium vt medium, respicit etiã finem vt finē. ¶ Respondetur primo cum Patre Suarez, & alijs, negando maiorem: nã catus non terminatur ad murem tanquam ad rem propter se appetibilem; nec ad expectationem tanquam ad rem propter muris consecutionem appetibilem: cum m^o nõ sit suæ expectationis ratio. Vnde catus terminatur ad expectationem, sicut hirundo ad collectionem palearum, non tanquam ad medium formaliter; sed tanquam ad obiectum sensibilibiter delectabile, quod ab Auctore naturæ ordinatur tanquam medium in ordine ad constructionem nidi: & quãuis non appareat aliqua delectatio

in his medijs; scilicet, in collectione palearum respectu hirundinis; & inexpectatione respectu cati: (præcipue cum fiant cum labore, & defatigatione) tamen credendum est, esse aliquam delectationem: ne dicamus naturam deficere in his quæ ad conseruationem vniuersi spectant. ¶ Secundo respondetur, cū Magistro Curriel negando maiorem: nam catus nō mouetur ad expectationem ex desiderio muris; sed à natura est determinatus ad vnum, & ad aliud tanquam ad vnum obiectum adæquatam. Vnde expectatio, & mus non proponitur vt medium, & finis; sed vt vnum obiectū adæquatam; ita vt expectatio ei proponatur per modum consecutionis, & mus per modum rei consecuta: nō aliter ac potentia visua respicit visionem, & colorem per modum vnius obiecti, absque eo quod respiciantur per modū finis, & medij.

22. Ex hac solutione colligo primo, quod sicut in potentijs datur obiectum quo, seu per modum *vise*, & *consecutionis*; & obiectum quod, seu per modum *termini*, absque eo quod *consecutio* obtineat rationem *medij*, & *terminus* rationem *finis*; sic respectu potentia appetitiuæ brutorum datur obiectum quod obtinet rationem consecutionis, & obiectum quod obtinet rationem termini, absque eo quod consecutio apprehendatur vt medium, & terminus consecutus, vt finis: ratio est in cōclusionē apposta: nam bonum non obtinet rationem finis.

Tom. I. pars I.

nis, & medij nisi in ordine ad potentiam liberam.

23. Ex quo colligo secundo cōtata Cardinalem Garrafam, non sufficere ad rationem finis, quod sit ratione sui attingibilis; nec ad rationem medij, quod sit ratione alterius: nam hoc etiam reperitur in obiecto potentia visua, absque eo quod respectu illius dentur rationes finis, & medij.

24. Inquires. Sub qua specie boni apprehendit Catus. v. g. expectationem? Dico illam apprehendere sub ratione boni delectabilis; vel quia in se respectu cati habet aliquam delectationem, à natura cato concessam: vel quia apprehenditur sub bonitate delectabili sui termini: scilicet, muris, sub quo omnis potentia attingit obiectum viable.

25. Tertium sic procedit. Virtus vt talia (vt constat ex Philosopho 8. physic.) mouentur à se; sed bruta vita gaudent sensitiua: ergo à se; & nō ab Auctore nature mouentur in finem. ¶ Respondetur quod de ratione vitæ per modum actus primi, non est, quod moueatur à se in bonum tanquam in finem; sed tanquam in finem, vel tanquam in obiectum. Vnde licet appetitus brutorum se moueat in bonum tanquam in obiectum; (sicut potentia visua; quæ etiam est vitalis) non tamen se mouet in illud tanquam in finem.

26. Quartum. Quæ operantur ex determinatione nature, positis omnibus requisitis, semper

R 5

ope-

Disputatio sexta. Questio quarta.

operantur eodem modo; sed bruta multoties non operantur possunt omnibus requisitis: ut constat experientia; & etiam multoties operantur cum diuersitate: cum eis proponantur diuersa delectabilia: ergo non operantur ex determinatione naturæ. ¶ Responderetur concedendo maiorem: & negando primam partem minoris: nam quando bruta non operantur circa objecta sibi proposita, est; quia eis deficit aliquod requisitum, scilicet, apprehensio objecti per modum conuenientis: ex quo dimanat, quod aliquando faciunt id quod aliquando fuit ab eis profectum: quia eis in aliquo tempore proponitur ut conueniens, & delectabile; & in alio ut disconueniens. Ratio huius est: nam sicut ab Auctore naturæ sunt determinata ad objectum sensibilibiter delectabile; ita sunt determinata ad hoc, ut objecta proposita solum apprehendantur ut conuenientia, & ut sensibilibiter delectabilia pro illis temporibus, quibus sunt naturæ conuenientia. Ad secundam partem minoris constat, ex dictis in hoc libro, disp. 1. q. 1. ubi dixi determinationem naturæ non consistere in hoc, quod solum possint agentia necessaria elicere operationes vnus speciei; sed in hoc, quod omnes, licet diuersæ in specie, fiant absque indifferentia.

§. V.

An actiones Dei sint propter finem?

27. Inquires. An actiones Dei sint propter finem? Hoc questum magis spectat ad Theologum, quam ad Philosophum; sed ut aliqualem noticiam ex illo habeas; suppono ut certum, actiones Dei ad intra, siue notionales, siue essentielles, non esse propter finem formaliter; etiam si pro aliquo prioritatis notionales præsupponantur essentielles cum suis terminis: quia essentielles cum suis terminis non excitant, nec mouent Deum ad notionales: cum ex se, ratione suæ perfectionis, & secunditatis, sit ad illas determinatus. ¶ Ratio huius est: nam sicut entitati Dei infinite repugnat ab alio dependere, seu esse effectum alicuius causæ; sic talis dependentia repugnat actionibus ad intra: cum istæ sint formaliter ipse Deus ut constat ex Diuo Thoma. 1. p. quest. 15. ar. 1. ad 5. ergo actiones Dei ad intra non sunt formaliter propter finem.

28. Loquendo verò de actionibus liberis ipsius Dei: dico actiones liberis, ut sunt creatio, & conseruatio, esse proprie, & cum omni rigore propter finem: si vera est opinio quæ asserit has esse formaliter transientes; ita ut formaliter non sint Deus; sed creaturæ, nostro modo intelligendi in creaturis, & non in Deo, formaliter receptæ. ¶ Ratio est: nam actio Dei ad extra formaliter transiens est creaturæ; sed omnis creatura habet veram, & rigorosam causam finalem, sicut efficientem: ergo si actio

actio Dei ad extra, est formaliter transiens, est propter finem formaliter.

29. Dices. Respectu voluntatis diuinæ liberè operantis nõ datur causa finalis propria, & rigorosa: ergo nec respectu actionis Dei formaliter transeuntis. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam bonitas diuinæ, quæ, respectu voluntatis diuinæ liberè operantis, solum (nostro modo intelligendi) se habet vt ratio à priori in genere causæ finalis; respectu actionis formaliter transeuntis, se habet vt causa finalis, à qua dependet: non aliter ac licet creatura, (quæ, in opinione aliorum, est terminus actionis non formaliter; sed solum virtualiter transeuntis) sit propter rigorosam causam finalem facta; tamen actio productiua, quæ Deus est, solum nostro modo intelligendi est propter bonitatem diuinam tanquam propter rationem à priori in genere finali.

30. Replicabis. Actio Dei ad extra formaliter transiens habet veram, & rigorosam causam finalem: ergo Deus, in quantum agens ad extra, habet veram, & rigorosam causam finalem: cum actio Dei ad extra sit ratio formalis constitutiua agentis ad extra. ¶ Respondetur quod si ly *in quantum*, vel *vt*, cadit, vel appellat supra hoc cõcretum *agens*, in quantum cõprehendit formam, & suppositum diuinum: consequentia est falsa: si verò solum cadit supra formam concreti: sci-

licet, supra actionem Dei ad extra consequentia est vera.

31. Loquendo denique in opinione asserentium creationem, & conseruationem esse actiones formaliter immanentes, & solum virtualiter transeuntis; dico hæ actiones esse propter finem rei productæ; ita vt bonitas diuinæ v. g. sit causa finalis propria, & rigorosa rei productæ; & solum nostro modo intelligendi sit ratio à priori in genere finali actionis diuinæ: non aliter ac in genere effectiua essentia diuinæ nostro modo intelligendi est ratio à priori intellectus, & ille intellectus: nam si nõ datur imperfectio in hoc, quod istæ rationes dentur in genere effectiua in diuinis, quare debet dari in genere finali. ¶ Constat hæc nostra conclusio ex illo Proverbiorum. *16. vniuersa propter semetipsum operatus est.* Et etiam ratione: nam Deus, vt supremus artifex, omnia operatur ad extra, iuxta placitum suæ voluntatis; sed artifex dirigit entitatem quam producit in proprium finem, qui etiam se habet vt finis actionis artificiosa: ergo Deus vt supremus artifex creaturarum, creat creaturas in ordine ad propriam bonitatem, quæ se habet ex nostro modo concipiendi vt ratio à priori actionis diuinæ.

32. Dices. A parte rei est verum dicere, (absque aliqua intellectus consideratione, vel si ctione) quod Deus diligit creaturas propter suam bonitatem: ergo non solum ex nostro

Disputatio sexta. Quæstio quarta.

stro modo intelligendi; sed realiter bonitas diuina se habet vt causa finalis, vel ad minus vt ratio à priori in genere finali. ¶ Responderetur quod illa causalis propter suam bonitatem; potest referri ad creaturas amatas, vel ad actum amoris: in primo sensu, vel iuxta primam combinationem bonitas diuina exercet proprie formalitatem causæ finalis: in secundo sensu, vel iuxta secundam combinationem solum ex nostro modo intelligendi exercet munus rationis à priori in genere finali: dicitur tamen propositio vera: quia voces (vt sæpius dixi) non significant rem pro vt est in se; sed prout est in conceptu: iuxta illud: *voces sunt signa conceptuum*: & iuxta illud *in propositionibus magis debemus attendere ad modum significandi, quam ad rem significatam*. Ratio huius est: quia actus amoris non est à bonitate diuina distinctus, & sic solum ex nostro modo intelligendi se habet vt ratio à priori qua de causa Theologi docent, quod *Deus non vult hoc, propter illud*; sed hoc esse, propter illud esse vt sic rei productæ, & non actioni diuinæ, tribuant causalitatem finalem. Nec valet dicere, quod operari propter finem, est perfectio agentis intellectualis, Deo non deneganda. ¶ Non (inquam) valet: nam hoc solum est verum respectu agentis creati; non vero respectu increati, cuius operatio nequit ab alio dependere. Nec valet dicere quod bonum respectu voluntatis liberæ, (qualis est Dei in

operationibus ad extra) induat formalitatem finis rigorosi. Non (inquam) valet: nam licet hoc sit respectu voluntatis creatæ, cuius volitio potest ab alio dependere; non vero respectu increatæ, cuius volitio à nulla causa potest dependere.

33. Dices ingeniose valde, Bonitas diuina ex nostro modo intelligendi est ratio à priori finalis actionis liberæ Dei: ergo potest esse ex nostro modo intelligendi causa finalis. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam de ratione essentiali causæ est quod ab illa dependeat causarum; & actio Dei formaliter immanens, (quæ est substantia ipsius Dei) nequit, cum fundamento in re, apprehendi vt dependens, nisi pro Creatore creaturam intelligas.

34. Replicabis. Ratio à posteriori dependet à ratione à priori tanquam à causa: ergo idem inconueniens datur in hoc, quod bonitas diuina se habeat vt ratio à priori actionis diuinæ, ac in hoc, quod se habeat vt causa finalis. ¶ Responderetur negando antecedens: nam ratio à posteriori, quia talis, non dependet à ratione à priori, sicut principiatum vt tale, non dependet à principio: ratio autem quare ratio à posteriori non dependet (ex nostro modo intelligendi) à ratione à priori, est: vel quia intelligitur quasi principiatum respectu principij: vel quia non intelligitur vt causa in essendo; sed solum vt

causa virtualis, consistens in hoc quod duæ expressiones eiusdè essentialitatis habeant inter se talè essentialitatem; (vt si per possibile, vel impossibile vna posset dimanare, ab alia dimanaret: vt constat in intellectu diuina. v.g. quæ si posset dimanare ab intellectu diuino, absque dubio ab illo dimanaret.

35. Non quiesces: ergo bonitas diuina, ex nostro modo intelligendi potest se habere vt ratio à priori finalis actionum ad intra; sicut actionum ad extra. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam ad actiones ad intra est essentia diuina ex propria perfectione, & fecunditate determinata; & sic absque fundamento bonitas diuina apprehenderetur vt ratio à priori finalis actionum immanentium; ad actiones verò ad extra non est essentia diuina determinata: cum sint libera; & ideo cum fundamento apprehenditur bonitas diuina vt ratio à priori finalis.

36. Nec valet dicere quod Deus operatur ad extra propter offensionem naturæ, & attributorum. ¶ Non (inquam) valet; nam Deus non operatur creaturas nisi propter suam bonitatem, tãquam propter rationem à priori: offensio namque essentialitatis diuinæ, & attributorum propriè non cedit in bonum Dei; sed creaturarum: vtique quia non Deus; sed creaturæ nobilitantur ex manifestatione sui principij; sicut filij ex manifestatione virtutis, & perfectionis parentum.

37. Ex his colliges creaturam, vel perfectionem creatam, nec ex nostro modo intelligendi posse esse rationem à priori actionis libera Dei. Ratio est: nã id quod intelligitur vt finis alicuius voluntatis, intelligitur vt potens illam mouere, seu excitare; sed bonitas creata non potest intelligi vt motiua voluntatis infinitæ, & increatæ: ergo bonitas creata, nec ex nostro modo intelligendi, potest concipi vt ratio à priori actionis libera Dei.

38. Dices. Deus diligit hominè amore amicitia: ergo homo est respectu huius amoris finis ultimus; ita vt ultimatè quiescat hic amor in homine dilecto. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam amore amicitia diligit Deus creaturam rationalem, propter suam bonitatè: ynde finis ultimus amoris amicitia non est semper res dilecta: vt constat ex amore concupiscentia, amore amicitia opposito: vbi non semper persona concupiscentia est finis ultimus talis amoris: quare cum amore concupiscentia desiderat homo Deum: tunc homo concupiscentia non est finis ultimus: cum Deus concupitus nequeat cum fundamento in re ordinari ad creaturam, nec privari à ratione finis: & ratio est eadem in vtroque amore: nam id quod perfectius est, nequit ordinari ad imperfectius.

(..)

Disputatio sexta. Quæstio quarta.

§. VI.

Corollarium primum.
De Fortuna.

39. **I**Vuenalis satyra. 10. sic Fortuna à Prænestinis ut Deam cœcā in volubiliq̃ saxo fixā adoratam illiuit.

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te,

Nos facimus, fortuna, Deam, cœcæ loque locamus.

Sed relicti antiquorum erroribus à Christiana auctoritate damnatis, dico fortunam, teste Aristotele cap. 5. huius libri, esse causam efficientem per accidens, in his que raro contingunt ex electione. Id est, fortunam esse causam efficientem ad quam sequitur ex intentione, vel ex electione vnus effectus, alius inopinatus non intentus, nec electus à voluntate; qui dicitur fortuitus: quia ex tali causa, (quæ respectu illius fortuna appellatur) præter intentionem resultauit.

§. VII.

Corollarium secundum.
De casu.

40. **C**asus definitur à Philosopho eadem definitione qua fortuna dempta particula ex electione: vnde casus est causa efficiens per accidens in his, que raro contingunt absque electione: ut quando agenti naturali absque electione

propria alicuius actionis exercitæ sequitur per accidens aliquis effectus; tunc talis effectus appellatur casualis, & causa à qua per accidens dimanauit appellatur casus. Ex his constat, quod respectu Dei non potest dari nec fortuna, nec casus; sed solum respectu creaturarum: ratio est: nam ignorantia est indispensable, ut effectus sit respectu agentis fortuitus, vel casualis; sed ignorantia non in Deo; sed solum in creaturis potest reperiri: ergo in Deo non datur casus, nec fortuna. Hac ergo de causa Philosophus lib. 2. magnorum moralium, cap. 8. dixit: *ubi parum intellectus, multam fortunæ; & è conuerso: & ideo simplices regulariter fortunati appellantur.*

§. VIII.

Corollarium tertium.
De fato.

41. **F**atum secundum Boetium lib. 5. de consolatione, prola. 6. est in herens rebus mobilibus, immobilis dispositio, per quam diuina providentia suis quæque necesse ordinibus: quod idem est, ac dicere esse infallibilem causarum secundarum dispositionem ab Auctore naturæ præuisam, & prædeterminatam; nedum quoad substantiam suarum actionum, & effectuum; sed etiam quoad modum libertatis, vel necessitatis; ita ut Deus non solum infallibiliter prædeterminet, quod actiones infallibiliter dimanent à suis

suis causis; sed etiam quod libere,
vel necessario ab illis dimanent:
hoc est, à libera, dimanent libere;
& à necessaria, necessario. Ex his
constat fatum esse inter causas ef-
ficientes annumerandum: nam pro

materiali, dicit *causas secundas esse
eternas*; & pro formali, *dispositionem
infallibilem*, & *suavem divina prou-
dentia*, & non inefficacem relatio-
nem, quam aliqui moderni som-
niantur.



TERTIVS

PHYSICORVM.



Hoc tertio libro, (cum in antecedentibus de principijs, & causis entis mobilis differuerit) motus quidditate intendit Philosophus demonstrare; vel quia in definitione naturæ ponitur, vel quia inter affectiones, seu effectus entis mobilis est sensibus maxime notus: Octo igitur capitibus hunc absolvit librum; in tribusque primis agit de motu: nam in primo exponit rationem, cur prius de motu, quam de loco, tempore, alijsque affectionibus entis naturalis sermonem instituit: in secundo assignat definitionem motus; dicens: *Motus est actus entis in potentia, secundum quod in potentia:* & in tertio colligit motum esse actum mobilis: quia tantum mobile est in potentia ad motum: In reliquis autem capitibus, occasione continuitatis in motu repertæ, disputat de infinito, de illo que docet dari in potentia, in rerum natura: quia quodlibet continuum est in infinitum divisibile; non tamen dari infinitum in actu: quia implicat continuum esse in omnes suas partes divisum.

DISPUTATIO PRIMA

DE MOTU.



Disputationem hanc tribus absolvam quæstionibus, in quibus breuiter explanabo motus essentiam, identitatem actionis cum passione, & motu, & denique proprium actionis subiectum, in quo suam, & causa manifestat virtutem.

QVÆSTIO. I.

An definitio motus sit exacta, & quis sit motus à Philosopho definitus?

§. I.

Communis definitionis expositio rejicitur.

Philosophus cap. 2. huius libri sic motum definiuit: *motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia.* Complutenses, cum communi Thomistarum, & Philosophorum consensu, sic motus exponunt definitionem; ita ut *ly actus* ponatur loco generis: nam in hac particula convenit motus cum actu perfecto, qui in quieto, & perfecto esse actuat subiectum: & reliquæ particulae ponantur loco differentiae: quia per illas denotatur, quod subiectum, motu informatum, sit in potentia ad ulteriorem actum, hoc est, ad actum perfectum, qui non est transitus, & via, sicut motus, sed terminus talis motus, & via.

2. Veruntamen hæc explicatio non placet; primò: quia non solum debet *ly actus* poni loco generis; sed etiam reliquæ particulae vsque ad ultimam: cum vsque ad illam non determinetur motus ad lineam actus imperfecti: nullus ergo datur actus physicus per se respiciens subiectum, qui non sit ac-

Tom. 1. pars 1.

tus entis in potentia; id est, qui nõ sit actus subiecti in potentia ad illum existentis: ergo loco generis non solum debet poni prima particula; sed etiam reliquæ vsque ad ultimam.

3. Secundò: nam per hanc expositionem motus determinatur ad causalitatem causæ efficientis in ordine ad subiectum mobile, quæ determinatio difficilis apparet: quia (ut constabit ex nostra expositione) motus à Philosopho definitus debet extendi ad causalitatem omnium causarum.

4. Tertio: nam iuxta hanc explicationem, dispositionibus, quæ nullatenus habent rationem motus, convenit hæc definitio: cum ipsæ, ita actuent subiectum, ut illud positivè ordinent ad ulteriorem actum; scilicet, ad formam, ad quam disponunt: ergo hæc expositio ut falsa debet rejici.

§. II.

Vera definitionis motus explicatio.

5. **E**X recta, scientificaque Aristotelis coordinatione sic motus definitionem explicò: motus est *actus entis*, id est, est causalitas cuiuscumque causæ, materiam sensibilem concernentis; *in potentia prout in potentia* designat motum non solum esse in potentia ad causalitatem sensibilem, & materialem; sed etiam ad effectum causalitatis.

S

lita

Disputatio prima. Quæstio prima.

licatis: nam causa non solum exigit causalitatem; sed media illa effectum: cum omnis causa sit ex se in potentia ad illam, & ad illium. Ex explicacione constat, quod illæ particulæ *actus entis in potentia* ponantur loco generis: nam in illis convenit cum omni forma, quæ est actus materiæ, & quod illa particula *prout in potentia* ponitur loco differentie: nam per illam distinguitur ab actu perfecto, qui non ut via, & transitus; sed ut in quieto, & in perfecto esse, actuat subiectum, distinguitur etiam per illam motus à dispositione: quia hæc, licet per modum vite actuat subiectum; non tamen ut causalitas, & influxus entis; sicut actuat motus; qui secundum Divum Thomam. 11. Metaph. lect. 9. est medium, nedum inter mobile; seu subiectum, & terminum, (ut volunt Complutenses) sed etiam inter movens, & terminum: audi Doctorem Sanctum: *Et ita cum movens dicatur propter motum, motus erit actus motui: dicitur autem medium inter actum, & potentiam: quia ab utroque extremo aliquid participat: nam ab actu participat hoc quod est esse mobilis, vel motui actum: & à potentia hoc quod est esse potentiam ad terminum, vel ad actum perfectum: cum ens motu informatum sit ulterius perfectibile per terminum motus.*

6. Sed contra istam definitionem sic insurges primo. Motus specificatur à termino: ergo non per or-

dinem ad ens; sed per ordinem ad terminum debet definiri: cum essentia rei nec cognosci, nec explicari possit nisi per ordinem ad suum specificativum. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: motus specificatur à termino ultimatum concedo antecedens: initiativum nego antecedens: & consequentiam: nam sicut motus ad equum est speciem accipit ab ente, cuius est actus imperfectus; id est, à termino essentialiter imperfecto; sic debet definiri per ordinem ad ens, & per ordinem ad terminum: quod verò sit per ordinem ad terminum v. definitum constat ex ultima particula *prout in potentia*, ubi designatur motum esse in potentia ad actum perfectum.

7. Dices. Motus est actus; sed actus tollit potentiam: ergo motus non relinquit subiectum in potentia. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: est actus *vialis, & imperfectus*, concedo maiorem: *ultimatus, & perfectus*, nego maiorem: & distinguo minorem: actus tollit potentiam quæ illi correspondet concedo minorem: quæ alteri correspondet actu nego minorem: & consequentiam: nam licet motus non relinquat subiectum in potentia ad ipsum motum; relinquit illud in potentia ad ulteriorem actum scilicet, ad terminum, ad quem ultimatum tendit.

8. Insurges secundo. Motus privativus, ut corruptio, remissio, &c. sunt

sunt propriè motus, & tamen illis non conuenit definitio; quia corruptio, non relinquit subiectum, vel mouens in potentia ad ulteriorem actum: cum motus priuatius non sit actus; sed carentia actus: ergo definitio hæc non conuenit omni definito. Respondetur distinguendo maiorem: motus priuatiui sunt propriè motus *formaliter*, quatenus priuatiui sunt, nego maiorem: *materialiter* quatenus positiui sunt concedo maiorem: & minorem: & nego cōsequentiā: nam vt priuatiui sunt, solum sunt impropiè, & metaphoricè motus: dixi in quantum priuatiui: quia vt corruptio, identicè includit generationem, quæ propriè, & per se est motus. Ex hac definitionis expositione colliges, hanc definitionem nõ conuenire dispositioni, in ordine ad habitum; nec calori remisso, in ordine ad intensum; nec formæ embrionis, in ordine ad formam perfectiorem: tum quia subiectum, ratione harum formarum, non manet ordinatum ad ulteriorem actum: tum quia non se habent per modum fluxus, & causalitatis: & ratio huius non est, quia istæ formæ non ordinant positiuè subiectum in ordine ad perfectiorem actum, (vt Thomistæ volunt) cum saltem dispositio essentialiter, & positiuè tendat in habitum; sed quia non sunt actus imperfecti, viales, per modum influxus, & causalitatis: quod constat ex eo, quod adhuc posi-

Tom. I. pars I.

ta forma embrionis desideratur alius motus ad acquisitionem formæ perfectioris; & posito calore vt quatuor, desideratur alius motus ad calorem vt sex, & adhuc posita dispositione, desideratur alius motus ad introductionem formæ, ad quam disposuit.

9. Dices, hunc influxum non esse in definitione appositum: ergo voluntaria interpretatione argumentis satisfacimus. ¶ Respondetur negando antecedens: nam *actus* positus in definitione est *actus entis*, hoc est, *causæ*; sed actus qui relinquit causam cum potentia ad alium actum, est causalitas, & influxus: (vt ex se constat) ergo cum non mediocri fundamento sumitur actus pro causalitate influxiua.

10. Ad secundam partem certaminis deueniendo, (à qua maximè dependet prima) Complurimæ cum omnibus Doctoribus defendunt hanc definitionem solum conuenire motui causæ efficientis, prout se habet in ordine ad mobile, & exercet formalitatem passionis; non prout se habet in ordine ad mouens, & exercet formalitatem actionis. Vt ergo secundæ parti cōsequenter respondeamus, sit.

§. III.

Prima conclusio.

II: Motus, ab Aristotele definitus,

S 2

nitus,

Disputatio prima. Questio prima.

actus, est causalitas cuiuscumque
causæ: vel est actus imperfectus,
qui actus imperfectus relinquit
causam in potentia ad actum per-
fectiorem. Hæc specialis resolutio
pro se habet Philosophum cap. 1.
huius libri: vbi sic ait: *quia natura
principium motus definitur, ideo in do-
ctrina de natura, quid nam sit motus
erit statim definiendum: nam si motus
ignoratur, necesse est naturam ignora-
ri: ergo, secundum mentem Phi-
losophi, motus ab ipso definitus
est motus in naturæ definitione
appositus: cum solum per istum
possit in naturæ cognitionem de-
veniri; sed motus in naturæ defini-
tione positus extenditur ad cau-
salitates omnium causarum: vt
probavi, lib. 2. disp. 1. quæst. 1. ergo
motus ab Aristotele definitus in
præsenti extenditur ad causalita-
tes omnium causarum.*

12. Habet etiam pro se rationē:
nam omnis causalitas tendens ad
terminum perfectiorem est actus
entis in potentia, prout in poten-
tia: cum non solum sit potentia
motus; sed effectus, vel terminus
positus (vt constat in generante,
quod non solum est in potentia ad
generationem; sed etiam ad ter-
minum genitum; & etiam in for-
ma, quæ non solum est in poten-
tia ad informationem; sed etiam
ad effectus media informatione)
ergo definitio motus non debet
restringi ad causalitatem passivi, seu
mobilis; sed debet extendi
ad causalitates in omnium
causarum.

§. IV.

Secunda conclusio.

13. **D**efinitio ab Aristotele tra-
dita vere comprehendit
mutationes instantaneas. Est Phi-
losophi in præsenti: vbi statim post
definitionem motus posuit exem-
plum in generatione, prout ab al-
teratione distincta, sed generatio
est actio instantanea; ergo actio-
nes instantaneæ sunt ab hac defini-
tione comprehensæ: aliàs exem-
plum esset definitioni oppositum.

14. Ratione probatur. Generatio
est actus, vel causalitas generatis,
quæ illud relinquit in potentia ad
vltiorem actum: scilicet, ad for-
mam: ergo definitio motus verè
competit instantaneo.

15. Respōdebis primò mutationē
instantaneā nō relinquere causam
in potentia ad vltiorem actum:
cum non relinquat illā sub priva-
tione formæ; sed simul sit in eadē
duratione reali cum illa: nam fieri,
& factum esse actionis instan-
tanæ sunt in eodem instanti.

16. Sed in primis ex hac solutio-
ne, (quæ est contrariorum funda-
mentum præcipuum) sequitur cō-
tra omnes, quod hæc definitio non
adaptetur motui successivo: nam
in eadem duratione, in qua datur
pars motus successivi, datur etiam
partialis terminus, huius motus
partialis: ergo talis motus non
relinquit causam sub privatione
propriij termini: ergo talis motus
non est definitus.

17. Itē

17. Iterum respondebis partem motus successiui, quæ est in instanti *A.* relinquere causam in potentia, & sub priuatione termini in instanti *B.* existentis.

18. Sed contra est: nam partialis terminus vnius etiã partis motus successiui, per accidens se habet ad aliam partem eiusdem motus: præcipuè cum vna pars termini non possit à motu alterius partis causari: ergo ille non actuat, vt via, & vt transitus, nisi in ordine ad partem termini, per illum acquisitam.

19. Vnde ad solutionem allatã dico, quod de ratione essentiali motus nõ est, quod relinquat causam in *potentia physica*, & reali, hoc est, cum priuatione reali formæ; sed solum quod illam relinquat, pro illo priori naturæ, (in quo antecedit vltiorem actum) in *potentia metaphysica*; hoc est, cum priuatione formæ per rationem: hæc impotentia ad minus datur in subiecto motu intrinseco affecto: cû, pro illo priori, intelligatur absque actu perfecto, & cum ordine ad illum; & hæc, per viam rationis formalis, sufficit in motu, vt ei tota cõueniat definitio: nam de ratione motus non est, quod realiter relinquat causam in potentia; sed quod motus, (quantum est ex se) relinquat in subiecto potentiam ad receptionem, vel ad productionem vltioris actus. Non me latet Thomistas nostræ familiæ asserere intellectum, pro illo priori, non intelligere subiectum actua-

tum per motum, cum priuatione formæ: quia hoc esset falli; sed solum intelligere illud præcisè; quatenus solum intelligit motum in subiecto, cum ordine ad formam; absque eo quod intelligat formã, vel priuationem formæ. Sed non intelligo quomodo cum hac doctrina defendunt subiectum, vt sic intellectum esse impotentia ad formam; cum impotentia ad distinctionem potentia: (vt constat ex dictis ex Philosopho lib. 1. disput. 2. quæst. 1.) dicat priuationem formæ, ad quam est in potentia.

20. Notatamen, pro adæquata huius conclusionis intelligentia; quod licet attentis verbis definitionis; possit hæc definitio *mutationibus spiritalibus* adaptari; tamen iuxta subiectam materiã solum *mutationibus materialibus sensibilibus*, vel mutationibus à naturã dimanantibus potest adaptari. Ratio est: nam Philosophus nomine entis solum intellexit ens naturale, vel mobile, quod materiã concernit sensibilem.

21. Nota secundò intellectiões nostras, (nec in statu separationis, nec in hoc immersionis statu) esse sub hac definitione comprehensas: tum quia (vt diximus 2. physic. disp. 1. quæst. 2. §. 6. per totum) anima, in ordine ad has actiones, nec spectat ad Philosophum, nec habet rationem naturæ: tum quia hic solum definitur causalitas, quæ imperfectè actuat causam; & intellectio non imper-

Disputatio prima. Quæstio prima.

fectè; sed perfectè informat intellectum: nam licet intellectio creata, sub expressione dictionis, producat Verbum; tamen hoc imperfectius est illa: quia Verbum est propter intellectionem, & non intellectio propter Verbum; sicut *ferra* propter *manum*; & non *manus* propter *ferram*.

§. V.

Tertia conclusio.

22. **I**stantaneæ sensationes, non sunt à Philosopho definitæ. Constat ex illo, 3. de anima. text. 22. & ex Divo Thomæ. ibidem. lect. 12: & probatur à Complutensibus hac ratione. Motus à Philosopho definitus, est *actus entis in potentia prout in potentia*; sed sensationes sunt actus entis in actu: cum sensationes supponant sensus, per species actuatorum: ergo sensationes non sunt à Philosopho comprehensæ.

23. Sed hæc ratio veritatè conclusionis obnubilat, nam sensus informatus specie sensibili manet in potentia ad sensationem, & ad speciè expressam: ergo ex eo quod sensus antecedenter ad sensationè sit in actu, non sequitur quod sensatio nõ possit obtinere rationem propriissimam motus definiti à Philosopho. ¶ Contra est secundò: nam augmentatio, (in opinione horum Doctorum) est motus à Philosopho definitus; sed augmentatio supponit subiectum in actu,

per totam substantialem, specie intentionali sensibili perfectiorè: ergo ex eo quod sensatio supponat subiectum in actu, nõ sequitur quod non possit à Philosopho definiri.

24. Quare hac relicta ratione sic probo conclusionem. Sensatio non est actus vialis imperfectus tendens ad alium perfectiorem: (tum quia sensatio perfecta actuat sensus: tum quia sensus perfectio solum consistit in sensatione) sed in presenti solum definitur à Philosopho actus, qui imperfectè actuat causam: ergo sensatio non est motus, seu casualitas, in hac definitione comprehensa.

25. Nec valet dicere, quod sensatio ordinetur ad speciè expressam. Tum quia in probabilissima opinione hæc non datur in sensationibus: tum quia, etiam si detur, sensatio non est propter speciè expressam; sed potius è contra: cū sit signum deseruiens ei, ut mediū, ad atinctionem sui obiecti.

26. Nec valet dicere, quod in presenti est definitus à Philosopho motus in definitione naturæ positus, qui se extendit ad has sensationes. ¶ Non (inquam) valet: quia, (vt constat ex Philosopho in hoc libro, c. 2.) in presenti solū definitur motus qui manet in potentia ad actum perfectiorè: quare sensationes nõ sunt sub hac definitione comprehensæ, (etiam si formalissimè participet rationem naturæ) quia non respiciunt per se actus perfectiores.

An actio, passio, & motus realiter distinguantur? 140

QVÆSTIO II.

Utrum actio, passio, & motus inter se
realiter distinguantur?

§. I.

Prelibantur certiora.

1. PRO quaestione captu, primò
notandum venit, quaestione
tantum procedere de actione trá-
seunte eductiua, quæ fit ex subie-
cto: nam sola hæc (ad distinctio-
nem actionis creatiua) proprie, &
verè includit motum, & passio-
nem.

2. Secundò notandum venit,
plura reperiri quasi coniuncta, dū
aliquid mouetur: nam reperitur,
*mouens, mobile, terminus motus, & ra-
tio actionis*, quæ desumitur in ordi-
ne ad agens, seu mouens, *ratio pas-
sionis*, quæ desumitur in ordine ad
subiectum, seu patiens: & denique,
ratio tendentis, viæ, seu motus, quæ
desumitur in ordine ad terminum
& de hac inquirimus: an, & quo-
modo distinguitur ab actione, &
passione? hæc omnia manifestan-
tur in calefactione: nam in primis
reperitur *calefactiuum*, videlicet *ig-
nis*: & *calefactibile*, videlicet *lignum*:
& etiam *calor*, qui est *terminus cale-
factionis*: & rurs⁹ *fieri caloris*, quod
ut egrediens ab igne, dicitur *actio*:
& ut recipitur in ligno, dicitur
passio; & ut tendens per modum
viæ ad productionem caloris, seu
adhoc ut transeat lignum ex non

Tom. 1. pars 1.

calido ad calidum, dicitur *motus*.
Vnde motus, quatenus est, *ab hoc
in illo*, dicitur *actio*; & quaten⁹ est,
in hoc ab illo, dicitur *passio*; & deni-
que quatenus est via in terminum
dicitur *motus*: ex quo habes actio-
nem in recto coalescere ex respec-
tu *ab*, & in obliquo ex respec-
tu *in*; & passionem è cōuerso; ex res-
pectu *in* in recto; & ex respectu *ab*
in obliquo.

§. II.

Referuntur sententia.

3. MERITO ab omnibus reijci-
tur modus opinandi Sco-
ti, qui nō veritatis robore, sed de-
bili subtilitatis clypeo munitus,
docuit rationem formalissimā ac-
tionis consistere in respectu præ-
dicamentali agentis ad patiens; &
similiter rationem formalissimam
passionis in alio respectu prædica-
mentali patientis ad agens: nam
existimauit causalitatem ab agē-
te immediatè ortam non gaudere
formalitatibus actionis, & passio-
nis, sed solum formalitate motus:
ex quo ait, has relationes prædi-
camentales, quæ formaliter habēt
rationes actionis, & passionis, re-
sultare in agente, & passio tãquam
relationes à motu distinctas. Me-
ritò (inquam) hic modus opinan-
di, ut veritati oppositus, commu-
ni reijcitur consensu: tum quia
agens, per hos respectus prædica-
mentales, nō dicitur agens in ac-
tu secundo, sed solum respiciens:

S 4.

tum

Disputatio prima. Quæstio secunda.

tum quia Aristoteles in prædicamentis, à prædicamento ad aliquid, distinctis, collocavit actionem, & passionem: tum denique quia hi respectus fundantur in actione, & passione: ut constat ex dictis in prædicamento ad aliquid: ergo prædictus modus opinandi abique fundamento ab Scoto defenditur.

4. Prima ergo, in hac re, sententia asserit actionem, & passionem inter se, & à motu realiter distinguui; ita ut, ante omnem intellectus fictionem sint entitates *realiter existentis*, vel *realiter modaliter distinctæ*. Ita Caietanus. 1. p. q. 25. ar. 1. Nazarius, ibidem. Zumel. ar. 1. q. 21. & alij quam plurimi.

5. Secunda sententia defendit, *actionem, motum, & passionem*, esse idem realiter à parte rei, & formaliter per operationem intellectus actionem distinguui à passione, & motu. Cæterum passionem à motu non distinguui. Ita Suarez, in Metaph. disp. 49. sect. 2.

6. Tertia opposita docet, *actionem, passionem, & motum* inter se realiter non distinguui; sed solum rationis distinctione. Ita Rubius in præfenti, tract. 1. q. 7. & alij quam plurimi Thomistæ.

7. Recentiores verò Thomistæ, in consequentia, & falsitate, docent, *actionem passionem, & motum non existatiue realiter; sed formaliter ex natura rei* distinguui, ante omnem operationem intellectus; ita ut in eadem entitate reali dentur tres formalitates non existatiue, sed for-

maliter ex natura rei, distinctæ. Hic modus opinandi ab Scoto subtiliter ex cogitatus in Dialectica, disp. 3. q. 3. fuit ab his Thomistis, & à nobis acriter impugnatus, ut veritati oppositus; & nunc ab illis maximè extollitur, forsan, quia subtilem Scoti distinctionem in hac materia habent ut propriam.

8. Magister Ioannes à Sancto Thoma distinctionem inter has formalitates repertam, *modalem ex natura rei*, appellat: in quo sensu censo omnes Thomistæ, (qui distinctionem, ante fictionem intellectus tribuunt actioni, & passioni) asserere, distinguui *ex natura rei*; hoc est, *realiter modaliter*.

9. Non me latet modernum nostræ familiæ nouissimè asserere, actionem, & passionem solum ratione distinguui à motu, etiam si inter se realiter modaliter distinguuntur. Sed iste modus opinandi efficaciter reijcitur impugnatione: nam motus, qui est in actione realiter modaliter distincta à passione, est identificatus cum entitate modali ipsius actionis: & similiter motus qui est in passione est identificatus cum entitate ipsius passionis; sed istæ duæ modales entitates sunt à parte rei modaliter distinctæ; ergo ratio motus, quæ est in actione, est modaliter distincta à ratione motus, quæ est in passione. ¶ Confirmatur primò: nam in opinione ipsius, (& omnium Thomistarum) natura ex se à parte rei non est per modum vnius in pluribus singularitatibus: quomodo ergo nunc

con-

An actio passio, & motus realiter distinguantur? 141

concedit motui, quod denegat naturæ, scilicet, quod, absque multiplicitate, sit idem motus in duobus modis singulariter distinctis? eadem enim est, absque dubio, in utroque casu ratio. ¶ Confirmatur secundò. Actio, & passio, identificantur realiter cum eodè motu: ergo & inter se: iuxta illud: *quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.*

10. Nec valet dicere, quod ad veritatem proloquij est necessarium, quod sint idem cum tertio re, & ratione. ¶ Non (inquam) valet: tum quia hæc doctrinalolum habet locum in divinis: tum quia aliàs daretur in creatis, nedù vmbra, sed similitudo serè omnimodamysterij Trinitatis: siquidem si in mysterio Trinitatis datur vna numero essentia, in tribus personis distinctis, in præsentia datur idem numero motus in modis realiter distinctis. Quare in fauorem tertiæ sententiæ, sit.

§. III.

Conclusio.

11. **I**nter *actionem, passionem, & motum*, non datur *realis aliqua distinctio*. Constat primo ex Philosopho. 3. physic. cap. 3. vbi expressè ait: *eundem motum esse re, actum agentis, & patientis; non verò ratione*. Constat secundo ex nostro Anselmo Dialogo de veritate, c. 9. vbi sic loquitur: *multis enim modis eadem res suscipit, (diuersis con-*

Tem. 1. pars 1.

*siderationibus) contraria; quod in actione sæpè contingit, vt in percussione: percussio namque, & agentis est, & patientis: vnde & actio dicitur, & passio potest. Constat tertio ex Sancto Doctore. 11. Metaph. lect. 9. vbi affirmat *actionem, & passionem tantum ratione differre.**

12. Ratione solet probari: tum ex eo quod, nec diuinitus potest actio, quæ est ex subiecto, separari à passione: tum quia nulla datur necessitas multiplicandi entitates ante fictionem intellectus: (cum eadem entitas calefactionis, vt egrediens, consequatur rationem actionis, & vt recepta, rationem passionis, & vt tendens in actum perfectiorem, rationem motus (ergo formalitates actionis passionis, & motus in eadem coincidunt entitate.

13. Ratione ergo magis speciali nostra probatur conclusio. Si passio esset realitas, ante fictionem intellectus, (entitativè, vel modaliter ab actione distincta) hæc passio distincta, necessario deberet ab aliquo agente media actione produci: (cum nihil sit in rerum natura, quod non sit ab aliquo agente productum *immediatè* per modum actionis, *vel mediatè* per modum termini media actione) sed actio, huius passionis productiua est entitativè passio: ergo & ad illam deberet dari alia actio; & sic in infinitum: ergo ne prædictum sequatur absurdum, dicendum est, actionem non esse à passione, & motu distinctam. Minor probatur primo:

Disputatio prima. Questio secunda.

mō. A cōio, vt talis, essentialiter est accidens, exigens ex se inhærentiam, sed causalitas agentis, vt recepta in passio, est passio: cum, vt sic, sit in hoc, ab illo, id est, in passio ab agente: ergo actio, passionis productiua, entitatiuè est passio. Secundo probatur eadem minor: nā actio (in opinione contrariorum) vt talis, recipitur in passio; sed vt recepta in passio est passio: ergo actio ex se, & ratione propria entitatis, obtinet formalitatem passionis. Hoc idem argumentum potest fieri de motu: nam actio exit ab agente, cum ordine ad terminum; ergo actio ante fictionem intellectus est realiter entitatiuè passio, & motus. ¶ Confirmatur hæc ratio: nam passio distinguitur realiter formaliter, vel realiter modaliter ab actione; vel distinguitur ab illa vt terminus productus, per illam, vel per aliam actionem; vel denique vt distinctum fieri, vel vt diuersus influxus, in eundem terminum. Hoc vltimum dici nō potest; quia respectu vnius termini, vnicus tantum, & non duplex requiritur influxus ab agente: (aliàs esset duplex actio, duplex passio, & duplex motus) nec secundum dici valet: tum ob eandem rationem: tum quia vnica passioni vnica tantum actio sui termini productiua respōdet. Nec tandē dici potest primū: tū quia adæquatus terminus actionis, est terminus ipsius passionis: tum quia passio realiter est via, & fieri termini, & non terminus exposcens aliud fieri.

6. 10.

Aliguna quesita.

14. Inquires primò: an adæquatus distinguantur actio, passio, & motus? ¶ Respondeo affirmatiuè: tum quia hanc distinctionem (ad minus) probant contrariorum argumenta: tum quia distinctis explicantur definitionib⁹: tum quia sunt extrema aliquo modo opposita.

15. Inquires secundò: quomodo se habeat motus in ordine ad actionem, & passionem? Aliqui respondent se habere vt genus. Sed hic modus sentiendi non placet: tum quia actio, & passio sunt prædicamenta primo diuersa; quæ supra se non habent genus: tum quia ratio generica debet multiplicari in partibus subiectiuis inferioribus; & motus non multiplicatur per actionem, & passionem: vt constat ex Philosopho cap. supra relato.

16. Quare omnes fere Thomistæ asserunt, motum se habere, per rationem, per modum subiecti quo respectu actionis, & passionis; ita vt actio, & passio, se habeant, per intellectum, vt affectiones modales motus; ad modum quo albedo, & dulcedo, se habent vt formæ cuius subiecti. Hic modus opinandi habet pro se Philosophum. 3. physic. text. 22. vbi sic ait: nec actio idem quod passio; sed motus, cui hæc insunt: ergo ex mente Philosophi

motus est subiectum actionis, & passionis.

17. Sed nec hic modus opinandi placet: tum quia actio, & passio intrinsicè sunt in passio, tanquam in subiecto inhaesionis: tum quia (vt constabit infra) motus formaliter spectat ad essentias actionis, & passionis: ergo nec conceptibiliter se habet vt subiectum harum formalitatum.

18. Vocatur autem à Philosopho motus, subiectum actionis, & passionis: quia motus non *in recto*; sed *in obliquo*, constituit quidditates harum formalitatum: & cum in accidentibus ratio obliqua exerceat munus materiae; ideo in praesenti (quamquam aliqua latitude) dixit motum esse subiectum actionis, & passionis.

19. His ergo opinionibus ommissis dico, motum intrare formaliter in obliquo ad conceptus essentialis actionis, & passionis: licet verum sit, quod magis remote spectet ad passionis conceptum. Ratio primi est: nam actio essentialiter est ab agente in passio, vt ex illo educat terminum: (cum actio, vt talis, sit actus principij actiui, cum potentia ad termini effectiorem) sed in tali actione: seu causalitate essentialiter est inclusa propria motus ratio: cum motus essentialiter sit via in terminum: ergo actio essentialiter *in obliquo* importat motus quidditatem. Consulto dixi *essentialiter in obliquo*: nam *in recto*, actio solum dicit conceptum ab; & ideo omnes alij respectus in-

trant *in obliquo* ad actionis constitutionem.

20. Ratio secundi est: nam passio, de praedicamento passionis, (de qua in praesenti) essentialiter est in passio ab agente, vt disponat passum ad termini receptionem: ergo passio, essentialiter etiã *in obliquo*, includit motus conceptum: cum in tali passione essentialiter includatur via, seu tendentia in terminum. Vocatur autem talis tendentia in terminum, *remota*: quia passio, de praedicamento passionis, non tendit in terminum, vt illum recipiat; sed vt disponatur passum, seu mobile ad termini receptionem: vtique, quia (vt dixi supra, lib. 2. dip. 3. q. 1. §. 3. n. 13.) materia solum recipit, media passione de praedicamento substantiae.

21. Dices, secundum Diuum Thomam 1. p. q. 28. a. 3. ad 1. & q. 41. a. 1. ad 2. istae propositiones: *actio est motus: passio est motus*; solum sunt uerae in sensu identico: ergo motus, de formali non includitur in quidditatibus actionis, & passionis. ¶ Respondetur negando antecedens: nam Diuus Thomas (locis citatis) nec docet has propositiones esse identicas; nec formales: imo in secundo loco docet, motum esse de conceptu essentiali actionis creatae: (vt iuruenti constabit) vocantur autem à Doctoribus istae propositiones identicae: quia ratio motus solum *in obliquo* intrat ad conceptus essentialis actionis, & passionis.

Disputatio prima. Quæstio secunda.

§. V.

Argumenta primæ sententiæ.

22. **P**rimum sic procedit. Actio, & passio diuersa constituunt prædicamenta; & motus, (vt constat ex Philosopho) directe ad nullum spectat prædicamentum: ergo actio passio, & motus sunt tres naturæ reales, realiter entitatiue, vel realiter modaliter distinctæ: cum prædicata quæ in prædicamentis collocantur sint realia: (vt constat ex eodẽ Philosopho in antepædicamentis.) Confirmatur. Prædicamenta (secundum Philosophum) sunt primo diuersa: ergo formalitates, quæ illa constituunt debent realiter distingui; vtique quia maior distinctio debet admitti inter ea, quæ sunt primo diuersa, quam inter ea, quæ vniuocè conueniunt; sed inter res vniuocè conuenientes datur distinctio realis: vt inter Petrum, & Paulum in natura humana conuenientes: ergo potiori iure debet dari in rebus primo diuersis.

23. Vt respondeam nota; quod vt entitates accidentales diuersa constituant prædicamenta, nõ requiritur, quod à parte rei sint realiter entitatiue, vel modaliter realiter distinctæ; sed solum quod per rationem sint distinctæ, distinctione rationis adæquata; in distinctione reali virtuali fundata. Ratio huius est: nam entitates reales non collocantur in prædicamento;

prout sunt à parte rei; sed prout diuersis correspondent conceptibus: vnde si ex parte conceptus obiectiui, res inter se non conueniunt in aliquo primo genere; sed sunt totaliter diuersæ, (sicut sunt formalitates obiectiua actionis, & passionis) absque dubio in diuersis prædicamentis debent collocari. Hanc doctrinam accepi ex Diuo Thoma. 5. Metap. lect. 4. & 12. Metap. lect. 9. vbi docet distingui prædicamenta, (quæ sunt in ordine accidentalibus) penes diuersos modos prædicandi de substantia; quia diuersitas in prædicando præsupponit diuersitatem in essendo, non realem; sed rationis.

14. His suppositis ad argumentum respondetur, concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: prædicata, quæ collocantur in prædicamentis, sunt realia, & realiter distincta, nego antecedens: sunt realia, & realiter, vel per rationem, distincta, concedo antecedens: & nego consequentiam: nam essentia rerum non collocantur in prædicamento, nisi prout substant conceptibus nostris. ¶ Ad confirmationem respondetur concedendo antecedens; & negando consequentiam. Ad probationem nego antecedens: nam inter ea, quæ non vniuocè conueniunt, necessario debet dari distinctio realis, quia prædicatum vniuocum debet ab illis multiplicari: at verò inter illa, quæ sunt primo diuersa, solū requiritur, quod con-

conceptus obiectiuus, qui substat conceptui formali, non conueniat in aliquo genere cum conceptu obiectiuo, qui alteri substat conceptui formali: diuersitas enim nõ inferre realem distinctionem: vt constat in potentia, & passibili qualitate; quæ specie differunt intra genus qualitatis; & tamen calor, vt habet rationem potentia, non distinguitur realiter à seipso, vt habet rationem passibilis qualitatis. Ex quo colliges, actionem non esse à parte rei primò diuersam à passione; sed solum per rationem: ratio est; nam res, nõ prout est à parte rei, sed prout correspondet conceptibus nostris, constituit predicamentum primò ad alijs diuersum.

15. Dices primo. Magis distinguuntur ea, quæ genere, quam ea quæ specie distinguuntur: (vtique quia inter illa, & non inter ista datur prima diuersitas) & similiter magis distinguuntur ea, quæ specie, quam ea, quæ numero, vel indiuiduo distinguuntur: (vtiq; quia maior distinctio datur inter hominem, & leonẽ, quam inter Petrum, & Ioannem) sed inter ea, quæ numero distinguuntur, datur distinctio realis: ergo potiori iure debet dari inter actionem, & passionem, quæ genere distinguuntur. ¶ Responderetur negando antecedens: si distinctio stet pro carentia identitatis; secus verò si stet pro causa unitatis, similitudinis, seu conuenientia: nam (vt constat ex solutione confirmationis) nec genera,

nec species excludunt identitatẽ; licet excludant conuenientiam, similitudinem, seu unitatem repugnantem primæ diuersitati.

16. Dices secundo, ex D. Tho. quæst. .de potentia, ar. 2. ad 1. vbi hæc habet verba: *Ad primum ergo dicendum, quod nulla substantia, quæ est in genere, potest esse relatio: quia est definita ad vnum genus; & per consequens excluditur ab alio genere; sed essentia diuina non est in genere substantia; sed est supra omne genus.* Ex quibus verbis hec insurgunt: id, quod est ad vnum genus, vel predicamentum determinatum, excluditur à Diuo Thoma; nedum formaliter, sed entitatiuè, ab alio genere, sed actio est determinata ad genus actionis: ergo excluditur nedum formaliter, sed etiam entitatiuè à genere passionis. ¶ Sed licet hæc auctoritas, primo aspectu, difficilis appareat; tamen ex ipsa deducitur solutio: nam Diuus Thomas in illa non asserit absolutè, quod genera primò diuersa non possunt materialiter confundi, sed quod res, quæ est in predicamento substantia, non potest trãsire ad aliud genus: quod absolutè est verum: cum *per se, & in alio* sint modi, qui immediate cõtrahunt rationem entis, cum oppositione, nedum formali; sed entitativa: implicatorium enim est, quod eadem res realiter, & entitatiuè sit *ens per se, & in alio*: (vb constat ex dictis, lib. 2. dispu. 4. q. 1.) at verò ex hoc non sequitur, quod eadem realitas virtualiter multiplex non possit esse sub duplici

Disputatio prima. *Questio secunda.*

plici genere accidentis. Et quod hæc sit legitima mens Sancti Doctoris, constat ex ipsius verbis: nam in primis asserit, substantiam prædicamentalem non posse esse relationem; & in sequentibus tribuit rationem huius, non vtendo propositione vniuersali; (vt voluit aduersarij) sed propositione; quæ solum est vera in hac materia: nõ ergo asserit substantiam alligatam ad genus substantiæ non esse in genere relationis: quia hæc genera sunt primo diuersa vel quia formalitas quæ est in vno genere non potest esse entitatiue in alio; sed quia finita ad vnum genus, hoc est, ad genus substantiæ; (quod vnum est, ad distinctionem aliorum generarum, quæ sunt sub accidenti) non enim datur vnum genus sub ente in alio; sicut sub ente per se: & ideo genus substantiæ vocatur à Diuo Thoma vnum.

17. Dices tertio. Secundum Philosophum, res prædicamenti constitutiua est à parte rei, (absq; omni intellectu consideratione) vnã; sed *vnũ est in distinctum in se, & distinctum à quolibet alio*: ergo à parte rei res vnus prædicamenti constitutiua, est distincta à re alteri prædicamenti constitutiua; aliàs à parte rei non esset vnã: ergo formalitas actionis (prædicamenti actionis constitutiua) est à formalitate passionis à parte rei distincta.

¶ Respondetur Philosophum nõ asserere quod res constitutiua vni prædicamenti sit à parte rei formaliter vnã, hoc est, à parte rei di-

stincta à re alterius prædicamenti constitutiua; sed quod sit vnã formaliter per intellectum, & virtualiter à parte rei; quod libenter fateor; nam prout actio, v. g. subest conceptibus nostris, (quomodo collocatur in prædicamento) est à passione distincta: & consequenter vnã per rationem: quod vero res non prout sunt à parte rei, sed prout sunt sub conceptibus nostris constituunt prædicamenta, constat in animali, quod à parte rei (vt dixi in Logica, disp. 3. q. 2. est idem cum differentijs; & tamen animal ponitur in recta linea, absque eo quod in tali linea ponatur rationale: quia entitas vt concepta, & non prout à parte rei existens, collocatur in serie prædicamentali: vnde, ad hoc quod sit in prædicamento, non requiritur, quod vnitas rei sit realis; sed quod res in quo est vnitas, realis sit.

18. Secundum (quod est Ioannis à Sancto Thoma fundamentum præcipuum) sic se habet. Distincte relationes reales petunt fundamenta realiter distincta; sed actio, & passio se habet vt fundamenta distinctarum relationum: (vtiq; quia generatio, v. g. vt exprimit formalitatem actionis, fundat relationem paternitatis; & hæc eadem actio vt exprimit formalitatem passionis fundat relationem filiationis) ergo actio, & passio, quæ sunt fundamenta diuersarum relationum, realiter distinguuntur.

¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam
nec

An actio, passio, & motus realiter distinguantur? 144

nec relatio paternitatis, fundatur in generatione actiua; nec relatio filiationis in generatione passiuā; (etiā si se habeant vt rationes fundandi has relationes) vt ergo sint rationes fundandi distinctas relationes, non est opus, quod realiter entitative; sed solum quod realiter expressiue distinguantur: quomodo actio, & passio distinguuntur. Adde, quod etiam si sint fundamenta harum relationum, adhuc non sequitur, quod realiter entitative distinguantur: nam (vt dixi cum eodem Ioanne à Sancto Thoma, imo & cum omnib' Thomistis, q. 2. vniuersalium) eadem entitas indiuisibilis Petri, secundum diuersa connotata, fundat relationes distinctas similitudinis, & dissimilitudinis.

19. Tertium sic se habet. Si actio, & passio solum sunt formalitates per intellectum distinctae: ergo ex illis fit per intellectum vna entitas, vel formalitas: non aliter ac ex animali, & rationali fit per intellectum entitas hominis; sed hoc est impossibile: ergo realiter sunt distinctae. Pro solutione nota, quod multoties entitas, quae à parte rei est vere, & proprie vna, potest esse multiplex *virtualiter totaliter, & etiam virtualiter partialiter*: tunc est multiplex virtualiter totaliter, quando intellectui tribuit fundamentum, vt illam diuidat in formalitates completas distinctis gaudentibus essentijs, & definitionibus completis: vt quando in diuinis diuidit in diuisibilem Dei

perfectionem in perfectiones completas: tunc vero est multiplex partialiter, quando solum tribuit intellectui fundamentum, vt illam distinguat in formalitates incompletas ad vnius essentiae constitutionem ordinatas: vt homo qui praebet fundamentum, vt distinguatur ab intellectu in perfectiones graduales incompletas ad constitutionem hominis ordinatas. ¶ His suppositis dico, quod licet actio, & passio, à parte rei sint in vna entitate indiuisibili; concipiuntur tamen ab intellectu tanquam *formalitates completae*: cū quaelibet sit in suo genere completae: vnde ex his formalitatibus completis nõ resultat vnum per se formale per rationem, & virtuale à parte rei; sed vnum per accidens: & ideo non est necessarium cum intellectus distribuit hoc totum, quod illud distribuat in partes in completas absolute; sed sufficit, quod distribuat in partes quae in aliquo tertio possint adunari; quamuis huiusmodi partes sint, suo genere, completae, & perfectae: est quae aptissimum exemplum in sententia Scoti, qui non distinguit intellectum, & voluntarē ab anima realiter; & tamen asserit intellectum, & voluntatem concipi à nobis vt formas, & qualitates animae perfectas in suis speciebus. Est quae etiam simile exemplum in sententia Thomistarum asserentiam, attributa diuina distingui solum à nobis per rationem in formalitates completas, & perfectas, absque

Disputatio prima. Questio secunda.

que eo quod ex aliis fiat aliquid
tertium per se.

§. VI.

Fundamentum secunde sententia.

20. **P**ater Suarez sic probat vltimam suae sententiae partem. Idem est formalissime mobile, & passum: ergo & motus, & passio. Antecedens probatur. Mobile, vt mobile, constituitur formalissime per potentiam receptiuam motus; sed passum formalissime etiã constituitur per hoc quod est esse potetiam receptiuam motus: (cum potentia receptiua motus vt talis sit formaliter passum) ergo idem est formalissime mobile, & passum. Confirmatur. Per formalissimam rationem passionis subiectum aliter se habet; sed hoc est mutari: ergo passio formaliter, vt talis, coincidit, per viam rationis formalis, cum formalitate motus.

21. Si dicas, passum in suo cõceptu essentiali includere per se ordinem ad potentiam actiuam, quam mobile vt tale per accidens solum includit: (vt constat ex dictis lib. 1. disp. 2. q. 2.) Contra primo insurgit Suarez: nam passum, vt tale, solum respicit passionem, quam recipit, non vero potetiam actiuam, quam non recipit: cum id quod nõ recipitur in potentia passiuã, non sit ab illa per se inspectum. Contra est secundo. Motus receptus in potentia passiuã constituit passum;

etiam si nõ dicat per se ordinem ad potentiam actiuam: ergo de ratione passionis non est respectus ad agens. Contra est tertio: nam principium passiuum, vt transmutabile ab alio, respicit motum, à quo formaliter transmutatur, vt productum ab alio, à quo efficienter transmutatur: ergo transmutabile, seu mobile, (quod idem est) includit, (sicut passum) ordinem ad potentiam actiuam.

22. Nihilominus consequenter ad solutionem insinuatam responderetur primo negando antecedens. Ad probationem distinguo maiorem: mobile, vt tale, dicit formalissime potetiam receptiuam motus, vt transitus vnius termini ad alium, concedo maiorem: vt subiectum motus ab agente, nego maiorem: & distinguo minorem: passum formaliter constituitur per potentiam receptiuam motus ab agente, concedo minorem: per potentiam receptiuam motus, qui solum exprimat per se transitum vnius termini ad alium nego minorem: & consequentiam: nam licet verum sit, quod realiter entitatiue, mobile coincidat cum passo, & motus cum passione; tamen formaliter non coincidunt. ¶ Ad cõfirmationem responderetur distinguendo maiorem: per passionem mutatur subiectum, *mutatione lata*, concedo maiorem: *propria, & rigorosa*, (de qua in presenti) nego maiorem: & distinguo minorem eodem modo: negoque consequentiam: nam mutatio bifarie potest accipi: primo pro

An actio, passio, & motus realiter distinguantur? 145

pro hoc, quod est aliter se habere: & in hoc sensu quælibet formalitas recepta in aliquo subiecto illi linuat se etiam si non habeat rationem motus: vt constat in forma substantiali in materia recepta. Secundo pro hoc quod est, transire per aliquem influxum vialem *de non esse termini, ad esse termini*: & in hoc sensu sola formalitas motus mutat subiectum. ¶ Ad primam impugnationem dico, passum respicere potentiam actiuam, etiam si non recipiatur in passo; quia ad hoc sufficit, quod sit principium, à passione recepta *per se* connotatum. ¶ Ad secundam impugnationem responderetur distinguendo antecedens: motus receptus in potentia passiuæ constituit passum *rigorosum*, nego antecedens: *improprium* concedo antecedens: & nego consequentiam; nam passum *rigorosum*: (vt constat ex Philosopho locis supra citatis) est, qui recipit motum ab agente. ¶ Ad tertiam responderetur, concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam licet mobile, vel transmutabile ab alio, vt tale, per se respiciat principium à quo efficienter transmutatur; tamen mobile, vel transmutabile *absolutè*, hunc respectum non dicit: non aliter, ac licet albedo sit de essentia parietis albi; tamen absolutè nõ est de essentia parietis.

27. Secundo specialiter, & forsitan melius) responderetur ad argumentum, confirmationem, & impugnationes abstrahendo *ab hoc*, quod

motus in proprio cõceptu formali includat per se, vel per accidens, ordinem ad agens: dicendo, motum distingui à passione in hoc, quod motus est via, & transitus, vnius termini in alium: at verò passio est actio recepta in passo, absque eo quod, vt talis, dicat ordinem ad terminum per modum viæ, & tendentiæ; sed ad suum, per modum dispositionis preparatis subiectum ad termini receptionem: vnde mobile distinguitur à passo, in hoc, quod mobile, vt formaliter tale, coalescit ex motu, prout formaliter est via, & tendentiæ; at verò passum, constituitur præcisè, per actionem, vt in passo recepta, ad passi præparationem.

24. Inquires pro complemento quæstionis: An *actio, passio, & motus* distinguantur *realiter* à principio *actiuo, passiuo, seu mobili* & à termino? ¶ Respondeo affirmatiuè: quia actio, est huius, in hoc, passio verò est huius, ab hoc: motus verò, est tendentiæ in terminum; sed nulla res potest esse efficienter à seipsa, nec esse subiectiuè in seipsa, nec rendere in seipsam: ergo *actio, passio, & motus* distinguuntur à principio, *actiuo, passiuo, & à termino*.

25. Dices, motum solum distingui à termino *acquisito*, qui ad motum supponitur cum esse: (vt constat in loco respectu motus localis) nõ verò à *producto*: quia id quod in fieri habet rationem fluxus, & motus, in facto esse habet rationem termini. ¶ Responderetur negando totum nam separatio, est signum eu-

Disputatio prima. Questio tertia.

actus realis distinctionis: vnde motus realiter separatur à termino producto: cum in facto esse maneat terminus motus absque motu.

QVÆSTIO. III.

An actio creata sit, tanquam in subiecto inhesionis, in agente, termino, vel passio?

§. I.

Prænotantur aliquæ.

1. **P**raxens certamen (in opinione fere omnium Doctorum) non procedit de actione immanente, quam (absque controversia) dicunt recipi in agente, vel in principio, à quo dimanat; sed solum de transeunte, quam, (contra Caietanum) dicunt, non manere in agente; sed transire ad materiam, vel subiectum extraneum: immerico tamen hoc supponitur; nã hæc difficultas, suo modo, habet verum in actionibus immanentibus: quia licet actio immanens recipiatur in agente, hoc non conuenit illi, quia principium actuum est; sed quia principium passuum est: & ideo valet dubitari, an actio immanens recipiatur in agente, secundum munus agentis, vel, secundum patientis manus; sed quia eadem debet esse in utroq; casu resolutio; ideo de transeunte, vt sensibiliiori, est disputanda questio.

2. Quod ergo (absque controversia) suppono, est, præsentè dif-

ficultatè non habere locum in actione increata Dei: tum quia formaliter (in meliori opinione) est immanens: tum quia est actus indistinctus à principio activo: vt constat ex Diuo Thoma. 1. p. quaest. 14. ar. 4.

3. In præsentè ergo non est dubitandum, sed supponendum vt certum, actionem idèctice, sub expressione passionis, esse in passio, & exigere illud vt subiectum, quod etiã exigit secundum rationem transcendentalem accidentis, quam in se habet imbitatã: vnde quod examinandum superest, est, an actio, secundum munus proprium actionis, exigat subiectum inhesionis, & quale sit?

4. Vt subtilitatem questionis intelligas, nota actionem (in opinione Thomistarum) per viam rationis formalis, vel formaliter in recto, connotare agens, & formaliter in obliquo, passum: passionem vero in recto, connotare passum, & in obliquo, agens: iuxta quem modum dicendi totum quod dicit actio dicit etiam passio; tantumque discriminantur penes diuersum modum respiciendi potentiam actiuam, & passiuam: hæc suppositio est ab illis sumpta ex Philosopho cap. 2. ubi docet actionem esse motum huius, ab hoc; passionem vero huius, in hoc. Sed licet verum sit, quod actio sit ab hoc in illo: hoc est, ab agente in passio; & etiam quod passio, sit in hoc ab illo; id est, in passio ab agente tamen in actione, vt tali, ultra has expressiones sui conceptus inadæ-

qua.

quatas, aliam propriissimam suæ essentia reperies, consistentem in hoc, quod est esse productivâ, vel factivam termini: unde actio formalissimè est *ab, in, ad*: id est, est *ab* agente in passio ad productionem, seu educationem termini. Nec invenies repugnantiam in hoc, quod passio opposita actioni intret formaliter in obliquo ad cõceptum actionis: tum quia de ratione actionis educivæ est, quod agat in subiecto: tñ quia hoc est propriissimū entitatis relativæ: (vt constat in paternitate; in cuius conceptu intrat in obliquo filiatio ei opposita.

§. II.

Referuntur sententia.

5. **I**N hac re prima sententia asserit, actionem inhaerere in agente. Ita Caietanus. 1. p. q. 29. ar. 1. quem sequuntur Zumel. 1. p. q. 12. ar. 1. Nazarius. 1. p. q. 25. art. 1. & alij quam plurimi.

6. Secunda (quæ aliquando mihi placuit) affirmat, actionem subiectari in termino. Ita quæ plurimi moderni ex nostra familia.

7. Tertia docet, actionem subiectari in passio, tanquam in subiecto inhaesionis. Ita simplicius. Philoponus, quos sequuntur Ferrara in presenti. q. 4. Herbæus. quodlibeto. 4. q. 4. Soncinas. Iabellus. Toletus, & deniq; Magister Suarez. 2. Metap. disp. 48. sect. 4.

In huius sententiæ obsequium, sit.

Tom. 1. pars 1e

§. III.

Prima conclusio.

8. **A**ctio secundum esse *in*, quod in obliquo importat, est in passio, tanquam in subiecto inhaesionis. Est communis: & probatur. *In* actionis, est passio, ab actione *in obliquo* importata; sed passio est in passio, tanquam in subiecto inhaesionis: ergo actio secundum esse *in*, quod *in obliquo* importat, est etiam in passio, tanquam in subiecto inhaesionis.

9. Dices. Actio, vt formaliter talis, non includit *in* passionis: tum quia hoc *in* est proprium passionis, saltem per viam rationis formalis ab actione distinctæ: tum quia actio creativa, quæ participat rationem actionis, vt sic, saluatur absque *in* passionis. **S**ed contra est: nam passio includit *in* in recto, quomodo non includitur ab actione: si ergo non datur implicatio in hoc, quod passio in obliquo includat *ab* actionis: quare dabitur in hoc, quod actio includat in obliquo *in* passionis? Nec instantia de actione creativa aliquid valet: nam *in* passionis nõ est de conceptu actionis, analogice abstrahentis à creatæ, & increatæ; sed solum est de cõceptu actionis educivæ creatæ, quæ essentialiter importat ordinem ad subiectum, vt ex illo educatur forma, vel terminus actionis.

T 2

§. IV.

Disputatio prima. Quaestio tertia.

§. IV.

Secunda conclusio.

20. **P**Assum in actionis transeuntis; non est agens, nec terminus, sed primum subiectum ex quo forma substantialis educitur. Ex dictis in prima constat actionem, secundum esse in in obliquo ab ipsa importatū, includere subiectum inhaesionis: nunc in secunda resolutoriè defendimus, passū, seu subiectum actionis transeuntis, non esse agens, nec terminum; sed primum subiectum, seu materiam primam. Tertia pars nostra resolutionis constat ex prima conclusione. Prima verò constat ex Sancto Doctore. 1. p. q. 18. a. 3. ad 1. ubi sic fatur: *duplex est actio; una qua transit in externam materiam; ut calefacere, & secare: alia qua manet in agente: ut intelligere, & velle; quarum hac est differentia; quod prima actio non est perfectio agentis, quod mouet; sed ipsius moti secunda autem est perfectio agentis: ergo mea conclusio non est mea; sed D: Thomae; qui expressè docet, actionē transeuntem nō manere in agente; sed transire ad externam materiam, ad quam non transit immanens, qua in agente manet.*

11. Ex qua auctoritate, ratione fundamentali, probatur primò conclusio. Actio, ut sic, diuiditur (tāquā in species oppositas, & diuersas) in actionem immanentem, & formaliter transeuntem, sed actio

immanens est perfectio intrinseca agentis; etiam si in tali receptione non agentis; sed patientis munus exerceat: ergo transiens nō est agentis perfectio intrinseca: tū quia nō esset transiens, sed immanens: tum quia inter has actiones non est excogitabile aliud discriminē. ¶ Cōfirmatur. Ex eo (in opinione contrariorum) actio transiens est in agente, quia est agentis intrinseca perfectio; sed (ut cōstat ex auctoritate D. Tho.) sola actio immanens est intrinseca agentis perfectio: ergo contra n. etem Dni Tho. asserunt actionem transeuntem esse intrinsecam agentis perfectionem.

12. Respondebis primò, actionē transeuntē esse ab immanente distinctā; quia hæc habet terminum *ad extra* productum, quem immanens non producit. Sed contra est: nam actio non extrahitur formaliter à ratione immanētis, per productionem termini *ad extra*: ut cōstat in actibus voluntatis, & intellectus diuini, qui sunt immanentes formaliter; etiam si creaturas *ad extra* producant.

13. Respondebis secundò, actionē transeuntē dici perfectionē passī, & nō agentis; quia per se primò ordinatur ad perfectionem passī; & secundariò ad perfectionem agentis; quod è conuerso accidit in immanenti; etiam si vtraque sit agentis intrinseca perfectio. Sed contra est: nā ex eo actio immanens est per se primò perfectio agentis, & non passī: quia est actus secundus agentis in ipso intrinsecè recep-

receptus; sed etiam (in opinione aduersariorum) actio transiens est actus secundus agentis in ipso receptus: ergo per se primo; & non per se secundo debet dici agentis perfectio.

14. Secundo probatur prima pars nostræ conclusionis. *In* in obliquo ab actione connotatum, est *in* quod in recto constituit conceptum passionis; sed *in* passionis ut talis est in passio (adhuc in contrariorum opinione) ergo *in* actionis transiens non est in agente; sed in passio.

15. Tertio probatur eadē pars. (in opinione Cuietani) agens, ut agens, recipit actionem? ergo, ut agens, est formaliter passum; nam hoc quod est recipere, potius est pati, quam agere; ergo, ne sequatur hoc inconueniens, dicendum est actionem in passio esse receptā. Consulto dixi *ut agens*: nam multoties agens in agendo repatitur; sed non patitur in quantum agēs; sed in quantum passum.

16. Secunda pars nostræ conclusionis probatur primo ratione efficaci. *Actio, passio, & motus* identificantur realiter; sed passio subiectatur in passio, tanquam in subiecto in passionis; ergo actio, secundum *in* in obliquo ab ipsa connotatum, non subiectatur in termino; præcipue cum *in* actionis, sit *in* passionis. Cōsequentia probatur. Eadem forma realis nequit esse intrinsicè in duplici subiecto; cum forma indiuiduetur à subiecto; sed actio secundum esse *in* est in passio;

ergo secundum hanc expressionē non est in termino.

17. Secundo probatur euerrendo præcipuum contrariorum fundamentum. Ex eo (in opinione illorum) subiectatur actio interminio, quia illum denominat actum, seu productum; sed ad prædictam denominationem, non exigitur quod actio sit intrinsicè interminio recepta: tum quia transacta actione terminus dicitur actus, seu factus: tum quia ab actione Dei, quæ (in meliori opinione) solum subiectatur in ipso Deo, denominatur terminus actus, seu factus: ergo ad hanc denominationem non debet actio subiectari in termino. Confirmatur primo. Eodem modo se habet actio ad agens, ac terminus ad actionem: (utique quia sicut actio est ab agente, sic terminus est ab actione) sed ut actio sit ab agente producta; (hoc est, ut sit extra causam) non est necessum quod agens subiectetur in actione: ergo nec ut terminus sit ab actione factus, est opus, quod actio subiectetur in illo. Confirmatur secundo. Primum esse termini, est primum non esse actionis: ergo dum est terminus, non est actio, quæ possit in termino subiectari: unde esse productum solum est denominatio extrinseca; ad instar denominationis agentis. Confirmatur tertio. Actio est in subiecto, vsque ad termini eductionem; sed à termino terminus non educitur; sed à passio: ergo non est in termino; sed in passio ex quo terminus educitur,

Disputatio prima. Questio tertia.

15. *actio in passio recepta.*

§. V.

Tertia conclusio.

18. **A**ctio secundum expressio-
nem *ab*, & *ad* nō exprimit
subiectum in hæsionis, sed deno-
minationis tantum. Hæc conclu-
sio constat ex præcedentibus: &
quoad primam partem probatur.
Actio, secundum esse *ab*, vel secū-
dum id quod dicit in recto, forma-
liter dicit egressionem, emanatio-
nem, seu fluxum; sed egressio, ema-
natio, seu fluxus formaliter in suis
conceptibus non important *in*;
id est, subiectū, in quo sint; sed prin-
cipium à quo sint: ergo actio secū-
dum esse *ab* non exprimit subiectū
in hæsionis; sed solum denomina-
tionis.

19. Quoad secundam partem
probatur. Actio secundum esse *ad*,
respicit termini productionē; sed,
vt talis, non est intrinsicè in ter-
mino productio: (vt constat ex di-
ctis) sed solum extrinsicè; ad mo-
dum quo actio est in agente: ergo
actio secundum esse *ad* non exprimit
subiectum in hæsionis; sed de-
nominationis tantum; quatenus
illam extrinsicè productum deno-
minat.

§. VI.

Argumenta prima sententiæ.

20. Primum desumitur ex Ari-

stotele. 2. de anima. text. 26. vbi
ait *actum esse in eo, cuius est actus*; sed
actio est actus agentis: ergo est in
illo tanquam in subiecto in hæsio-
nis. Confirmatur ex eodem Ari-
stotele. lib. 3. physic. text. 9. vbi tē-
poralem rerum productionem de-
negat Deo, & ei cōcedit æternam;
quia scēt illā nō posse dari absq;
mutatione intrinsicè Dei; sed nul-
la res mutatur intrinsicè nisi per
receptionem alicuius quod antea
non habebat: ergo (secundū Phi-
losophum) actio subiectatur in ip-
so agente; aliās illud non mutaret.

¶ Respondetur ad argumentum
distinguendo maiorem: actus est
in eo, cuius est actus, quoad in hæs-
ionem, vel denominationem: con-
cedo maiorem: quoad in hæsionem
semper, nego maiorem: & distin-
guo minorem: actio est actus agē-
tis est intrinsicè, concedo minorem;
intrinsicè, nego minorem: & cō-
sequentiā: nā nulla datur repug-
nantia in hoc, quod act⁹ sit in alio,
ab eo quod dimanat: (vt constat
ex disputatione. 2. Logica. q. 2. &
ex auctoritate Diui Thomæ in se-
cunda conclusione allata.) Secun-
do potest respōderi, Philosophum
loqui de actione immanenti; non
vero de actione, quæ abstrahit à
transeunte, & immanente. Ad cō-
firmationem dico, Philosophum
inferre mutationem in Deo. ex tē-
porali rerū productione: quia (lu-
mine fidei destitutus) existimauit
Deum, nō posse in tempore de no-
uo mundum producere, absq; no-
uo actu voluntatis, & intellectu;
ethni-

ethnica enim schola ignoravit quomodo poterat actus necessarius Dei transire in liberam absque noua entitatis, vel formalitatis superadditione.

21. Secundum desumitur ex Diuino Thoma, in 2. dist. 40. q. 1. art. 4. ad 1. ubi loquens de actione transeunte, quæ Iudæi crucifixerunt Christum Dominum, sic ait: *cum actio sit in agente, & passio in patiente, non potest esse idem numero accidens: cum idem accidens non possit esse in duobus subiectis.* ¶ Respondetur Diuino Thomam non loqui de actione in esse physico; sed in esse morali considerata; scilicet, de malitia actionis, quæ fuit in Iudæis: præcipue cum malitia sit principaliter, & intrinsecè in actu voluntatis, in ipso agente recepto: nõ aliter ac honor est in honorante: & in hoc sensu vera est doctrina Angelici Magistri; sed non est contra nostram resolutionem.

22. Tertium à ratione sic procedit subiectum inhaesionis, est subiectum denominationis; & è cõtra; sed actio denominat agens, sicut albedo denominat subiectum album: ergo subiectatur in agente, tanquam perfectio agentis.

¶ Respondetur concedendo maiorem, quoad primam partem; & negando illam, quoad secundam: & distinguo maiorem actio denominat agens extrinsecè concedo maiorem: intrinsecè nego maiorem, & consequentiam: nõ ut causa efficiens recipiat à sua actione denominationem, non est opus,

quod sit in illa; sed quod sit ab illa: non enim se habet actio, respectu agentis, sicut albedo respectu subiecti; & ideo nõ tenet paritas; nec ex eo quod sit perfectio agentis, sequitur, quod debeat esse in illo intrinsecè: nam perfectio causæ efficientis debet proportionari cum illa, & non proportionaretur cum illa in genere effectiuo, si esset intrinsecè in illo: nam causa efficiens inter extrinsecas est à Philosopho enumerata.

23. Quartum sic se habet. Relatio secundi generis fundatur in agente; sed ratio fundandi est actio: ergo hæc est intrinsecè in agente. Consequentia probatur à simili: nam sicut relatio similitudinis quæ datur in Petro albo, non fundatur in illo, nisi intrinsecè habeat albedinem, quæ est ratio fundandi; sic similiter relatio quæ datur in Petro generante, non debet fundari in illo, nisi intrinsecè recipiat generationem, quæ est ratio fundandi. ¶ Respondeo concedendo maiorem, & maiorem; & negando consequentiam. Ad probationem, nego paritatem: nam relatio primi generis, cuius est similitudo, non fundatur nisi in similitudine radicali intrinsecè in subiecto recepta: at vero relatio secundi generis, qualis est causæ effectiuæ, non fundatur in illa, quia habet actionem, sed quia ab illa dimaginat: alias rationes fundandionem essent specificè distinctæ.

(.)

Disputatio prima. Quæstio tertia.

§. VII.

Argumenta secundæ sententiæ.

24. **I**N fauorem secundæ sententiæ insurges primò. Illud est subiectum in hæsiõis formæ, cui forma communicat suum effectum formalem: (cum effectus formæ sit forma subiecto communicata) sed actio, vt talis, communicat suum effectum formalem termino: (cum ab illa terminus denominetur factus, seu actus) ergo terminus est subiectum in hæsiõis actionis. **R**espondetur distinguendo maiorem: illud est subiectum in hæsiõis, cui forma communicat effectum formalem *intrinsecum*, concedo maiorem; *extrinsecum*, nego maiorem, & eodem modo distinguo minorem: & nego consequentiã. **V**t ergo respondeam, nota effectum formalem esse duplicem; alterum *secundum rem*, & *denominationem simul*: vt esse album: & alterum *secundum denominationem tantum*; vt esse visum: secundus, & nõ primus datur in termino respectu actionis; nam ab illa dicitur extrinsecè actus, & factus: nõ aliter ac causa denominatur agens ab actione; sicut enim agens in genere causa efficiens est principium actionis, sic actio, in eodẽ genere, est causalitas, & influxus termini.

25. **D**ices. Per nos, actio extrinsecè denominat agens, & terminũ: ergo intrinsecè debet aliud subiectum denominare: vtique; quia denominatio extrinseca, (præcipuè formæ accidentalis) supponit,

vel exigat intrinsecam; sed non est excogitabile subiectum talis denominationis intrinsecè; (si terminum à tali excludamus denominatione) ergo dicendum est terminum esse subiectum intrinsecũ actionis. **R**espondetur distinguendo cõsequens; intrinsecè debet aliud subiectum denominare, secundum illam, vel secundum aliã expressionem, concedo maiorem: secundum expressionem, secundum quam extrinsecè denominat, nego maiorem; & minorem: nam licet actio, secundum expressionem *ab*, & *ad* intrinsecè nullũ afficiat subiectum; tamen secundum expressionem *in*, in obliquo ab actione importatam, intrinsecè denominat: nec hæc doctrina est specialis in hac materia: nam ratio secundum esse *ad*: id est, secundum rationem prædicamenti relationis constitutiuam, nullo modo exprimit subiectum in hæsiõis; sed tantum denominationis.

26. **I**nsurges secundo. (estque replica argumenti præcedentis) Actio, vt actio, nullum effectum præstat passio; sed solum termino: ergo actio, vt actio, non subiectatur in passio; sed in termino.

27. **T**homistæ (qui nostram defendunt conclusionem) docet, passum denominari ab actione actuum, seu actionatum. Sed contra est: nam esse actuum ab agente idem est formalissimè ac esse passum: cum in esse talis constituatur per actionem ab agente in passio receptam: ergo si non præstat passio

aliam

aliam denominationem; actio, ut talis non subiectatur in illo. ¶ Cōfirmatur. Eo ipso, quod actio recipiatur in passio ab agente, denominatur aduatum; sed per hoc constituitur formalissimè in esse passio: ergo talis denominatio non dimanat formaliter à formalitate, à passione distincta: ergo nec ab actione, quæ formaliter distinguitur à passione.

28. Hac ergo solutione relicta, respondetur distinguendo antecedens: actio, ut talis, non præstat passio effectum *in recto*, vel secundum rectum actionis, concedo antecedens: *in obliquo*, vel secundum obliquum ipsius actionis, nego antecedens: & consequentiam: nam (ut cōstat ex dictis) passio in obliquo intrat ad rationem formalissimam actionis: vnde actio nō denominat passum actum, nec factū, nec etiam agēs; sed solum passum: distinguitur enim actio à passione quantum ad rationem denominandi, in hoc, quod passio *in recto* illud denominat passum: at vero actio solum in obliquo illud passum denominat. Nec datur implicatio in hoc, quod eadē res recipiat eundem effectum *in recto*, & in obliquo: nam forma per receptionem materiæ est in obliquo vnita materiæ, & per informationem est ei *in recto* vnita.

29. Dices. Actio, prout est ab agente, est accidens: ergo prout sic petit subiectum: ergo prout sic debet denominare. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & di-

stinguendo consequens; actio petit subiectum secundum rationem accidentis transcendentaliter imbibitam, concedo cōsequentiam: secundum rationem peculiarem nego consequentiam: nam licet verum sit, quod actio secundum rationem accidentis transcendentaliter imbibitam in *ab* actionis exigat subiectum; tamen hæc non actuat ut cumque; sed ut contracta per expressionem *in* in obliquo ab actione importatam.

30. Replicabis. Intellectus (cōceptu saltim inadæquato) potest concipere *ab* actionis prout cōdistinctum ab *in* ipsius actionis; sed actio, adhuc prout sic, concepta, est accidens: ergo, prout sic, petit tribuere subiecto aliquam denominationem. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: actio inadæquate concepta secundum conceptum *ab* est accidens materialiter concedo minorem; & dilliguo consequens eodem modo: nam actio ut egrediens, licet sit accidens; tamen, ut egrediens nec exprimit, nec dicit rationem accidentis: & ideo pro ut sic formaliter, non intelligitur ut in hærens; sed ut dimanans. Explicatur hoc in relatione, quæ secundum conceptum *ad*, (prout à conceptu *in* distinctum) est accidens; & tamen formaliter, ut sic, non exigit subiectum; sed solum materialiter ratione prædicari transcendentaliter inclusi.

DISPUTATIO

SECUNDA

DE INFINITO.

Huius tractatus utilitas, nec secundum se minima, à difficultate superatur: nam disputatio de infinito utilis est; sed difficilis maxime; breuiter tamen quæ in hac materia notatu digna regulariter disputantur, quæ potuero attingant claritate. Secundum Philosophum in presenti. cap. 9. infinitum accipitur primo negatiuè, pro entitate, quæ caret terminis; in quo sensu creatura spiritalis, quoad extensionem dicitur infinita; quia caret extēsiōe, & extensionis termino: sed de infinito in hoc sensu non est sermo in presenti. Secundo sumitur infinitum positiuè; & hoc (teste Aristotele) sic ab antiquis definitur: infinitum est, cuius nihil est extra. Sed huiusmodi definitionem reijcit Philosophus; quia potius est explanatio totius perfecti, quam infiniti: ut ergo genuinam infiniti definitionem intelligas, sit.

QVÆSTIO VNICA:

*An de potentia Dei absoluta
ualeat dari infinitum
in actu?*

§. I.

Quid, & quotus lex sit infinitum.

1. **P**RO quæstionis intelligentia notandum venit, quod sicut finitum est quod terminum, & finem habet, sic infinitum est quod illo caret; sic que definitur ab Aristotele cap. 9. huius libri: *infinitum est cuius semper aliquid est extra*: id

est, infinitum est, quod nullis ualeat terminis claudi: nam quibuscumque terminis assignatis semper infinitum, quoad aliquid est extra: ut constat in quantitate in infinitum diuisibili, quæ semper est magis ac magis diuisibilis. Hoc ergo infinitum primo diuiditur ab Aristotele in *infinitum in actu*, & in *infinitum in potentia*: infinitum in actu, quod alio nomine infinitum cathegorematicum appellatur, est illud, quod actu caret terminis; ut si actu daretur infinita hominum multitudo, diceretur infinitum secundum multitudinem: quia quocumque homine assignato, semper

per alia hominum multitudo refertur: infinitum in potentia, (quod alio nomine *syncategorematicum* nominatur) est illud cuius semper est aliquid extra in potentia: vel est illud quod in potentia caret terminis; ut numerus dicitur infinitus in potentia, quia quacumque unitate numero superaddita, adhuc potest nona unitate augeri: hanc diuisionem accepi ex Philosopho in presenti cap. 5. ubi sic loquitur: *est ergo infinitum quodammodo ponendum, & disponendum aliquomodo; nam datur potentia, negatur actu.*

2. Huius *infiniti in potentia* existentia, constat primo (contra Aureolum apud Capreolum in 1. dist. 45. quæst. 1.) ex auctoritate Aristotelis, nuper tradita. Secundo ex eo quod quælibet quantitas, (tam continua, quam discreta) potest sine termino incrementum recipere: ergo omnis quantitas est infinita in potentia; siquidem in potentia caret termino. Tertio denique, quia quantitas continua defacto est sine termino in partibus proportionalibus diuisibilis: ergo talis quantitas habet partes infinitas, in quibus est diuisibilis: nam quantum (secundum Philosophum) semper est diuisibile in ea quæ in sunt. Appellatur tamen à Doctoribus hoc infinitum *in potentia*, infinitum *secundum quid*, & *syncategorematicum*: quia ut sit infinitum indiget additione, seu diminutione: non aliter ac terminus syncategorematicus indiget confor-

tio categorematici, ut possit induere secundam termini intentionem: totum hoc constat ex Philosopho in presenti. cap. 4. ubi docet *infinitum in potentia, dicitur infinitum ad additionem, vel diminutionem.*

3. Dices primo pro Aureolo. Quælibet quantitas creata, quantumuis maxima, est actu finita: ergo non potest in infinitum augeri; aliàs deueniendum erit ad quantitatem actu infinitam. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam omnis quantitas creata, quantumuis maxima, potest sine termino incrementum recipere, absque eo quod perueniat ad perfectionem infiniti in actu: tum quia talis quantitas non potest actu perfici per omne incrementum possibile: aliàs in potentia non esset tale incrementum sine termino: tum quia non est possibile incrementum infinitum in actu, sed incrementum in potentia, seu sine termino: si ergo quantitas perueniret ad incrementum infinitum, iam non augetur sine termino, quod repugnat quantitati.

4. Dices secundò, A Deo potest produci creatura, quæ in perfectione sit omnibus alijs sui generis maior, seu perfectior; ita ut non possit alia maior in tali genere produci: ergo similiter poterit à Deo produci creatura, quæ in quantitate *malis* sit omnibus alijs sui generis maior, ita ut non possit alia maior in tali genere produci. Consequentia constat à paritate. Antecedens probatur inam præ-

Disputatio secunda. Quæstio unica.

præterquam quod in ordine supernaturali nequit produci creatura gratia habituali perfectior; sic in ordine naturali, sub speciebus animalis non potest produci animal homine perfectius: ergo potest Omnipotentia Dei ex incapacitate termini peruenire ad perfectioris creaturæ productionem: ergo res contentæ in Omnipotentia non sunt infinitæ in potentia: ergo infinitum in potentia non datur. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam licet verum sit, quod in ordine supernaturali non possit produci creatura perfectior gratia, quæ est, *participatio formalis naturæ diuinæ*, nec sub genere animalis possit produci animal homine perfectius; tamen ex hoc non sequitur, quod Omnipotentia Dei sit exhausta, vel quod omnia possibilis, in quocumque genere, non sint infinita, in potentia: nam vt possibilis sint in omni genere infinita in potentia solum requiritur, quod versus aliquam partem non attingant terminum: id est, quod in illo genere possint vsque in infinitum creaturæ produci versus perfectionem, vel imperfectionem: quomodo accidentia supernaturalia in omnipotentia contenta, sunt infinita in potentia: nam Deus vsque in infinitum potest efficere accidentia gratia imperfectiora; & similiter in genere animalis infinita animalia homine imperfectiora. Constat hoc in materia prima; quæ ita est imperfecta

in genere substantiæ, vt non possit Deus creaturam illa imperfectiorem producere; & tamen Omnipotentia Dei in genere substantiæ continet infinitum in potentia: quia vsque in infinitum potest creaturas substantiales materia perfectiores producere: haud aliter in præsentia. Ex hoc autem nõ licet inferre quod Deus possit de facto producere quantitatem omnibus quantitatibus possibilibus maiorem: nam quantitas ex natura sua est infinitum augmentabilis: nam posita quantitate, quantumvis maxima, potest alia maior, & maior assignari. Constat hæc disparitatis ratio ex Philosopho in præsentia: vbi loquens de quantitate ait: *infinitum in potentia fit additione, seu diuisione*: ergo ex mente Philosophi, nec quantitas potest ad maiorem magnitudinem, nec ad vltimam diuisionem actu accedere.

5. Rursus infinitum in actu diuiditur in infinitum secundum essentiam, vel in omni genere; & in infinitum secundum aliquod accidens, vel in determinato genere: infinitum in omni genere est quod in genere substantiæ nullis terminis est clausum: infinitum in determinato genere est quod in aliquo genere accidentis non est terminis clausum: vt si daretur quantitas continua carens termino versus magnitudinem; vel discreta carens termino secundum multitudinem.

6. In hoc dubio (vt certa ab incertis

certis separentur) firmiter tenendum est dari à parte rei infinitum in actu in omni genere: videlicet, Deum optimum Maximum. Hoc suppositum vt certum de fide tenet D. Thomas. 1. p. q. 7. a. 1. & probat hac ratione. Deus est purus actus: ergo est actus infinitus in omni genere. Antecedens est evidens. Consequentia probatur ab illo; ex eo quod actus si iam terminatur, & finitur per potentiam, quam respicit, aut includit; sed actus purus nec potentiam respicit, nec potentiam includit: aliàs non esset purus: ergo actus purus est ilimitatus, & infinitus.

7. Expresse etiã docet hoc Anselmus noster in monologio. cap. 4. vbi sic fatetur: *cum igitur naturarum alie alijs negari non possunt meliores: nihilominus persuadet ratio aliquam in eis sic supereminere, ut non habeat se su perioiorem: ergo iuxta mentem nostri Anselmi essentia Dei, quæ supra se nullam habet superioiorem, est infinita: vtique quia essentia, quæ non continetur sub efficacia alicuius principij, est ens independens, & per essentiam, nullis terminis clausum. Ex hac ratione etiam constat vt certum, non dari, nec posse dari (præter Deum) in rerum natura aliquod infinitum secundum essentiam, seu in omni genere: nam omne quod non est Deus, non potest non dependere ab alio: cum essentialiter nõ sit à se; sed ab alio: ergo non continet omnem perfectionem possibilem: ergo nõ datur, nec potest dari in rerum na-*

tura (præter Deum) infinitum secundum essentiam, seu in omni genere. Quare præses quaestio solum procedit de infinito in determinato genere: an videlicet possit dari diuinitus aliquod infinitum in actu, secundum magnitudinem, multitudinem, vel intensiorem.

§. II.

Referuntur sententiae.

8. **P**rima non veritatis; sed antiquitatis testimonio vallata, asserit de facto dari infinitum in actu, tam secundum magnitudinem, & multitudinem, quam secundum intentionem. Ita aliqui veterum Philosophi graeci. Anaxagoras, Anaximander, & Seleucius.
9. Secunda sententia affirmat; infinitum in actu non repugnare per potentiam Dei absolutam. Ita Durandus in. 2. dist. 44. q. 2. Vazquez. 1. p. disp. 26. cap. 2. & 3. Hurtado disp. 13. sect. 2.
10. Tertia docet infinitum in actu repugnare adhuc per potentiam Dei absolutam. Est Philosophi loco supra citato, quem sequuntur omnes Thomistæ, cum Angelico duce, pluribus in locis. In huius sententiae obsequium, sit.

§. III.

Conclusio.

11. **I**n infinitum in actu, secundum magnitudinem, intentionem, & multitudinem adhuc diuinitus repugnat. Est communis:

Disputatio secunda. Quæstio unica.

nis: & licet pluribus à modernis probetur rationibus; tamen illis non utar: quia ex illis non sequitur infinite impossibilitas. Quod vero infinitum secundum magnitudinem, & intensiorem nequeat dari per potètiàm Dei absolutam, probatur ratione desupta ex Diuo Thoma. 1. p. q. 7. a. 3. Omnis creaturæ est in genere entis, seu substantiæ ita finita, & limitata per actus substantiæ, & existentiæ, ut nec diuinitus possit produci creaturæ quæ in tali genere non sit finita, & limitata; sed repugnat creaturæ finitæ esse principium quantitatis infinitæ, vel qualitatis quoad intensiorem infinitæ: ergo qualitas quoad intensiorem infinita, vel quantitas actu infinita, adhuc diuinitus, repugnat. Consequentia est certa: nam id quod repugnat, per nullam potentiam potest à Deo fieri. Maior ab omnib⁹ admittitur: & cõstat ex. §. 1. Minor probatur. In entitate substantiali finita non continetur accidens infinitum; sed quantitas, & etiam qualitas quoad intensiorem sunt accidentia substantiæ creatæ: ergo ab illa nullatenus possunt dimanare.

12. Dices, rationem habere efficaciam respectu quantitatis naturalis, quæ ad formam physicam sequitur, per modum passionis; nõ vero respectu quantitatis mathematicæ, quæ à Deo absque subiecti emanatione producitur. Sed contra est primo: nam licet verum sit, quod quantitas possit diuinit⁹

à Deo produci absque subiecto, & absque eo quod subiectum ad illam effectiue concurrat; tamen non est possibile quod producat sine ordine ad subiectum: cum essentialiter sit entis ens; sed in creatis non datur subiectum quod possit à quantitate infinita connotari: ergo nec infinita quantitas mathematicè accepta potest à Deo produci. Minor probatur. Subiectum finitum non est capax quantitatis infinite: (cum inter subiectum, & formam debeat dari proportio) sed accidens connotat subiectum ad receptionem: ergo subiecto, cui repugnat accidentis receptio, repugnat etiam accidentis connotatio: aliàs talis connotatio esset superflua. Cõfirmatur. Omnis forma limitatur à subiecto, in quo recipitur; sed finitum nequit infinitum limitare: ergo nequit infinitum recipere. Contra est secundo, (eritque simul peculiaris probatio primæ partis nostræ conclusionis.) Secundum Diuum Thomam (loco supra citato) implicat quantitatem non esse figuratam: ergo implicat nõ esse finitam: cum figura sit terminus quantitatis.

13. Respondebis primo Deum posse proprietatem ab essentia separare, & sic producere quantitatem infiguratam. Sed contra est: nam, præter quam quod fere omnes (in præsentis casu) negant quantitatem posse adhuc diuinit⁹ absque figura reperiri; tamen ad minor⁹ nec diuinit⁹ potest fieri quod propria passio essentiæ repugnet: ergo.

go non potest fieri quod quantitati repugnet figura. Tunc sic. Infinito repugnat terminus; sed quantitati non potest repugnare figura, quæ est eius terminus, & passio: ergo quantitati repugnat infinitas propter non repugnantiam termini.

14. Respondebis secundo quantitatem infinitam posse à Deo sine termino creari, in ordine ad potentiam obedientialem, quam habet subiectum respectu Dei agentis supernaturalis. Sed contra est: nã subiectum substantiale finitum, nec secundum potentiam obedientialem potest connotari à quantitate infinita. Constat hoc in personalitate Verbi, quæ terminavit naturam humanam iuxta omnem illius capacitatem; & tamen nec secundum potentiam obedientialem potuit terminari modo infinito: quia non fuit capax termini infiniti, vt infiniti: ergo nec potentia obedientialis essentia creata finita habet capacitatem ad receptionem accidentis infiniti: ac per consequens nec ad connotationem: cum connotatio accidentis (vt dixi) sit in ordine ad receptionem. Hoc idem argumentum potest fieri de intensione infinita qualitatis, quæ à subiecto finito nequit sustineri.

15. Dices. Satisfactio Christi Domini est infinita in esse satisfactionis; & tamen actus recipiens satisfactionis valorem infinitum, est (in omnium ore) finitus, & limitatus: ergo optime stat quod secū-

dum potentiam obedientialem res finita, & limitata recipiat aliquid infinitum, & illimitatum. Hæc obiectio non ad Philosophum; sed ad Theologum spectat; & ideo pro nunc breuiter responderetur, distinguendo maiorem: satisfactio Christi Domini est infinita *physice* negotio maiorem: *moraliter* concedo maiorem: & minorem: & distinguo consequens eodem modo: nam nulla datur implicatio in hoc quod actio dimanans à persona infinita in esse motis infinite dignificetur: quia (vt late docet Diu^s Thomas, 3. p. q. 1. & sequentibus) satisfactio crescit iuxta mensuram, seu dignitatem satisfaciens; sicut è conuerso peccatum lethale, in ratione offensæ, crescit iuxta mensuram, seu dignitatem personæ offensæ: si ergo peccatum mortale in ratione offensæ non repugnat infinitas in linea moris; quia persona offensa est Deus: quare debet satisfactioni Christi Domini repugnare infinitas, si persona satisfaciens est secunda Trinitatis persona? Ex hoc non sequitur quod in genere *physico*, & *naturali*, valeat etiam dari infinitum in actu: nam rationes pro nostra conclusione allatæ conuincunt in genere *physico*; & nullam in genere *moris* importat efficaciam.

16. Tertia pars nostræ assertionis: videlicet, quod infinitum in actu, secundum multitudinem, etiã diuinitus repugnet; constat ex dictis; & amplius probatur: nam infinitum est illud quod *includit omnem perfectionem sui generis*; ita vs, in ta-

Disputatio secunda. Questio unica.

li genere nequeat recipere incrementum; sed non datur multitudo quantitatiua, quæ non possit recipere incrementum: ergo multitudo quantitatiua infinita in actu, etiam diuinitus, repugnat. Minor probatur. Partes multitudinis quantitatiuæ sunt quantitates essentialiter diuisibiles: vt constat ex definitione quanti; sed ex quantitatibus diuisione essentialiter resultat maior multitudo: ergo non datur multitudo quantitatiua, quæ non valeat recipere incrementum.

17. Dices, Multitudini quantitatiuæ infinitæ posse alias vnitates aduenire, absque eo quod numerus multiplicetur, vel augeatur. Sed contra est primo: nam multitudo finita nouis vnitatibus augetur: ergo & infinita. Contra est secundo: nam quantitas continua, quæ in se non contingit omnem longitudinem possibilem, non est actu infinita in genere magnitudinis: ergo multitudo quæ in se non includit omnes vnitates posibles, non est actu infinita in genere multitudinis; sed nulla est excogitabilis multitudo quæ non valeat includere plures, & plures vnitates: ergo nulla est, quæ sit actu infinita.

18. Quoad omnes suas partes probatur conclusio. Ex partibus finitis (secundum Philosophum) non resultat infinitum simpliciter, & in actu; sed partes, ex quibus omnia hæc infinita possunt resultare, sunt finitæ: (nam quantitas secundum magnitudinem constat ex partibus aliquotis finitis, & determinatis;

multitudo vero ex vnitatibus finitis; & denique qualitatibus intensio ex gradibus finitis) ergo in nullo ex his generibus potest resultare infinitum in actu.

19. Dices primo, Ex partibus finitis resultat infinitum in potentia: ergo & in actu potest resultare. Respondetur negando consequentiam: nam infinitum in potentia, simpliciter est finitum, & secundum quid infinitum, non consistens in hoc, quod possit infinitum in actu producere; sed in hoc quod sine termino, & exitu producat; & ideo tale infinitum ex partibus finitis resultat.

20. Dices secundo. Si Deus actu produceret omnes creaturas posibles in rerum natura, actu esset infinitum in actu; & tamen tale infinitum resultaret ex partibus finitis: cum quodlibet possibile sit finitum; ergo vtrumque infinitum in potentia, sed in actu potest ex partibus finitis resultare. Sed contra est: nam in tali hypotesi esset, & non esset infinitum: esset; quia produceretur id quod absque fine erat producibile; non esset; propter rationem obiectionis: & quia illud infinitum poterat augeri ex diuisionibus quantitatibus: ex impossibili enim non vnum; sed quodlibet sequitur: vt constat ex Philosopho.

21. Ex his deduces efficacem nostræ resolutionis rationem. In omnipotentia Dei datur infinitum in potentia secundum magnitudinem, multitudinem, & extensionem, sed omnipotentia repugnat exclusio

totalis, & adæquata horum infinitorum; ergo infinitum in actu in omnibus his generibus repugnat. Consequentia est certa: nam absque totali exclusione nequit infinitum in actu dari: cum sine illa quodlibet illorum possit augeri. Minor probatur: tum quia ex tali exclusione esset omnipotentia exhausta: cum quia omnipotentia talis dicitur, quia potest producere; sed in tali casu non posset producere; licet posset reproducere: ergo omnipotentia repugnat exclusioni totalis horum infinitorum.

§. IV.

Argumenta primæ sententiæ.

22. **I**N fauorem primæ sententiæ arguitur primò. Quod à parte rei est in potentia, nõ implicat, per potentiam Dei ordinariam, reduci ad actum; sed à parte rei datur infinitum in potètia: ergo & infinitum in actu: tum quia potentia ex natura rei exigit actum; tum quia (secundum Philosophum) *frustra est potentia, que non reducitur ad actum.* ¶ Respondetur distinguendo maiorem: quod à parte rei est in potentia non implicat reduci ad actum, contra exigentiam talis potentia nego maiorem: iuxta exigentiam talis potentia concedo maiorem: & minorem: negoque consequentiã: nam (vt constat ex Philosopho in præsentia: & ex Diuo Thoma. 1. p. quæst. 7. ar. 3. & 4.) omnis po-

Tom. I. pars I.

tentia est reducibilis in actum; iuxta exigentiam talis potentia: vnde potentia quæ successiue tantum exigit actum, nunquam simul reducitur in actum; atque ad eo infinitum in potentia quia successiue solum est ex se reducibile in actum, nunquam erit infinitum in actu: quia etiam si huiusmodi successio non valeat finem habere, tamen nunquam simul habet totum quod erat in potentia: aliàs infinitum in potentia, finem haberet: quod essentia infiniti in potentia repugnat: nam infinitas in potentia nõ consistit in hoc, quod sit possibilis aliqua entitas actu carè termino, & sine; sed in hoc, quod sine termino, & sine sit possibilis entitas finita.

23. **D**ices primo. Secundum Philosophum, finitum, & infinitum sunt affectiones quantitatis; sed actu à parte rei datur quantitas: ergo actu à parte rei datur infinitum: cum proprietates aliquas essentia dentur à parte rei, quando à parte rei datur essentia. ¶ Respondetur primo distinguendo maiorem: affectiones quantitatis sunt finitum, & infinitum in actu, nego maiorem: in potentia, concedo maiorem: & minorem, & nego consequentiã: nam solum hoc infinitum in potentia est (secundum Philosophum) affectio, seu proprietas quantitatis: (vt docet D. Thomas. 1. p. q. 7. a. 3.) ¶ Secundo respondetur cum Caietano, propositionem illam Philoso-

V

phi

Disputatio secunda. Quæstio unica.

phile esse conditionaliter intelligendam; ita vt, si daretur infinitum in actu secundum quantitatem, conueniret subiecto ratio infinitatis: quia infinitas non est intelligibilis nisi in extensione.

24. Dices secundo. Infinitum in actu, & in potentia, sunt correlatiua; sed (secundum Philosophum) correlatiua sunt simul: ergo si de facto datur infinitum in potentia, de facto debet etiam dari infinitum in actu. ¶ Responderetur negando maiorem: nam infinitum in actu est chymera, vel nihil; & ideo nequit esse infiniti in potentia correlatiuum.

25. Arguitur secundo. Omnipotentia Dei de facto est infinita: ergo potest effectum infinitum producere: alias nunquam effectum haberet adæquatum. Ad hoc argumentum (ex Diuo Thom. 1. p. q. 45. a. 15.) responderetur concedendo antecedens, & distinguendo consequens: Omnipotentia potest infinitum effectum producere *quoad modum*, concedo consequentiam: *quoad substantiam*, nego consequentiam: nam effectus producitur à Deo media actione creatiua; quæ ita est propria Dei, vt nec instrumentaliter possit creaturæ appropriari: virtus namque causa æquiuocæ nunquam perfectè manifestatur in effectum productum: vt constat ex eodem Diuo Thoma. 1. p. q. 25. a. 2.

26. Dices: ergo ea quæ sunt in Omnipotentia Dei contenta, sunt actu finita, & solum in potentia in-

finita: ergo non differt Omnipotentia Dei, à potentia creaturæ; quæ licet actu infinita non sit, tamen in potentia infinita continet. Ex dictis à D. Tho. constat solutio: nam ea, quæ sunt in potentia creaturæ contenta, sunt *finita actu*, tam *quoad substantiam*, quam *quoad modum*; at vero quæ contenta sunt in Omnipotentia, licet sint finita quoad substantiam; nõ tamè quoad modum: quia in virtute creatiua sunt contenta. Adde aliud discrimen; nam potentia creaturæ solum potest producere in vno genere, vel in vna specie effectus in potentia infinitos: at vero Omnipotentia Dei potest producere infinitos effectus in potentia in omnibus generibus, vel speciebus.

27. Arguitur tertio. In quolibet continuo dantur partes infinitæ; cum in infinitis partibus sit diuisibile; & non possit diuidi in partes, quas non habet: ergo de facto in quolibet continuo dantur partes actu infinitæ. Non facile percipitur huius argumenti solutio: nam Patres Carmelitæ docent continuum non constare ex partibus proportionalibus simpliciter actualibus: quia ens in actu sumitur ab actu existendi, qui propriè non conuenit partibus proportionalibus infinitis in determinatè, & in confuso existentibus in continuo. ¶ Sed contra est: nam omnes partes continui existentis sunt extra potentiam obiectiuam: ergo sunt simpliciter actuales; etiam si partes pro-

proportionales non existant, nec possint existere nisi in aliquotis, & determinatis: (in quo sensu libenter fateor non esse simpliciter; sed solum secundum quid, actuales; hoc est, non per se primo, & ratione sui; sed solum per se secundo, & ratione aliquotarum) tamen proportionales in aliquotis existunt, & sunt actuales.

28. Quare, cum Ioanne à Sancto Thoma, aliter respondetur, distinguendo antecedens: in quolibet continuo dantur partes proportionales infinitæ, *in actu*, nego antecedens: *in potentia*, & *in confesso*, concedo antecedens: nam licet hæc partes proportionales sint in aliquotis existentes, vel habeant per se secundo actum existendi; tamen non habent infinitatem in actu: tum quia omnes non constituunt quantitatem infinitam; sed finitam, quæ terminis, & finibus clauditur: tum quia continuum ex his partibus compositum valet recipere additionem, quod infinito repugnat. Et ut rudi minerva hæc doctrina percipiatur, nota nullum infinitum in actu ex his resultare partibus. Nam omne infinitum vel est secundum intensiorem, magnitudinem, vel multitudinem: primum non; ut ex se constat. Secundum, (videlicet, secundum magnitudinem) non potest resultare: nam infinitum secundum magnitudinem, (casu quo esset possibile) non ex partibus proportionalibus ad invicem se communicantibus; sed

ex aliquotis resultare debet. Tertium vero; scilicet, secundum multitudinem, resultare non valet: nam multitudo quantitativa resultat ex diuisione continui; & continuum non potest simul diuidi in omnes partes proportionales.

29. Dices primò. Vna pars proportionalis non est de essentia alterius: cum sit ab illa distincta: ergo continuum potest à Deo diuidi in omnibus suis partibus proportionalibus. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam licet nulla sit de essentia alterius; tamen de essentia continui est quod possit diuidi vsque in infinitum: & sic licet in diuersis quantitatibus possit vna pars proportionalis separari ab alia; tamen omnes non possunt separari à continuo; cum nulla res possit separari ab eo quod est de ipsius essentia; nec partes à ratione continui: cum partes continui vt diuisibiles habeant rationem continui: ni velis dicere, continuum constare ex indiuisibilibus: (de quo latè infra. 6. Physicorum.)

30. Dices secundò. Partes proportionales, quæ actu constituunt continuum, sunt infinitæ: ergo efficiunt multitudinem transcendentalem actu infinitam: vtrique quia actualis diuisio continui non est necessaria ad transcendentalem numerum; sed solum ad prædicamentalem: (vt constat in entitatibus

Disputatio secunda Questio unica.

tribus partialibus nominis, quæ duæ sunt; etiam si non sint inter se separatae.) ¶ Responderur distinguendo antecedens: partes proportionales continui sunt infinitæ in potentia, & in confuso, concedo antecedens: actu, & determinatè, nego antecedens: & consequentiam: nam licet actualis diuisio continui solum sit necessaria, vt ex illis resultet numerus prædicamentalis; tamen transcendentalis, actualis, non resultat ex partibus, vel ex rebus vt cumque existentibus extra potentiam obiectiuam, sed ex illis, quæ determinatè, & cum mutua exclusione existunt; sicut existunt partes hominis: vnde ex partibus proportionalibus nõ resultat numerus transcendentalis infinitus in actu; sed in potentia: quia non sunt determinatæ, nec vna est exclusa ab alia; at vero in partibus aliquotis, propter oppositam rationem, cõtrarium accideret; si tales partes essent infinitæ.

31. Replicabis primò. Si daretur continuum constans ex infinitis partibus aliquotis, & determinatis, partes huiusmodi essent infinitæ in actu secundum numerum, & multitudinem transcendentalem; etiam si existerent per existentiam continui: ergo idè debet dici de proportionalibus; etiam si vnica continui existant existentia. Ex dictis constat solutio: nam ex tali hypothesi, ex partibus aliquotis resultaret, & non resultaret infinitum in actu:

resultaret; quia constaret actu ex partibus sine termino in illo existentibus; tam secundum longitudinem; quam secundum numerum: *non resultaret*: quia qualibet pars longitudinis, & numeri constitutiuæ esset finita; & *ex finito*, (vt constat ex Philosopho) *nequit fieri infinitum.* ¶ Ratio autè quare ex infinitis aliquotis hoc resultet, & non ex proportionalibus, hæc est; nam partes aliquotæ, cum in continuo sint determinatæ, per se, secundo existunt in illo, absque confusione; ita vt possint per se primò, existere; at vero proportionales, solum existunt in cõtinuo in confuso, & quasi per accidens: nam nõ solum existunt ratione totius per se primò existentis; sed etiam ratione aliquotarum per se secundo existentibus; & ideo separatè, nec per potentiam Dei absolutam possunt existere: vnde cõmuniter dicitur *partes aliquotas, & non proportionales habere in continuo aptitudinem proximam, vt per se, & diuisiue existant.*

32. Iterum replicabis. Si omnes partes proportionales continui essent separatæ, & diuisæ daretur infinitum in actu secundum separationem, & diuisionem; sed omnes sunt in continuo actu distinctæ: vtique quia nulla res potest diuidi nisi in partes actu distinctas: ergo actu datur in continuo infinitum secundum distinctionem.

¶ Hæc replica æquiuocatione laborat: nam nec separatio, nec distinctio constituunt formaliter infi-

infinita; in casu quo essent possibilia; licet sint conditiones sine quibus non resultarent hæc infinita: nam separatio omnimoda esset in quantitate necessaria, vt daretur infinitus numerus prædicamentalis; & similiter distinctio infinitarum partium ad inuicem se se excludentium esset ad numerum transcendentalem infinitum, necessaria; sed neutrum horum potest dari in partibus proportionalibus continui: tum quia vsque in infinitum est continuum diuisibile: tum quia partes proportionales non sunt cum determinatione, sed cum cõfusione distinctæ: tum quia omnes partes constituunt quantitatem finitam, quæ valet augmentum recipere: ergo ex partibus proportionalibus nequit resultare, nec multitudo infinita prædicamentalis, nec transcendentalis.

33. Arguitur quarto, Deus potest, in quolibet instanti vnus horum, producere vnum Angelum; sed instantia vnus horum sunt infinita: ergo finita hora erunt creati infiniti Angeli. ¶ Confirmatur: nam (vt constabit ex 8. physico-rum) Deus potuit creare mundum ab æterno, saltim quoad res permanentes; atqui Deus posset (in tali possibili hypothesi) singulis diebus singulos Angelos creare: ergo cum ab hac præsentis die vsque ad conditionem in æternitate factam præterijissent infiniti dies, iam creati essent infiniti Angeli: ergo infinitum in actu potest dari de facto. Hoc argu-

mentum dependet ex compositione continui: pro nunc autem respondetur distinguendo maiorem: Deus potest in quolibet instanti vnus horum producere vnum Angelum, in quolibet instanti *determinato*, concedo maiorem: in quolibet: *in determinato*, nego maiorem: & distinguo minorem: instantia sunt infinita; *in determinato*, concedo minorem: *determinata*, nego minorem; & consequentiam: nam instantia indeterminata non possunt habere ex parte rei cognitionem claram, & distinctam: & sic nequit Deus in instantibus indeterminatis producere: quia creationi instantia determinata debent correspondere. Ad confirmationem respondetur concedendo maiorem: & minorem: & negando primam consequentiam: nam in tali casu, licet à parte ante, seu sine principio sit creatio; tamen à parte post potest talis creatio continuari: & ideo nõ sequitur infinitudo in actu; sed ad summum in potentia: tum quia partes, ex quibus cõstaret tale infinitum, essent finitæ: tum quia tale infinitum posset, à parte post, incrementum recipere.

§. V.

Argumenta secundæ sententiæ.

34. **P**rimum sic se habet. Creaturæ possibiles sunt infinitæ, secundum numerum, & secundum quantitatem virtutis, & moribus: ergo debet dari aliqua creatu-

Disputatio secunda. Questio unica.

ra possibilis, quæ in perfectione specifica omnes alias excedat utique quia inter has debet dari aliqua, quæ perfectior à Deo creari non possit: tum sic: hæc creatura (ut possibilis) potest à Deo produci: ergo infinitum in actu est à Deo producibile.

35. Ut respondeam, nota primo; adæquatam quæstionis intelligentiam consistere in penetratione huius, & similium obiectionum: nam in illis arguitur *ab infinito in potentia, ad infinitum in actu; & è contra; in quo omnis involuitur fallacia: nam (ut constat ex dictis in exordio quæstionis) infinitum in potentia non reducitur ad actum per infinitum in actu; nec per hoc, quod simul ponatur in actu omne id quod erat in potentia; sed solù per hoc, quod aliqua pars huius infiniti in potentia ponatur in actu, à potentia quæ manet in potentia ad alias, vsque in infinitum. Vnde potentia quæ est ad infinita, habet simul actum permixtum cum potentia. Ut constat in materia prima, quæ de facto habet unicam formam cum potentia vsque in infinitum ad alias.*

36. Nota secundò creaturas esse ab omnipotentia *formaliter* possibiles denominatas: tum quia ab illa actu possunt fieri: tum quia actu continentur fieri in illa; non verò esse *radicaliter* denominatas possibiles: nam ex se creaturæ, ratione non repugnantia terminorum, sunt radicaliter possibiles: vnde *chymæra, & infinitum in actu non*

sunt formaliter ab Omnipotentia possibilia denominata: quia ex se non habent terminorum non repugnantiam; sed è conuerso terminorum repugnantiam.

37. Nota tertio collectionem omnium creaturarum non denominari ab Omnipotentia actu possibile, *cum simultate* creaturarum; sed *cum successione* illarum; etiam si Omnipotentia denominans cum simultate se tenente ex parte ipsius Omnipotentia illas possibiles denominet. Ratio huius constat ex Dico Tomæ, loco supra citato: ubi ponit exemplum *in die*, qui possibilis denominatur, cum *simultate* se tenente ex parte Omnipotentia, & *cum successione* ex parte sui. Constat amplius, ex eo quod infinitum in actu repugnat, sicut chymæra: & denique constat, quia talis collectio creaturarum esset finita, & infinita; *finita* quia constaret ex partibus finitis; *infinita* quia terminis careret.

38. His ergo suppositis respondetur distinguendo antecedens: creaturæ possibiles sunt infinitæ *in potentia*, concedo antecedens: *in actu*, nego antecedens: & consequentiam. Ad probationem nego antecedens: nam creatura determinata, ultra quam Deus aliã perfectiorem non possit producere, est chymæra, & infinito in potentia opposita, quod sine termino debet produci.

39. Sed contra hanc solutionem sic difficiliter insurges. Si (per possibile, vel impossibile) omnes species

cies possibles essent de facto productæ, de facto esset aliqua species infinitæ perfectionis; sed propriè, & verè sunt istæ species infinitæ possibles; ergo in statu possibilitatis datur species infinita in perfectione: ergo vt possibilis est à Deo producibilis: præcipuè cum possit hoc imperium habere; *fiat à me perfectissima creatura, quæ à me potest fieri.*

40. Aliqui respondent cõcedendo antecedens de infinito secundum numerum: & negando illud, de infinito secundum perfectionem: nam optime dicunt stare, quod in tali casu infinitæ creaturæ, secundum numerum, producantur, absque eo quod accedant ad infinitatem secundum perfectionem; apponuntque exemplum in speciebus irrationalium, quæ etiam si infinitæ sint, & inæquales in perfectione; tamen nulla accedit ad perfectionem specificam rationalis; quæ finita est, & limitata; etiam si in perfectione excedat species infinitas, quæ sub illa sunt: rationemque huius doctrinæ accipiunt ex eo, quod in vno gradu perfectionis possunt dari infinite species secundum numerum, cum excessu in determinato perfectionis, absque eo quod transeant ad secundum gradum perfectionis, vel ad infinitatem secundum perfectionem: non aliter ac in vna parte aliquota datur infinite partes proportionales, absque eo, quod omnes accedant ad secundam partem aliquotam, & absque eo, quod exeat ab vni-

tate vnius partis aliquotæ.

41. Sed hæc solutio, licet ex vna parte vera sit; videlicet, quatenus asserit, quod in vno gradu, absque accessu ad aliam, possunt creaturæ produci vsque in infinitum; tamen ex alia parte, est falsa: videlicet; quatenus asserit, quod impossibile productione omnium creaturarum non sequi aliud impossibile, scilicet, positionem creaturæ infinite, nedum secundum numerum; sed etiam secundum speciem, seu perfectionem. Ratio huius sequelæ probatur: nam ex eo, expositione omnium creaturarum possibilem, datur infinitum in actu secundum multitudinem: quia multitudo posita potest à Deo in infinitam produci; sed etiam potest Deus producere creaturas perfectiores, & perfectiores vsque in infinitum, (non solû in gradibus perfectionis certæ, & determinatæ; sed etiam in gradibus perfectionis incertæ, & in determinatæ; cum Deus sit infinitæ imitabilis, nedum in certis; sed etiam in incertis, & indeterminatis gradibus perfectionis) ergo admissio hoc impossibile datur aliud: scilicet, species in perfectione actu infinita.

42. Vnde (iuxta doctrinam in notabilibus primi argumenti traditam) responderetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: vere sunt species infinitæ possibles, cum successione, concedo minorem: cum simultate nego minorem: & consequentiam: nam in statu possibilitatis non datur species

Disputatio secunda Quæstio unica.

cies quæ possit esse infinita in actu: cum hæc sit chymæra incapax possibilitatis: vt ergo consequentia esset vera, opus erat, quod creaturæ essent possibles cum simultate, & nõ cum successione; vel quod aliqua creatura carens termino esset possibilis. Hæc doctrina potest explicari in continuo, quod est in partes vsque in infinitum diuisibile: si ergo (per possibile, vel impossibile) esset in omnes suas partes proportionales diuisum, absque dubio esset in illo pars minima incapax diuisionis; & tamen absolutè non licet inferre, quod in illo de facto detur hæc pars minima: quia hæc est chymæra: cum ex illa, vt indiuisibilis, nequeat continuum constitui: haud aliter in præfenti; si omnes creaturæ possibles de facto essent positæ, absque dubio daretur creatura secundum perfectionem infinita; etiam si absolutè talis creatura non sit possibilis: vnde quod sequitur ex argumento est, quod si hypothesis esset vera, debebat esse possibilis creatura infinita in actu; nõ vero quod absolutè sit possibilis. Potest que explicari in hoc syllogismo, quod datur in voluntate ad actum amoris, v. g. in quo casu consequentia illata ex hoc syllogismo est falsa: *si de facto poneretur altus contrarius auxilio, de facto frustraretur auxilium; sed potest poni: ergo potest frustrari.* Falsa (inquam) quia potentia non est ad compositionem actus cum auxilio, (quod erat necessarium, vt consequentia esset vera) haud

aliter in præfenti: cõsequetia obiectionis est falsa: quia potentia quæ datur in omnipotentia ad creaturas perfectiores, & perfectiores, vsque in infinitum, non est ad illas simul habendas, vel ad hoc vt habeatur aliqua carens termino, (quod erat necessarium, vt consequentia obiectionis esset vera) sed ad illas cum successione habendas vsque in infinitum. Ad vltimam consequentiam obiectionis, nego Deum posse habere tale imperium: quia nulla creatura ei obediret: (sicut si diceret: ponatur infinitum in actu, vel diuidatur continuum vltima sui diuisione) ratio vtriusque est; quia quod in terminis implicat, nec est possibile; nec potest à Deo fieri: non quia Deo deficiat virtus; sed quia res, vt impossibile, est nihil.

43. Secundum sic se habet. De^o, tua omnipotentia, potest producere quidquid sua scientia cognoscit; sed sua scientia simul cognoscit infinitas creaturas possibles: ergo sua omnipotentia potest illas simul operari: (nõ dicæ omnipotentiam esse scientia diuina superatam.) Primo responderet negando maiorem; nam ex productione simultanea omnium possibilium sequitur inconueniens, diuina repugnans omnipotentia, videlicet, quod ex hauriatur diuina omnipotentia.

44. Sed contra hanc solutionem valide insurges primo: quia virtus cognoscitiua nõ ex hauritur ex eo quod omnia simul cognoscantur; præ-

præcipue cum possint cum continuatione cognosci: ergo similiter ex productione omnium possibilium non sequitur, quod exhauriatur diuina omnipotentia; præcipue cum possint ab illa *conseruari* in esse; quod est (iuxta Philosophum) *quædam continuata productio*. Secundo: quia creaturæ productæ possunt iterum annihilari, & reproduci: ergo ex tali simultanea productione non sequitur inconueniens in solutione allatum.

45. Sed istæ impugnationes nõ eneruant efficaciam nostræ solutionis, quã vt penetres, nota omnipotentiam diuinam posse dupliciter considerari, vel *vt antecedente* decretum liberum Dei; vel *vt illud supponit*: in prima consideratione continet omniaabilia vt producibilia; cum ad hoc non dependant nostro modo intelligendi à voluntate libera Dei: in secunda vero consideratione producit, & conseruat creaturas productas; cum ad hoc dependant creaturæ à decreto libero suæ voluntatis. Quo supposito, dico omnipotentiam ex tali simultanea productione manere exhaustam in ratione attributi necessarij; licet non maneat in ratione attributi liberi: quia iam producit omne id quod erat producibile: nec paritas cognitionis aliquid valet; nam cognitio diuina (quoad omnes actus speculatiuos) est independens à voluntate libera Dei.

46. Secundo respondetur, distinguendo maiorem: omnipotentia

producit quidquid scientia cognoscit esse producendum tam quoad substantiam, quam quoad modum, concedo maiorem: alio modo nego maiorem: & distinguo maiorem: sua scientia simul cognoscit infinitas creaturas esse simul producendas, nego maiorem: esse successiue, sine termino, producendas concedo maiorem: & nego consequentiam; licet enim scientia Dei infinitum in potentia intelligat, non tamen intelligit illud esse simul producendum ab omnipotentia; quia hoc est cõtra naturam infiniti in potentia: quod vero non semper debet produci quod intelligitur, eo modo quo intelligitur; sed eo modo quo intelligitur esse producendum; constat ex propositione à nostro Anselmo, & à Diuo Thoma sapius allata; vbi docent, *Patrem dicere ea quæ intelligit, non absolutè eo modo, quo intelligit; sed eo modo, quo intelligit esse dicenda*: aliàs Pater communicaret per se primo Spiritui Sancto essentiam, & non impulsam: quia per se primo intelligit, & diligit amore essentiali essentiam, & non impulsam. Haud aliter in præfenti; omnipotentia non producit absolutè ea, quæ scientia cognoscit, eo modo quo sunt ab illa cognita; sed producit ea quæ cognoscit eo modo, quo cognoscit esse ab illa producenda. Ex hoc non sequitur scientiam superare, in perfectione, omnipotentiam: nã quælibet in propria linea est infinita; & sicut scientia intelligit simul

Disputatio secunda. Questio vnica.

possibilia in potentia infinita, sic omnipotentia omnia simul continet, simultate se tenente ex parte omnipotentia, non tamen omnia simul producit; quia hoc est contra essentiam infiniti in potentia. Ratio autem quare omnia simul cognosci à scientia, & simul contineri à omnipotentia, non sit contra rationem possibilem, vel infiniti in potentia; nec inferat infinitatem in actu ex parte creaturarum, etiam si omnia producere sit contra infiniti in potentia rationem, & inferat infinitatem in actu; est; quia res non cognoscuntur in se ipsis à Deo; sed vt sunt in propria essentia representata: & similiter, res contentæ, non sunt in se ipsis, sed in causa; imò ab ipsa causa actu non sunt distinctæ, (iuxta illud Augustini: *Creatura, in Creatore, est ipsa creatrix essentia*) & ideo talis simultanea cognitio non opponitur infinito in potentia, nec infert infinitatem in actu ex parte creaturarum; sed solum ex parte causa continentis, & cognoscentis, at verò omnipotentia, vt producens, connectitur cum creaturis, prout sunt in se ipsis; ita vt omnipotentia creaturas vt producendas in proprio esse, & propria duratione, respiciat; & sic omnimoda productio opponitur infinito in potentia: cum essentialiter respiciat creaturam terminatam ex parte rei producendæ, & infert infinitatem in actu; cum sit in rerum natura in tali casu id quod sine termino erat producibile.

47. Tertiū. Quidquid est in æternitate potest à Deo collectiue produci; sed in æternitate sunt infinita hominum, & Angelorum cogitationes: ergo simul, & collectiue possunt à Deo prodici. Respondetur (iuxta dicta) negando maiorem: nam licet omnia quæ sunt in æternitate producantur à Deo pro tota æternitate successiue; nō tamen possunt collectiue, id est, eo modo quo sunt in æternitate, produci: nam in æternitate sunt simul, non simultate se tenente ex parte creaturarum; sed ex parte æternitatis, quæ (vt mensura superior, & infinita) omnia cum simultate continet: plura ergo quæ sunt essentialiter successiue possunt contineri ab æternitate simul, absque eo quod amittant propriam essentiam; vt constat in tempore, quod essentialiter successiuum est, & tamen est simul in æternitate, absque detrimento suæ essentia: quia hæc simultas solum est extrinseca tenens se ex parte æternitatis: (vt constat in continuo, infinitas partes proportionales simul continente, absque infinitate actuali simpliciter dicta; quia talis simultas non tenet ex parte rei contentæ, sed ex parte tertij illas continentis) Potest hoc aliquo modo explicari in Monachis in choro existentibus, qui licet omnes sint in choro, tamen omnes non sunt simul simultate se tenente ex parte Monachorum; cum vnus sit post alium; sed solum simultate se tenente ex parte chori; haud aliter in presenti.

48. Dices, omnes has cognitiones esse in aeternitate tanquam in mensura superiori; sed istae non sunt finitae: ergo saltem respectu aeternitatis sunt infinitae in actu: ergo diuinitus poterunt simul poni in tempore, & in duratione propria. Respondetur concedendo maiorem, & distinguendo minorem: cognitiones in aeternitate existentes non sunt finitae actu, nego minorem: in potentia, concedo minorem, & distinguo primum consequens; cognitiones respectu aeternitatis sunt infinitae in actu, secundum quid, & ratione aeternitatis, concedo consequentiam simpliciter, & ratione sui, nego consequentiam: nam solum ea quae in propria mensura coexistunt simul, dicun-

tur absolutè, & simpliciter simul; non verò ea quae cum addito: scilicet, in mensura superiori, sunt simul: nam haec solum secundum quid sunt simul; & ideo simpliciter non amittunt successione inter se. Constat hoc in omnibus partibus dei, quae ex eo quod sunt simul in aeternitate, non amittunt successione simpliciter dictam, quam essentialiter habet: quia illa similitas solum est. Secundum quid, ratione alicuius tertij, scilicet, ratione aeternitatis: potest hoc aliquo modo etiam explicari in Antichristo futuro, quod licet in aeternitate habeat praesentiam; tamen non amittit simpliciter rationem futuri.

(. . .)



QVARTVS

PHYSICORVM.

Tradita (superiori libro) motus, & infiniti natura, prosequitur Aristoteles in hoc quarto libro disputationem de affectionibus entis naturalis, agitque de duabus extrinsecis proprietatibus eius: videlicet, de loco, & tempore: de prima quidem, quia ad illam ens naturale mouetur; & de secunda quia illa mensuratur; præsertim si corruptibile sit; additque (occasione loci) disputationem de vacuo, quod illi priuatiue opponitur: quare totum librum quatuordecim capitibus absoluit, diuidens illum in tres præcipuas partes: à primo ergo capite vsque ad quintum refert Philosophus veterum sententias, & propriam de loco statuit definitionem; deinde per quatuor subsequentia (vsque ad nonum) de vacuo disputat; & denique (vsque ad quartum decimum) de tempore sermonem instituit.

DISPUTATIO PRIMA DE LOCO, ET VACVO.

Materiam hæc copiose prosequuntur omnes Peripatetici, simulque in illa, loci, & vacui naturam explicant: quia cum vnum eorum alteri priuatiue opponatur, vnius cognitio ad alterius cognitionem valde conducit. Sit ergo pro loco.

¶ QVÆSTIO I.

An definitio loci ab Aristotele
tradita rectè illius explicet
quid dicitur?

§. I.

Prælibantur aliqua.

1. **E**X Philosopho cap. 1. huius libri, & ex continua translatione, seu corporum mutatione constat, dari locum, quem cap. 2. diuisit in communẽ, & proprium: communis est, qui plura sub se continet, hunc que cap. 5. definiuit, dicens: *est autem locus, non ipsam celum, sed aliquid eius, vltimus (inquam) finis, quiescens, quo corpus mobile tangit.* In hac ergo definitione non explicuit locum proprium corporum (vt aliquis Modernus Doctissimus nostræ familiæ existimauit, docens locum esse in vnica specie, & in vnico individuo tantum; sicut tempus) sed communem, à loco proprio, & speciali distinctum. Locus proprius, & circumscriptiuus, qui solum conuenit substantijs materialibus, propria quantitate effectis; est, qui vnum tantum continet corpus: vt vas: hunc cap. 4. definiuit, dicens: *locus est extremitas ambientis, immobilis præterea;* id est, est superficies vltima corporis continentis locato immobili ter immediata. Per vltimam definitionis particulam Philosophus distinguit locum proprium à cõ-

muni: vt cõstat ex Diuo Thoma. le. 6. vbi sic fatur: *dicit autem primum vt designet locum proprium, & vt excludat communem.*

2. Suppono secundò, locum extrinsecum (de quo in presenti) non esse vbi, seu præsentiam localem in corpore locato productam; nam per hanc formaliter positiuè locatum correspondet loco extrinsecò: (non aliter ac res durans per durationem extrinsecam correspondet durationi extrinsecæ, seu tempori) quia de hac præsentia, seu loco intrinsecò, latius est disputandum infra. q. sequenti.

3. Suppono tertio ex Philosophi definitione, locum esse immobilem; tum quia corp^o, medio motu locali, acquirit locum, ad quẽ locus (sub formalitate loci) nõ potest moueri, nisi detur processus in infinitum: tum quia locus derelictus à corpore se habet per modum termini à quo; sed terminus à quo exigit permanentiam, & immobilitatem: ergo locus in suo conceptu formali includit immobilitatẽ. His ergo suppositis, quod inquiremus est; an locus sit extremitas ambiẽtis immobilis primæ? vel an (quod idem est) sit vltima superficies corporis continentis immobilis primæ?

§. II.

Prima sententia proponitur,
& impugatur.

4. **P**Rima in hac re sententiã asserit, locum non esse superficiem;

Disputatio prima. Questio prima.

ficiem; sed esse spatium, seu interuallum imaginarium existens inter latera superficiei continentis per modum triæ dimensionis corpora recipientis. Vocatur autem spatium imaginarium, non quia sit cum capacitate positiua ad corporum receptionem, sed quia est cū quadam non repugnantia vt corporibus repleatur; quæ non se habet per modum puræ negationis, quia negatio non habet aptitudinem, seu non repugnantiam ad formam; & spatium hoc imaginariū dicit non repugnantiam ad corporum receptionem nec per modum puræ priuationis; quia priuatio exigit formam, & hoc spatium (vt dixi) nõ exigit corpora; habet, tamen se spatium imaginariū vt medium inter negationem, & priuationem; nam in aliquo est cum extremis conueniens, & in aliquo est à illis differens: conuenit enim cū negatione, in hoc quod sicut hæc non exigit formam, quæ est negata, sic hoc spatium non exigit corpora, quibus caret: differt tamen ab illa; quia subiectum negationis habet repugnantiam ad formam, quam spatium non habet in ordine ad corpora. Cū priuatione verò conuenit etiam; quia sicut subiectum priuationis potest formam recipere, sic spatium corpora: differt tamen ab illa: quia subiectum priuationis exigit positiuè formam; at verò spatium non exigit corpora, quibus caret. Ex his constat legitima spatij imaginarij intelligentia; nam realiter (ante fictionem

intellectus) solum dicit carentiam corporum, quam intellectus apprehendit, per modum triæ dimensionis. Pro hac sententia stant Stoici, Platonici, Proclus, Licius Nicolaus, Damascenus, Galenus, & Heliadius, pœta hoc verlu.

Exiit ante chaos, post hæc vastissima tellus.

5. Hic modus opinandi fuit valde celebris apud Stoicos; & nunc, (contra expressam mentem Philosophi, & Diui Thomæ) à pluribus defenditur modernis: contra quos sic infurgo. Hoc spatium imaginarium, (quod à nobis apprehenditur cum longitudinem, latitudine, & profunditate inter latera superficiei continentis, à corpore contento distinctum) vel est ante fictionem intellectus aliquid positiuum, vel solum est nihil: primū, nequit absque temeritate dici: nā hoc spatium, quod potuit à corporibus repleti fuit ab æterno; sed non à Deo creatum; (vt constat ex limine sacre pagine) ergo in creatum: ergo ante fictionem intellectus esset aliquid positiuum in creatum; & à Deo distinctū, quod ab ipso nequeat annihilari. Si secundum: ergo à parte rei locus non est aliquid positiuum: ergo locus nequit realiter circundare, seu mensurare locatū, illudq; in naturali loco conseruare, cum non enti, non possint prædictæ passiones conuenire. Ex quo infero spatium, seu interuallum à corpore occupatum, solum obtinere rationem loci imaginarij, ad similitudinem veri loci con-

confitit, in quo est corpus, tanquā in loco extrinseco ficitio, & imaginario; non vero tanquam in loco vero, & reali: de quo in praesenti.

6. Dices primo, Corpus, non solum ratione ultimæ superficiei; sed etiam ratione profunditatis, occupat locum; sed profunditas corporis non continetur à superficiei locantis: cum in hac tantum contineatur superficies locati: ergo solum intervallum, quod est inter latera corporis continentis (trina gaudens dimensione) habet proprie rationem loci. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam licet inter corpus locatum, & superficiem locantem, non detur æqualitas dimensionum; tamē corpus locatum primo, & per se, continetur, circūdatur, & circumscribitur à superficiei locante, quod solum est ad rationem loci necessarium: vt constabit ex probatione nostræ conclusionis.

7. Dices secundo, (est que replica præcedentis) Corpus naturale per se primo, exigit esse in loco quo ad omnes suas partes; sed si superficies, & non intervallum, esset locus per se primo, non esset in loco quo ad omnes suas partes: ergo solum intervallum, quod à corpore repletur, proprie obtinet rationem loci. Minor probatur. Illud est per se primo in loco, quod ratione sui, & non ratione alterius, attingitur; sed ratio corporis, quæ est in superficiei locante non attingitur

ratione sui, sed ratione superficiei locantis: ergo solum intervallum, quod ratione sui attingit trinam dimensionem locati, habet rationem loci. ¶ Respondetur cōcedendo maiorem: & negando minorem. Ad probationem concedo maiorem: & nego minorem: vel illam distinguo, claritatis gratia: ratio corporis non attingitur ratione sui, sed ratione superficiei locantis, vt præcise habet rationem longitudinis, & latitudinis, nego minorem: vt habet rationem longitudinis, & latitudinis, & vt simul est terminus profunditatis, vel corporis, concedo minorem; & nego consequentiam: sicut enim linea in suo cōceptu primario includit longitudinem, & in suo secundario esse terminum, vel vinculum superficiei; sic superficies, in suo cōceptu primario includit longitudinem, & latitudinem, & in suo secundario esse terminum, seu vinculum profunditatis, seu corporis: & ideo superficies locantis non solum tangit immediatè, & per se, superficiem locati, vt includit longitudinem, & latitudinem, sed etiam vt est terminus, seu vinculum profunditatis, seu corporis: quod sufficit, vt, ratione sui, corpus naturale sit per se primò à superficiei circumscriptum,

§. III.

Mens Philosophi expenditur.

8. **S**ecunda sententia (quæ pro conclusione amplector) docet

Disputatio prima. Quæstio prima.

et Aristotelicam definitionē rec-
tè explicare naturam loci. Est Di-
ui Thomæ, & vt Philosophi, est à
melioribus Thomistis amplexata.
Prænotatur. Superficies, modificata
per figuram concauitatis, tangit
vnde quaque locatum, illud que cū
æqualitate circumscriuit; ita vt ni-
hil corporis locati sit extra: ergo
superficiæ conueniunt proprietates
loci circumscriptiui: ergo & ei
conuenit natura loci, sine qua pro-
prietates loci nequeunt dari.

9. Sed contra conclusionem va-
lidè insurges. De ratione loci est
immouilitas; sed hæc non conue-
nit superficiæ: ergo malè est à
Philosopho locus definitus. Mi-
nor probatur. Superficies corpo-
ris continentis mobilis est, (& de
facto mouetur ad motum corpo-
ris, cuius est superficies; vt constat
in arbore circūscripta à superficie
aquæ, quæ cū ipsa aqua mouetur)
ergo immobilitas non conuenit
superficiæ.

10. Huic difficili obiectioni res-
pondet Scotus, locum esse immo-
bilem per æquivalentiam, quatenus
superficies adueniens æquualet
priori in modo continendi locatū.
Ad hunc modum dicēdi potest re-
duci modus opinandi Ferraræ, as-
ferentis locum esse immobilem secū-
dum speciem; non verò secundum
numerum.

11. Hæc solutio nō placet: quia
corpus naturale, quod non moue-
tur, non solum habet æquivalen-
ter, & secundum speciem eundem
locum; sed physicè, & secundum nu-

merum: implicatorium enim est,
quod corpus mobile absquē motu
locali physicè, & secundum nume-
rum distinctum acquirat locum.

12. Vnde secundo, (& melius)
cum Angelico duce respondetur,
locum esse formaliter immobilem:
quia licet eidē locato diuersa ad-
ueniant superficies materialiter,
& in esse superficialium variabiles;
tamen formaliter, in ratione loci,
vel, vt formaliter fundat rationem
loci, sunt immobiles: quia vna su-
perficies succedit alteri cum eadē
numero relatione distantie ad pri-
mum continens, & ad polos mun-
di, vel ad puncta fixa, in quibus tā-
quam in gemino axe cælum motu
circulari omnes partes mundi gi-
rat: in hæc ergo relatione distantie
immobile formaliter cōsistit ratio
loci constitutina.

13. Sed contra hanc solutionē
difficilliter insuges primo: nam ra-
tio formalissima loci consistens in
hac relatione distantie, vel est rea-
liter distincta à ratione materiali
ipsius loci, hoc est, à superficie, vel
non: si secundum: ergo locus nedū
de materiali, sed de formali est mo-
bilis: cum impossibile sit, quod aliq̄
qua sint idē realiter, & quod realiter
vnum varietur sine alio: si pri-
mum: ergo etiā est formaliter mo-
bilis; nam forma à subiecto realiter
distincta, variatur realiter ad
variationem subiecti, in quo est;
cum ab illo, sumat indiuiduationē.

14. Doctissimi nostræ familiæ
(cum Complutensibus) concedūt
primam partem dilemmatis: & vt
ad

ad rationem dubitandi respondeant; notant aliquam rem posse dupliciter considerari; quoad materiale quod includit; videlicet, quoad materiale materialiter sumptum; vel quoad materiale formaliter sumptum: materiale materialiter sumptum est ipsa res, quæ est materia nudè, & sine aliquo ordine considerata; materiale formaliter sumptum est ipsa res, quæ est materia, prout subest alicui ordini, vel connotationi. Quo supposito dicunt superficiem secundum suam entitatem absolutam, absque aliquo ordine distantie ad polos mundi, esse materiale materialiter sumptum mobile, & variabile; secundum vero ordinem distantie ad polos mundi esse materiale formaliter sumptum invariabile, & immobile: in hac ergo, & non in prima acceptione consequenter docent superficiem individuari relationem distantie.

15. Sed hæc doctrina sola æquiuocatione terminorum vult solvere argumentum: contra quam sic infurgo. Locus de formali est mobilis: ergo in nulla consideratione est immobilis. Probo antecedens. Locus de formali dicit relationem distantie; sed hæc est mobilis: (cum indiuiduetur à diuersis superficiebus, in quibus potest esse) ergo locus de formali est mobilis.

16. Dices. (iuxta solutionem traditam) Subiectum mobile esse superficiem materialiter acceptam,

Tom. 1. pars 1.

à qua non indiuiduetur relatio distantie; non vero formaliter acceptam, hoc est, prout subest relationi distantie: in qua acceptione indiuiduetur à superficie.

17. Sed contra est. Superficies, materialiter accepta, est mobilis: ergo & relatio distantie. Consequentia probatur. Forma accidentalis relatiua non indiuiduetur à subiecto formaliter accepto, hoc est, à subiecto, prout subest relationi: nisi dicas relationem distantie indiuiduari saltim extrinsecè à se ipsa; quod plusquam falsum est, cum hoc solum sit quantitati proprium; sed subiectum materialiter acceptum est mobile: ergo & relatio ab ipso indiuiduata. ¶ Confirmatur, & explicatur hæc ratio. Superficies formaliter accepta, (vt à Complutensibus explicatur) saltim de connotato includit relationem distantie; sed, per te, indiuiduetur relatio distantie à superficie formaliter accepta: ergo indiuiduetur, saltim de connotato, à se ipsa; quod nequit admitti: si ergo forma substantialis, nec de connotato potest à se ipsa extrinsecè indiuiduari: quomodo forma accidentalis poterit à se ipsa extrinsecè indiuiduari.

18. Quare hac relicta solutione, concedo primam partem dilematis: & ad probationem, nego formam accidentalem variari per superficiem variationem: nam variatio superficiem solum est secundum quid, & cum successione.

19. Pro huius solutionis intel-

Disputatio prima. Questio prima.

līgētia nota, subiectum posse dupliciter variari, seu mutari: primo simpliciter, & absolutè: secundo secundum quid: primo modo variatur, seu mutatur, quando cum similitudine definit esse: secundo, quando cum successione. ¶ Constat hoc in entitatibus maiorem unitatem habentibus, quæ non amittunt unitatem per secundam variationem; nam nec anima rationalis, nec homo, amittunt unitatem numericam, etiam si materia successivè partes materiæ acquirat, & amittat. Similiter nec relatio distantia, nec locus, amittunt unitatem numericam, etiam si superficies, (quæ de materiali se habet ad locum) successivè amittat, & acquirat diversas partes superficiæ, qui modus definiendi in subiecto non infert variationem ex parte formæ individualitatis; nam unitas, & identitas loci non debet sumi à variatione secundum quid, sed à permanentia simpliciter, quæ datur in qualibet superficie; quia qualibet illarum non tota in eodem instanti finit; sed successivè, & per partes minutissimas, superficiem simpliciter non alterantes.

20. Insurges secundò. Locus, ex parte qua includit relationem distantia, est mobilis: nam potest Deus polos cæli, vel primum mobile movere versus orientem, vel occidentem, vel illos destruire: ergo tunc nec ex parte superficiæ, nec ex parte relationis distantia est immobilis. ¶ Aliqui respondent huic

argumento negando antecedens: nam docent in eo casu, eandem numero superficiem servare relationem distantia in ordine ad polos mundi imaginarios, hoc est, in ordine ad intervallum imaginarium; quod à polibus mundi occupabatur. Ita Magistri Sotus, & LERICI. 21. Sed hæc solutio non potest sustineri: nam hæc relatio distantia (in opinione horum Doctorum) est distincta à subiecto, in quo est; sed relatio distincta à subiecto est prædicamentalis: ergo non potest ordinari ad polos mundi imaginarios. Consequentia probatur. Relatio prædicamentalis (ad distinctionem transcendentis) solum est ad terminum verum, & realem: ergo non potest esse in ordine ad polos mundi imaginarios, qui veri, & reales non sunt.

22. Unde aliter respondetur, distinguendo antecedens: locus, ex parte qua includit relationem distantia, est mobilis de potentia Dei absolute, concedo antecedens: de lege ordinaria, nego antecedens: & distinguo consequens eodem modo: nam in eo casu non datur inconueniens in hoc, quod idem numero locus deficiat de se seu termini extrinseci connotatione: non aliter ac paternitas de facto: de se seu filiationis extrinseci connotatione deficiat.

23. Insurges tertio. Optimè stat, quod corpus, ratione superficiæ continentis, habeat eandem numero distantiam, & quod locus sit numero distinctus: ergo ab immobilitate distantia nõ sumitur immobilitas

bilitas loci. Antecedēs probatur. Si quis ad motuꝛ nauis mouere-
tur uersus occidentē: & motuꝛ pro-
prio æquali uelocitate moueatur
in ipsa nauis uersus orientē habebit
diuersuꝛ locuꝛ; etiam si eandē
feruat distantiam ad polos mundi:
ergo optimē stat, quod corpus, ra-
tione superficiēi, habeat eandē nu-
mero distantiam, & quod locus sit
numero distinctus. ¶ Respōdetur
negādo antecedens. Ad probatio-
nem nego maiorē: nam in tali ca-
su, semper habet eūdē locuꝛ: quia
semper habet eandē distantiam,
in ordine ad polos mūdi, qui quā-
uis non sint fixi, cælo tamen ex na-
tura sua sunt immobiles, sicut ear-
dines, circa quos sphaera aliqua
agitatur.

QVÆSTIO II.

An per motuꝛ localem producatuꝛ in
locato aliqua forma, per quam for-
maliter, & positiuē sit in
loco?

§. I.

Lux tituli, & quæstionis,

I. Quid inquirimus est: an lo-
cus (ab Aristotele explica-
tus) sit forma, per quam corpus
naturale formaliter sit in loco, &
per quam terminet motuꝛ loca-
lem ad ubi per se terminatum, uel
an, ultra locuꝛ extrinsecuꝛ, debeat
admitti, alia forma intrinseca à
motu locali efficiēter producta,

Tam, 1. pars 1.

per quam corpus naturale forma-
liter, & positiuē constituatur in
loco, & in prædicamento ubi?

2. Pro difficultatis luce suppo-
ne (ex dictis. 1. p. Logicæ, dispu.
2. quæst. 2. conclusione 1.) forma
extrinsecam realem non de-
nominare realiter terminuꝛ, (quē
denominare intendit) vsque dum,
ordine transcendentali, illum res-
piciat: & adde discrimē quod uer-
satur inter formam extrinsecam
mensuratam, & formam extrinse-
cam *mensurantem*: nam forma ex-
trinseca mensurata, formaliter de-
nominat mensurantem; at uerō
forma mensurans, realiter forma-
liter non denominat mensuratam:
ratio est: quia res mensurata ordi-
ne transcendentali respicit men-
surantem, ut medio tali respectu
illam denominet; at uero mensu-
rans realiter non respicit mensura-
tam, & sic illam denominare ne-
quit. Explicatur in uisione, quæ,
ut mensurata ab obiecto, illud rea-
liter formaliter denominat uisam;
at uero obiectuꝛ, ut mensura ui-
sionis, illam realiter formaliter
non denominat, etiam si sit forma
extrinseca uisionis; quia est for-
ma extrinseca per moduꝛ men-
suræ.

3. Ex his colliges, locuꝛ extrin-
secuꝛ realiter formaliter: non de-
nominare locatuꝛ; quia locus est
mensura rei locatæ, & sic nequit
ad locatuꝛ ordinari: non aliter
ac tempus, quia est mēsurā rei du-
rantis, nequit ad illam ordinari.
Ut ergo subiectuꝛ ab his formis

Disputatio prima. Questio secunda.

extrinsecis recipiat denominationem, vel (vt formaliter loquar) vt subiectum, in ordine ad has formas, recipiat denominationem, opus est, quod ratione alicuius formæ intrinsecæ ad illas ordinetur; non aliter ac animal, media potentia visiva, ordinatur ad coloratum, vt denominetur videns. Totâ hæc doctrina constat à simili, in opinione afferente durationem esse à re durante distinctam; vbi res durans non dicitur formaliter, & positivè durans, vsque dum, media duratione intrinsecâ, (quæ præsentia temporalis nuncupatur) respiciat durationem extrinsecâ, scilicet, tempus, quod est mensura extrinsecâ rei durantis; sic corpus naturale non dicitur formaliter, & positivè existens in loco, vsque dum, media vocatione intrinsecâ, (quæ præsentia localis appellatur) respiciat locum extrinsecum, qui est mensura extrinsecâ rei in loco formaliter constitutæ.

4. Sed (vt certa ab incertis separemus) vt certum suppono, spatium imaginarium non esse formam, à qua opus naturale habet esse in loco formaliter, vel esse alicubi. Ratio est, nam spatium imaginarium est purum nihil; cum inter latera corporis continentis non sit entitas positiva, à corpore contento distincta: ergo spatium imaginarium formaliter, & positivè non constituit corpus formaliter in loco.

§. II.

Referuntur sententia.

Prima defendit, corpus naturale esse formaliter in loco per superficiem ultimam, per motum localem primariò acquiritam; ita vt esse formaliter in loco, vel esse alicubi, sit denominatio extrinsecâ, formaliter à superficie ultima corporis continentis in corpore dimanans contento. Ita Fonseca, 5. Metap. cap. 149. quem sequuntur aliqui moderni.

6. Secunda docet, corpus esse formaliter, & positivè in loco, per formam intrinsecam, à metu locali per se primò productam; ita vt esse formaliter in loco, vel esse alicubi, sit denominatio intrinsecâ, sumpta ab vocatione locum extrinsecum essentialiter respiciente. Pro hæc stant ferè omnes Doctores vtriusque scholæ, & in eius gratiam, sit.

§. III.

Conclusio.

7. **M**edio motu locali producitur, in corpore locato, forma intrinsecâ: scilicet, vocationis, prædicamenti *vbi* constitutiva, à qua formaliter, & positivè corpus naturale est in loco, vel alicubi. Probat ur ratione est nobilibus de prompta. Locus positivus (ab Aristotele definitus) non constituit

bus, alia sunt, quæ ei *immediate* cõ-
veniunt; alia vero quæ ei solum
mediate, & ratione alterius: liquet
hoc in albedine, & figura, quæ sub-
stantiæ, ratione quantitatis con-
veniunt; ita vt deficiente quanti-
tate, ei hæc deficient accidentia.
Quare quod inquirim⁹ est: an præ-
sentia localis, vel hoc quod est ef-
fe in loco, conueniat substantiæ
materiali immediate, vel mediate
ratione alterius; ita vt ex parte il-
lius debeat assignari aliqua ratio
per quam talis substantia sit pro-
xime, & immediate capax *vbi*,
præsentie localis, vel rationis exi-
stendi in loco.

2. Nota secundo, bisarie posse
locatū existere in loco, *circūscrip-
tiue*, scilicet, & *definitiuè*: tunc est
in loco circūscriptiue, quādo to-
tum locatum est in toto loco, &
pars locati in parte loci: tunc vero
est in loco definitiuè, quando to-
rum locatum est in toto loco, & in
qualibet parte loci; taliter vt in-
cludat carentiam existendi in alio
loco: adhuc modum docet Tho-
mistæ Angelū esse in loco. Ex quo
colliges corpus Christi in Eucha-
ristia non esse definitiuè; sed *sacra-
mentaliter*; quia sacramentalis præ-
sentia non includit carentiam exi-
stendi in alio loco; & ideo talis præ-
sentia est à definitiuà, & circū-
scriptiua *essentialiter* distincta.

3. Nota tertio, aliquid posse ef-
fe in loco *per se*, & *per accidens*: per
se est in loco, quod est in illo ratio-
ne alicuius rationis debite; vt sub-
stantia corporea, quæ est in loco

ratione quantitatis debite per se,
ad illam in loco cõstituendam or-
dinatæ; per accidens vero est in lo-
co quod ratione formæ non debi-
tæ est in illo; vt corpus Christi *sacra-
mentaliter* existens in Hostia *per-
accidens* est in loco *circūscriptiuo*,
ratione dimensionum specierum.

§. II.

Referuntur sententiæ.

4. **M**agister Suarez. disp. 4.
Metap. sect. 4. & disp.
41. sect. 5. defendit, substantiam
corpoream, cum omnibus suis ac-
cidentibus materialibus, esse for-
maliter in loco circūscriptiuo
mediate ratione propriæ quanti-
tatis; in definitiuo vero *immedia-
te*, & *ex se*; ita vt in vno, eodem-
que composito substantiali tot sint
præsentie definitiuæ, quot sunt
entitates presentes.

5. Secunda sententia primam
partem primæ defendit; & secun-
dam eiusdem primæ absolutè ne-
git: Ita omnes Thomistæ cum
Angelico duce pluribus in locis.
In gratiam huius, sit.

§. III.

Conclusio.

6. **P**ræsentia circūscriptiua
ratione quantitatis con-
uenit per se substantiæ corporeæ,
& per accidens accidentibus eius-
dem substantiæ; definitiuà vero

Disputatio prima. Quæstio tertia.

ex se nec substantiæ, nec accidentibus eiusdem substantiæ conuenit. Quoad primam partem ab omnibus admittitur, & breui ostenditur ratione. Absque necessitate non sunt multiplicandæ entitates; sed vna quantitas sufficit, vt substantia corporea per se, sit extensa, & vt accidentia illius per se secundo, seu per accidens sint extensa: ergo eadem quantitas sufficit, vt substantia per se, & accidentia per accidens suscipiant præsentiam circumscriptionem. Confirmatur. Non alia ratione substantia Angeli, cum suis accidentibus, non est circumscriptione in loco, nisi quia caret quantitate; sed substantia corporea illam habet: ergo substantia corporea, ratione quantitatis, est cum suis accidentibus circumscriptione in loco.

7. Quoad secundam partem, (à Patre Suarez non admissam) probatur. Implicat quod eadem res, sit in loco *diuisibiliter*, & *indiuisibiliter*: ergo implicat, quod sit definitiue ratione sui, & circumscriptione ratione quantitatis. Cõsequẽtia est certa. Antecedens probatur. Implicat quod eadem res sit tota in parte, & quod sit pars in parte: nã si tantum pars est in parte: ergo non est tota in parte: & si tota est in parte: ergo sola pars nõ est in parte: ergo implicat quod sit diuisibiliter, & indiuisibiliter, vel quod sit definitiue, & circumscriptione; quod idem est.

8. Respondet Pater Suarez, has rationes non esse absolutè opposi-

tas, quando conueniunt substantiæ ratione diuersorum: nam esse in loco *indiuisibiliter*, conuenit rei *ex se*; & esse *diuisibiliter* conuenit *ratione quantitatis*; in quo nullam (ait) inuolui repugnantiam; sicut nec in hoc, quod eadem entitas, secundum diuersas virtualitates, sit *similis*, & *dissimilis*. Sed contra est primo: nam similitudo, & dissimilitudo conuenit Petro respectu diuersarum formalitatum, nedum ex parte fundamenti, sed ex parte termini; at vero istæ duæ oppositæ præsentia conueniunt substantiæ respectu eiusdem loci. Contra est secundo, (ad hominem contra Patrem Suarez) nam in huius Doctoris opinione, substantia ex se, habet partes entitatiue distinctas; ita vt sub qualibet parte quantitatis sit vna pars substantiæ: ergo substantia ex se diuisibiliter, & per partes correspondet partibus quantitatis: ergo ex se non potest indiuisibiliter, & totaliter correspondere partibus eiusdem quantitatis.

9. Secundo probatur conclusio: Substantia corporea, quæ est in loco, importat limitationem in ordine ad locum; sed substantia corporea ex se non importat limitationem in ordine ad locum: tum quia ex se solum importat limitationem in genere entis: tum quia ex se non importat limitationem ad tempus, quod extrinsece se habet ad substantiam: ergo substantia corporea ex se non est in loco.

10. Tertio probatur, Substantiæ

ex se repugnat esse principium immediate operationis: ergo & esse immediate in loco. Antecedens constat, ex 2. physic. disp. 4. q. 2. §. 5. n. 13. Consequentia probatur. Ex eo substantia repugnat esse operationis principium immediatum: quia quod est proprium qualitatis, non potest immediate substantia convenire; sed hoc quod est esse in loco, vel esse loco presentem est proprium quantitatis: ergo immediate substantia nequit convenire: ergo sicut media qualitate operativa substantia *quod* operatur; sic media quantitate est praesens loco.

11. Dices. Tot sunt praesentiae temporales in composito materiali, quot sunt entitates in illo existentes: ergo tot sunt praesentiae locales, quot sunt entitates in illo extensa. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam; nam praesentiae temporales commensurantur existentibus in composito repertis: at verò praesentiae locales extensionibus; unde cum in composito qualibet entitas accidentalis habeat propriam existentiam; ideo qualiter et habet propriam praesentiam in ordine ad tempus; non verò in ordine ad locum: quia omnes habent eandem extensionem, seu rationem fundandi praesentiam localem.

§. IV.

Argumenta primae sententiae

12. Primum sic se habet. Sub-

stantia materialis potest à Deo conservari in rerum natura absque quantitate; sed in hoc casu talis substantia esset in loco: (sicut in tempore) ergo ex se substantia habet praesentiam: non circumscriptionem: cum haec sit ratio quantitatis: ergo definitivam. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam in tali casu substantia non manet *positivè* in loco, vel alicubi; sed solum *negativè*, hoc est nullibi, tanquam in loco: ratio est, nam tunc ei deficeret ratio formalis existendi in loco: scilicet, quantitas: Ex quo sequitur talem substantiam necesse formaliter *positivè distantem*, vel *in distantem*; nec *extra*, nec *intra*; sed solum esse partem univertii; de qua istae affectiones praedicantur solum negativè.

13. Secundum. Anima rationalis ex se est in loco definitivè; (utique quia est tota in toto, & in qualibet parte) ergo, saltem in homine, dantur duae praesentiae; una ratione quantitatis; & altera quae animae ratione sui convenit. ¶ Respondetur negando antecedens; nam licet anima rationalis sit tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, tamen non est in illo *tantumquam in loco*; sed tanquam in subiecto, quod informat: cum hoc tamen fiat, quod ratione quantitatis sit *per accidens* in loco circumscriptionis; non quia in re recipiat, nec per se primo, nec per se secundo, *ubi materiale*, (quod in ordine ad locum resultat ex motu locali) sed quia corpus, quod informat, est

Disputatio prima. Quæstio tertia

est per se in loco circumscripctiuo, non aliter ac corpus Christi sub speciebus Sacramentalibus est per accidens in loco, ratione dimensionum, quæ in se recipiant ubi materiale, & circumscriptionem.

14. Tertium. Substantia est prior quantitate; cum sit causa materialis quantitatis: ergo pro illo priori habet præsentiam, à quantitatis præsentia distinctam. Consequentia probatur. Causa materialis causat media receptione, & unione; sed pro illo priori recipit quantitatem, & ei vnitur: ergo recipit quantitatem in distantem, & vnitur quantitati in distantem (cū vnio, & receptio nõ possit fieri inter extrema distantia.) Tum sic. In distantia, vel distantia fundatur in præsentia locali; sed substantia ex se pro illo priori, in quo non intelligitur quantitas, est in distans: ergo ex se pro illo priori est præsens. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: est prior prioritate à quo, concedo antecedens: prioritate in quo, nego antecedens: & consequentiam, si loquantur de præsentia positua præ requisita, & intellecta, pro illo priori; nam in illo solum debet intelligi ratio recipiendi, & nõ præsentia positua, quæ solum est conditio necessaria ad prioritatem in quo; nõ vero ad prioritatem à quo. Ad probationem, concedo maiorem: & distinguo minorem: pro illo priori recipit in fieri, concedo minorem; in facto esse, nego minorem; & consequentiam: nam in distantia positua, quæ requiritur in

ter subiectum, & formam, solum se habet vt conditio; vt patiens recipiat; & ideo nõ est opus, quod pro illo priori, in quo solum intelligitur ratio formalis recipiendi, intelligatur talis conditio: nam (vt constat ex dictis, 1. phisic.) in priori à quo non debent intelligi conditiones; sed rationes formales agendi, vel recipiendi.

15. Quartum. Substantia Angelicæ ex se est in loco definitiue: ergo & substantia materialis. Consequentia constat ex Diuo Thoma. 3. p. q. 76. a. 3. o. vbi docet, *Corpus Christi sub speciebus panis habere præsentiam indiuisibilem sacramentalem; quia est ad modum substantiæ, & non ad modum dimensionis quantitative:* ergo (iuxta mentem maioris Magistri) substantia sub quantitate habet præsentiam indiuisibilem, distinctam à præsentia diuisibili quantitatis: aliàs consequentia Diui Thomæ esset falsa. ¶ Respondetur negando primum antecedens: nam substantia Angeli, nõ ratione sui, sed ratione operationis est in loco. Ad probationem dico Diuum Thomam nõ tribuere substantiæ materiali duplicem præsentiam; sed, loquendo in opinione probabili, quæ tribuit substantiæ materiali indiuisibilitatē, ait: Corpus Christi esse in loco indiuisibiliter; eo modo quo substantia est sub quantitate; non quia ex se sub illa habeat præsentiam; sed quia est sub illa, tanquam sub forma accidentali; ad modum quo substantia Angeli, ratione operationis,

stituit corpus naturale formaliter, & positivè in loco; nec prædicamentum *ubi*; ergo sola vbiatio, à motu locali producta in corpore locato, potest has denominationes formaliter, & positivè tribuere. Antecedens, quoad primam partem, probatur. Ultima superficies corporis continentis est mensura corporis contenti; sed mensura nequit, nec extrinsece denominare rem mensuratam, (cum illam non respiciat, vt constat ex dictis in notabilibus) ergo locus, qui est mensura extrinseca locati, nec extrinsece constituit locatum formaliter in loco. Quoad duas partes probatur antecedens. Forma prædicamenti constitutiva est per se una perfectate essentiali: (vt constat ex Philosopho in antepædicamentis) sed locus extrinsecus non est vnus, vnitatem per se essentiali: (cū constet ex rebus ad diuersa prædicamenta spectantibus, videlicet, ex quantitate, figura, & relatione distantia) ergo locus positivus non constituit prædicamentum *ubi*; ergo assignanda est alia forma huius prædicamenti constitutiva; sed non est alia, nisi vbiatio à motu locali producta, qua locatum connotat locum: ergo hæc est prædicamenti *ubi* constitutiva: ergo hæc constituit corpus formaliter in loco; cū hæc constitutio sit propria formæ prædicamenti *ubi* constitutiva.

8. Secundo probatur conclusio. Præsentia localis locati ad locum non est locus, licet connotet locum; (sicut præsentia temporalis, rei du-

rantis ad tempus, non est tempus; licet connotet tempus) sed hæc præsentia temporalis constituit prædicamentum *quando*, & etiam rem formaliter, & positivè durantem; ita vt sine tali præsentia solū fundamentaliter, & negativè duret; ergo similiter præsentia localis constituit prædicamentum *ubi*, & rem in loco formaliter, & positivè; ita vt sine tali præsentia solū fundamentaliter, & negativè, sit in loco.

9. Dices. Hæc vbiatio, vel producitur antequam corpus sit in loco, vel postquam est in loco; si primum: ergo antequam sit in illo, habet præsentiam in loco, in quo non est; si secundum: ergo priusquam sit talis præsentia, est in loco; præcipue cum hæc forma resultet ex adiacentia corporis ad locum.

Respondetur distinguendo antecedens; vbiatio producitur antequam corpus sit in loco positivè, & formaliter, concedo antecedens: negativè, & fundamentaliter, nego antecedens: & consequentias: nam vt corpus mobile recipiat locum, & vt ex illo resultet vbiatio, solum exigitur, quod sit præsens negativè, hoc est, quod non sit distans; quia præsentia positivè non requiritur vt resultet præsentia positivè; nisi admittamus processus in infinitum: nam quando docet Philosophus præsentiam resultare ex adiacentia corporis ad locum; debet intelligi de adiacentia, seu præsentia negativè, & fundamentali; non vero de positivè, & forma-

Disputatio prima. Quæstio secunda.

li: cõstat hoc in alio axioma philosophico: cap. de relatione; vbi etiã docet relationem resultare ad positionem fundamenti, & termini; & tamẽ omnes illud explicant de termino materiali; & non de formali.

10. Obijcies. Secundum Philosophum, prius est esse, quam operari: ergo prius est esse positivè in hoc loco, quã in illo positivè operari. ¶ Respondetur (iuxta dicta) hoc axioma debere intelligi de operatione, quæ ex natura sua non tribuit locato præsentiam; nõ verò de operatione, quæ ei tribuit præsentiam; nam respectu huius non requirit existentiam positivã, sed solum negativam: constat hoc in Angelis, qui sunt positivè in loco per operationem; & tamen non sunt positivè antecedenter ad operationem, sed solum negativè, quatenus non distant à loco, in quo postea sunt per operationem positivè.

§. IV.

Aliqua quæstia.

11. ¶ Inquires primò: an ubicatio per se primò respiciat locum positivum, vel spatium in imaginariu? ¶ Respondeo ubicatorem respicere spatium imaginariu, & terminum primarium, & locum positivu, ut secundarium: tum quia cælum empyreum habet veram, & realem præsentiam vbi est, absque eo quod ab alio corpore circumscribatur: tum quia (ut consta-

bit infra) corpus per vacuum acquirit præsentiam medio motu locali: ergo præsentia, vel ubicatio non respicit per se primo superficiem continentis tanquam terminum essentialem primarium, & in dispensabilem: aliàs sine illa non posset reperiri.

12. Dices. Spatium imaginariu est nihil: ergo ubicatio ab illo nequit dependere. ¶ Respondetur concedendo antecedens; & negando consequentiam. Vel illam distinguo; ubicatio nequit dependere tanquam à termino extrinsecè connotato, vel tanquam à mensura negativa, nego consequentiam: tanquam à termino intrinsecò, vel tanquam à mensura positiva, concedo consequentiam: nam relatione transcendentali bene potest subiectum respicere id quod in re est nihil: ut constat in Dialectica, quæ respectu transcendentali respicit ens rationis, & in privatione, quæ per se est generationis terminus à quo. Sic terminus à quo motus, est spatium imaginariu, vel non repugnãtia, quæ datur in spatio imaginario, ut corporibus repleatur.

13. Sed, ut in hac re æquivocationem tollas; nota: auctores absque distinctione uti his nominibus: esse formaliter, & positivè in loco; & esse alicubi: sed si nomina debeant intelligi iuxta naturam rei significare, absque dubio sunt diversa; nam ubicatio, in ordine ad spatium imaginariu, constituit rem vbi, vel alicubi; & etiam in loco ficto, & imaginario; in ordine verò ad

ad locum posituum constituit illam formaliter in loco positiuo, & vero. Ex quo colligo vltimā spheram, & corpus in vacuo existens, non esse formaliter in loco; licet sint formaliter alicubi: ratio est: nam licet hi effectus ab vbiatione in recto proueniant, tamen non sunt absoluti; sed relatiui, in ordine ad aliquod extrinsecum: & ideo defectu extrinseci, scilicet, *loci positiui*, hoc corpus non est formaliter in loco; licet sit alicubi; quia adhuc effectum non deficit forma, scilicet vbiatio; nec terminus, extrinsecè connotatus, scilicet, spatium imaginariū, in ordine ad quod producatur *vbi*: deficit tamen locus positiuus, in ordine ad quem dicitur esse in loco vero, & positiuo. Constat hæc doctrina in quantitate, quæ tribuit substantiæ, in ordine ad diuersos terminos, extensionem, *in ordine ad se*, & *in ordine ad locum*; & tamen defectu loci hanc vltimam extensionem non tribuit substantiæ: haud aliter in presenti.

14. Dices, Idem est formalissime esse in loco, & habere vbiationem: ergo implicatorium est, quod sit ibi vbi est, & quod ibi nō sit in loco. ¶ Respondetur negādo antecedens; nam *vbi* vt constituat rem in loco, dependet à loco; sicut duratio, quæ constituit rem in tempore, dependet à tempore: at vero vt *vbi* constituat rem alicubi, non dependet à loco: vt constat in corpore Christi sub speciebus Sacramentalibus existere, quod

Tom. 1. pars 1.

habet veram, & realem præsentiam, seu *vbi* Sacramentale: (vt non semel docet Concilium Tridentinum) & tamen hoc *vbi* illud in loco non constituit: ergo per viam rationis formalis non coincidunt hæc duo, esse in loco: & esse alicubi.

15. Inquires secundo: quomodo acquiratur hæc præsentia à corpore naturali? Respondeo in prima corporis productione acquiri secundario, & per accidens: vt complementum à termino primario postulatum; postea vero acquiri primario per motum localem: nā quod localiter mouetur, nouam præsentiam acquirat, & antiquam amittit.

16. Inquires tertio: an *vbi* distinguatur (ante fictionem intellectus) à re, quæ est in loco. ¶ Respondeo affirmatiue: constat hoc in motu locali exercito in vacuo, qui non potest tēdere nisi ad productionem vbiationis distinctæ: sed de hoc latius, infra, disp. 2. q. 2.

§. V.

Fundamenta prime sententiæ

17. PRIMUM desumitur ex Diuino Thoma. 1. p. q. 1. 10. a. 3. vbi sic ait: *mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum, in quantum huiusmodi; sed solum ad aliquid extrinsecum: scilicet, ad locum*: ergo ex mente Diui Thomæ ratio formalis existendi in loco prouenit à superficie extrinseca,

X 4

& non

Disputatio prima. Questio secunda.

& nō ab aliquo intrinseco. ¶ Respondetur Dicum Thomam non asserere motum non esse in potentia ad aliquid intrinsecum; sed ad aliquid quod absolute sit intrinsecum: hoc est, ad aliquid quod non dicat ordinem ad aliquod extrinsecum: nam in his verbis solum voluit distinguere motum localem ab augmentatione, & alteratione, quæ terminantur ad aliquid absolute intrinsecum: id est, ad aliquid quod non respicit extrinsecum.

18. Secundum à ratione sic procedit. Res circumscrip̃ta à superficie extrinseca est formaliter, & positive in loco; etiam si non intelligatur forma à nobis excogitata: ergo volutarie adhuc effectum superadditur alia forma intrinsece recepta in locato. ¶ Respondetur negando antecedens: nam corpus naturale sine ṽbicatione non est formaliter positive; sed solum fundamentaliter negative in loco, defectu ṽbicationis; quæ est ratio quare in re eto, & formaliter cor̃spondeat loco.

19. Dices. In casu argumenti, superficies formaliter, & positive circumscriberet, & circundaret locatum; & locatum esset formaliter, & positive circumscriptum; sed idem est esse formaliter, & positive circumscriptum, ac esse formaliter, & positive in loco: ergo res positive circumscrip̃ta, sine ṽbicatione, est formaliter, & positive in loco. ¶ Respondetur negando maiorem: nam vt res formaliter

circumscribatur, opus est, quod connotet formaliter locum, media ṽbicatione, quæ se habet per modum ṽnionis; sicut ad hoc vt res formaliter mēsuretur à nostro tempore, opus est, quod formaliter connotet tempus, media presentia temporali, quæ se habet per modum ṽnionis, seu vinculi.

20. Replicabis. Visio facit formaliter visam, per hoc quod terminum connotet: ergo locus formalis facit formaliter locatum, per hoc quod locatum extrinsece afficiat. ¶ Respondetur concedendo antecedens; & negando consequentiam: ratio discriminis est; nam visio, ex se, est mensurata ab obiecto; & ideo illud respicit, & medio tali respectu denominat: at vero locus est mensura locati: & ideo illud non respicit, vt denominet. Quare necessarium est, quod locatum media forma intrinseca locum respiciat, vt illa in ordine ad illum illud denominet.

QVÆSTIO. III.

An presentia localis mediate, vel immediate substantie conueniat corpori?

§. I.

Prænotantur aliqua.

PRO tituli, & quæstionis intelligētia nota primo, quod ex accidentibus materialibus substantiam corpoream perficientibus,

nis, est in loco.

16. Dices, Substantia materialis est tota in tota quantitate, & tota in qualibet parte quantitatis: ergo ratione quantitatis nō est circumscriptiue in loco.

17. Thomistæ qui cōcedunt antecedens: negant consequentiam: nam licet respectu quantitatis sit indivisibilis; tamen respectu loci est divisibilis: quia substantia in loco non servat modum essendi, quē sub quantitate habet, sed modum essendi ipsius quantitatis; quæ tota est in toto loco; & pars in parte loci: nō aliter ac res materiales in intellectu existunt spiritaliter, quia servant, non modum ipsarum rerum, sed modum ipsius intellectus. Sed contra est, nam substantia correspondet quantitati loci, mediā propria quantitate; sed substantia (in hac opinione) sub propria quantitate est tota in toto, & tota in qualibet parte: ergo tota in toto, & tota in qualibet parte correspondet loco. Explicatur hoc: nā sub qualibet parte loci est pars quantitatis rei locatæ: nunc inquirō: an sub hac parte quantitativa rei locatæ sit pars substantiæ, vel tota substantia? si pars substantiæ: ergo iam ratione quantitatis habet partes substantiales: si tota substantia: ergo nec ratione quantitatis est circumscriptiue in loco. Hoc dico contra Patres Carmelitas, & aliquos Thomistas, qui substantiæ, nec sub quantitate tribuunt partes entitativas substantiales; & alius inconsequenter docet ratione qua-

titatis esse circumscriptiue in loco.

18. Ad argumētum ergo respondetur negando antecedens; nam substantia materialis: (vt constat ex dictis in. 2. p. logicę, di. p. 5. q. 2. §. 3. n. 8.) ex se habet partes substantiales entitativas à quantitativis distinctas.

QUESTIO. IV.

An divinitus idem corpus duplici valeat circumscribi loco locali, & adæquato?

§. I.

Lux tituli, & questionis.

1. **V**T certum cum omnibus suppono Philosophis idē numero corpus naturaliter, & secundum potentiam Dei ordinariam nō posse esse in duobus locis circumscriptivis adæquatis. Constat primò ex nostro Parente Anselmo in monologio. c. 20. ubi sic datur: *quænam igitur unum totum non potest esse simul in diversis locis, totum consequitur, ut per singula loca, singula sint tota, si singulis locis simul aliquid est totum.* Constat secundò: quia ab vno corpore, vnica affertur quantitate, non dimanat nisi vnica præsentia localis; (sicut ab vno homine naturaliter non valet dimanare nisi vnica risibilitas) sed duplex locus duplicem exposcit præsentiam localem: ergo corpus, quod naturaliter non habet duplicem præsentiam localem nō, potest esse

Disputatio prima. Quaestio quarta.

se naturaliter in duplici loco. Cōstat tertiò : nam praesentia localis dimanat ab extensione in ordine ad locum; (sicut effectus secundarius dimanat à primario) sed extē- sio in ordine ad locum in vno corpore, seu in vna quātitate, vna est: ergo & praesentia localis est vna; ergo vnum corpus ratione vnius praesentiae duplici non valet correspondere loco.

2. Dices. Substantia generans, ratione vnius paternitatis, naturaliter plures respicit filios : ergo & corpus, ratione vnius praesentiae, potest naturaliter plura respicere loca. ¶ Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiā: tum quia corpori nō correspondent loca; sicut Patri filij correspondent: nam in filijs, sicut in locis, non datur quod primum esse vnius sit vltimum non esse alterius : tum quia (vt infra dicam) indiuiduatio praesentiae non accipitur (vt indiuiduatio paternitatis) à subiecto solo; sed à subiecto, & loco; & sic, sicut in accidentib⁹, quae indiuiduātur à subiecto solo, variato subiecto variantur accidentia numerice; sic in praesentijs indiuiduatis à subiecto, & loco, debent (saltem numerice) variari praesentiae variato subiecto vel loco.

3. Ex his rationib⁹ infero, praesentiam circumscriptionem naturaliter duas includere rationes; *positiuam* vnam; & *negatiuam* aliam: positiuam est, qua totum corpus cū suis partibus correspondet toti loco, & partibus loci; *negatiua* vero

est negatio existendi in alio loco: quod ergo inquirimus, est: an hæc negatio sit ita necessaria, & indispensabilis respectu praesentiae circumscriptionis, vt hæc, sine illa, nequeat essentialiter saluari. Et quia ex hoc illato dependet totum sententiae affirmatiue fundamentum; placet illud roborare, quoad verāque partem: & in primis, quod cōnaturaliter, & ex natura rei vna praesentia circumscriptionis fundet negationem alterius; cōstat ex dictis; & etiam ex limitatione corporis extēsi, quod vnam tantum praesentiam sibi adæquatam possidet, qua adæquate, & sufficienter terminat motum, & sit praesens loco, & spatio proportionato suae naturae: ergo negatio existēdi in alio loco ex natura rei consequitur ad praesentiam.

4. Quod vero praesentia circumscriptionis necessario, seu essentialiter non fundet negationē existēdi in alio loco probatur primò: quia licet inter duas praesentias circumscriptionis aliqua sit in composibilitas formalis, & contrarietas; tamen nulla apparet contradictio in earum coniunctione: ergo vna essentialiter, & indispensabiliter non dicit negationē alterius. Consequentia probatur. Vnum cōtrarium non est negatio, aut priuatio alterius: cum vtrumque debeat esse positiuum: ergo licet duae praesentiae inter se contrariantur, non repugnabit illas esse simul in eodem subiecto: (vtrique quia peritiores Philosophi concedunt frigiditatē

in summo, & calorē in summo posse diuinitus existere in eodem subiecto: ergo nulla illarum fundat indispensabiliter negationem alteri.) Declaratur hæc ratio. Presentia circumscriptionis essentialiter solum importat, hoc quod est constituere corpus sic loco præsens, vt habeat extensionem partium in illo; ita vt vnā, aliā a suo partiali loco excludat; sed totum hoc saluatur etiam si corpus existens in vno loco ratione vni⁹ presentia, constituatur ratione alterius in alio: ergo negatio existendi in alio loco non habet necessariam connexionem cum presentia circumscriptionis. Secundo explicatur idem; nam licet duplex negatio reperiat in forma contraria respectu alterius; videlicet, *identitatis vna*, & *compossibilitatis*, seu *coniunctionis* altera; tamen hæc secunda non est illi essentialis, sicut prima: quia vna forma solum opponitur alteri sibi contraria in ordine ad naturalem potentiam subiecti: (vt communiter docent omnes Philosophi) ergo solum excludit coniunctionem ad aliam, per respectum ad naturalem potentiam subiecti: ergo in presentia circumscriptionis negatio coniunctionis, & compossibilitatis minime est illi essentialis; etiam si negatio identitatis ei sit essentialis: siquidem earū coniunctio simultanea, (vt tātū contraria) solum repugnat per ordinem ad potentiam naturalem corporis, supra quā agere potest agēs infinitæ virtutis.

5. Et ne hoc celebre cetamē ex rigorosa significatione huius nominis *Circumscriptio* pendeat: nota hoc nomen, apud veteres, non solum significare rationem positivam; sed negatiuam circumscriptionis; iuxta quam significationē certum est idē numero corpus nec diuinitus posse esse in duplici loco circumscriptionis. Ratio est manifesta: nam, in hoc sensu, esse in loco circumscriptionis includit essentialiter negationem essendi in alio; & idem corpus non potest nec diuinit⁹ esse in multis locis, & in vno, cum negatione essendi in alijs.

6. Hanc doctrinam alijs terminis accepi ex Magistro Soto insigni Thomista, qui in presenti hæc habet verba: *nec forsan voluit negare Dicus Thomas, nisi quod san do in rigore circumscriptionis, nō potest idē corpus esse in duobus locis circumscriptionis.* Et etiam ex Magistro Suarez in. 3. p. Diui Thomæ. q. 75. a. 1. disput. 48. sect. 4. vbi sic ait: *quod si ita dē fiat vis in illa voce circumscriptionis. Dico illam vocem, rectè explicatam, solum dicere naturalem terminat ionē, & aduocationem locati ad locum, quo circumscribitur; unde ex vi illius vocis solum significatur rem, que circumscribitur loco, naturaliter solum esse, ac posse esse in illo; cui significatio non repugnat, quod supernaturaliter sit extra illum. Quod si quis tandem pertinaciter eorrendat illa voce significare id quod est circumscriptionis in loco, de facto non esse, nec posse esse alibi: etiam per diuinitam potentiam: primum hæc dato, nego idem esse, esse quantitatis, & circumscrip-*

Disputatio prima. Quæstio quarta.

criptius in loco: quæ in hoc posteriori additur quædam negatio, quæ non est de ratione prioris. His breuiter prænotatis, vt intelligas solum in quo Ecclesiæ Patres, & Doctores negauerunt eidem corpori duplicem præsentiam circumscriptionis: quod difficultatis superest, est; an sumpta præsentia circumscriptionis pro quantitate, possit idem numero corpus duplici informari præsentia circumscriptionis.

7. Et vt absque æquiuocatione procedamus, nota vltimo triplicem esse rationem formalem existendi in loco circumscriptionis: radicalem remotam, vnam radicalem proximam, aliam; & formalem proximam, aliam: radicalis remota est extensio quantitatis in ordine ad se; radicalis proxima est extensio quantitatis in ordine ad locum; & denique formalis proxima est *ubi*, seu præsentia localis, qua formaliter positum corpus correspondet loco. Constat hoc à simili in vltione supernaturali Dei, ad quam natura creata, (sive Angelorum, sive hominum) cõcurrit vt principium radicale remotum; intellectus vt principium radicale proximam, & denique lumen gloriæ vt principium formale proximam. Vt ergo vnum, & idem corpus sit simul in duplici loco; non est opus quod multiplicentur radicales rationes existendi in loco; sed solum formales, quibus proximè, & formaliter in loco constituitur. Ratio est euidentis: nam vt idem corpus successiue diuersa acquirat loca, non est

necessum, quod amittat extensionem in ordine ad locum, quæ in alio loco habebat, & quod de nouo aliam acquirat; sed solum quod amittat præsentiam localem, vel *ubi* quod antea habebat, & quod de nouo aliam acquirat; sic, vt cum simultate duplicem obtineat locum, solum est opus, quod seruat eadem extensionem, in ordine ad locum, multiplicet præsentias, (quæ in præsentia, cum æquiuocatione non parua, appellantur à Doctoribus, extensiones) in ordine ad locum.

§. II.

Referuntur sententiæ.

8. **P**rima negat possibile esse quod vnum, & idem corpus sit in duobus locis ad æquatis. Pro hac citantur Bonauentura in 4. dist. 49. Diuus Thomas. dist. 10. q. 1. a. 1. ad 5. & dist. 44. q. 2. ar. 2. & quodlibeto. 3. a. 2. Augustinus. epist. 3. cap. 11. noster Anselmus in monologio. cap. 20. suntque absque dubio pro illa ex Catholicis Durandus. quæst. 1. ad 2. Paludanus in 4. dist. 10. quæst. 1. Capreolus. quæst. 1. art. 3. Ferrara 4. contra Gentes, cap. 63. Henricus. quæst. 9. Vazquez, disput. 189. cap. 4. Et ex Hæreticis. Ioannes Vbicleph, Caluinus, Theodorus, Beza, quos citat Bellarminus, libro. 3. de Sacramento Eucharistiæ.
9. **S**ecunda affirmat, possibile esse

esse diuinæ Omnipotentia, quod vnum, & idem corpus sit circumscriptiuè in duobus locis adæquatis. Stant pro ea Scotus in 4. dist. 10. q. 2. Argentinus. quæst. 1. art. 1. Durandus, distin. 43. art. 2. Gabriel, distin. 10. art. 2. Valentia de præsentia Christi, disp. 6. quæst. 3. Bellarminus, lib. 3. de Eucharistia, cap. 3. Rubio in 1. distin. 37. quæst. 1. art. 2. Coninch. quæst. 75. art. 4. ad 3. Amicus. disp. 114. sect. 10. Sotus. 4. physic. Arriaga. & Ouiedo. in præsentia. & Pater Suarez loco supra citato: vbiloquens in fauorem huius sententiæ sic fatur: *est enim hæc opinio non solum aptior ad respondendam hereticis, & veritatem catholicam tuendam; sed etiam (iudicio meo) tam necessario, tamque euidenter consequens illam, ut mirabile semper mihi visum fuerit contrariam sententiam grauissimis Theologis persuaderi potuisse.* Auscultate (rogo) censuram tanti Doctoris.

§. III.

Modus aliquorum Thomistarum defendentium existentiam corporis in duplici loco impugnatur.

10. **S**Ed antequam ad veritatis Sapicem accedamus, oportet, vt scias, quæstionem nõ procedere de corpore substantiali gemina affecto quantitate: (vt sentiunt plures Thomistarum Ioanne à Sancto Thoma, quæstio. 16.

Tom. 1. part. 1.

artic. 5. vbi sic fatur: *neque in eo inuenio apertam repugnantiam; vt sicut alligatur aliqua quantitas panis corpori Christi; ita ei inherere possit alia similis figura, & extensio, cum sua propria, à qua sola individuatur; non à secunda.* Et quod tunc absque implicatione aliqua, possit idem corpus commensurari duplici loco adæquato; colligit istæ auctor ex Diuo Thoma, quodlibeto infra alegando: vbi cum sibi obiecisset, posse Deum facere, quod sicut substantia panis conuertitur in substantiam corporis Christi, & ratione talis conuersionis Christus est Sacramentaliter in hostia; sic quod dimensio panis conuertatur in dimensionem corporis Christi; qua posita conuersione Christus erit localiter in duobus locis. Ad quod respondet Diuus Thomas: *quod si hæc dimensio huius corporis conuertetur in illam dimensionem alterius corporis; iam non erunt due dimensiones, sed una tantum; & sic non commensuraretur diuersis locis, sed vno tantum.* Ex qua solutione sic insurgit Ioannes à Sancto Thoma: ergo sentit Doctor Angelicus, ideo vnum corpus non posse esse in duobus locis, quia non habet nisi vnicam quantitatem: ergo è conuerso si daretur cum duplici quantitate posset esse in duobus locis.

11. Hæc doctrina nec attingit mentem Diui Thomæ; nec consequenter valet admitti à Ioan-

Y ne

Disputatio prima. Quæstio quarta.

ne à Sancto Thoma, nec ab alijs Thomistis. Et in primis, quod non attingat mentem Diui Thomæ constat, ex verbis à Ioanne à Sancto Thoma, pro Thoma Sancto allegatis: vbi expresse docet Diuus Thomas, implicare conuersionem vnius quantitatis in aliam, cum existentia vtriusque. Constat secundo: ex eo quod in tali opusculo absolutè negauit existentiam corporis in duplici loco, & vt omnes vias clauderet, sibi opposuit vltimam, ad quam aduersarij poterant recurrere: videlicet, ad conuersionem; & hanc claudit dicendo conuersionem essentialiter exposcere desitionem termini à quo, & sic desitionem vnius quantitatis: ergo nunquam Diuus Thomas intellexit, quod vna substantia poterat informari duplici quantitate: alias talem modum nõ taceret.

12. Quod verò cum consequentia non valeant amplecti hanc doctrinam, constat: quia omnes Thomistæ, cum Diuo Thoma, assertunt duo accidentia, solo numero distincta, non posse, nec diuinitus, recipi in eodem numero subiecto: ergo inconsequenter nunc eadem numero substantiam duplici afficiunt quantitate. Quare quæstio solum procedit de corpore substantiali, vnica affecto quantitate: vel (vt formalius loquar) de corpore quod est intra genus quantitalis: an videlicet, supernaturaliter valeat replicari.

(. .)

§. I V.

Conclusio.

13. **D**iuinitus idem numero corpus, nedum substantiale, sed quantitatum, ratione duplicis presentia, velet simul circumscribi à duplici loco totali, & adæquato. Pluribus, & inefficacibus rationibus solet hæc nostra probari conclusio; sed à nobis vnica, & efficaci probatur ratione. Presentia circumscriptiua essentialiter, & indispensabiliter non dicit negationem existendi in alio loco: ergo idem corpus, seu eadem quantitas, duplici informata presentia circumscriptiua, potest existere in duplici circumscriptiua. Antecedens probatur. Corpus Christi circumscriptiue existens in vno loco, videlicet, in cælo, per ordinem ad potentiam Dei absolutam non dicit negationem existendi in alio loco modo *in diuisibili, supernaturali, & sacramentali*: (vt constat in mirabili Eucharistia mysterio) ergo nec etiam per ordinem ad potentiam absolutam Dei dicit negationem existendi in alio loco modo quantitatum, & naturali. **C**onfirmatur hæc ratio. Presentia circumscriptiua vt extensa, diuisibilis, & materialis, est magis proportionata corpori extenso, diuisibili, & materiali, quam presentia sacramentalis, supernaturalis, & indiuisibilis:

lis: (vtrique quia illud est magis proportionatum rei, quod magis accedit ad naturam, & essentiam ipsius rei) ergo si (non obstante hac improportione) valet diuinitus idem corpus existere in vno loco circumscriptione, & naturaliter, & in alio Sacramentaliter, & præternaturaliter: cur non valebit esse diuinitus in vtroque, modo circumscriptione, & naturali.

14. Respondebis primo, repugnantiam solum consistere in hoc quod sit in duobus locis circumscriptione; non vero in hoc, quod sit in vno circumscriptione, & in alio modo indiuisibili, & inextenso, seu Sacramentali. Sed contra est primo: quia non datur repugnantia in hoc quod sit in alio loco cum sua quantitate modo inextenso, improportionato, & non naturali: ergo nec in hoc quod sit modo quantitatio, extenso, proportionato, & naturali. ¶ Contra est secundo. Duplex presentia Sacramentalis eiusdem rationis non repugnat eidem corpori: (vt constat in Sacramento altaris) ergo nec duplex circumscriptione eiusdem rationis: nam sicut illæ dantur, per ordinem ad diuersas species Sacramentales, sic istæ per ordinem ad diuersa sola. ¶ Contra est tertio: nam Deus potest conuertere panem in Angelum, tribuendo ei presentiam indiuisibilem, distinctam à presentia indiuisibili definitiua, quam in se habet: ergo etiam poterit eidem

corpori tribuere aliam presentiam circumscriptionem distinctam à presentia circumscriptione naturali, quam in se habet. Antecedens non potest negari: nam si potest ratione conuersionis tribui corpori presentia indiuisibilis ei improportionata; quare potiori iure non poterit tribui Angelo alia presentia indiuisibilis? ¶ Consequentia probatur: nam sicut presentia circumscriptione adicit negationem existendi in alio loco; sic definitiua (imò maiori rigore) negatio aduenit definitiua; sed hoc non obstante potest (secundum potentiam obedientialem) Angelus collocari in alio loco modo indiuisibili: ergo secundum eandem potentiam poterit corpus collocari in alio loco circumscriptione, & diuisibili. ¶ Contra est quarto. Eadem natura potest terminari triplici termino intrinseco, & adæquato: (vt constat in natura humana Christi Domini, quæ, secundum Diuum Thomam, potest iterum terminari per personalitatem Patris, & Spiritus Sancti) ergo similiter idem corpus poterit supernaturaliter terminari multiplici termino extrinseco: scilicet multiplici loco circumscriptione, totali, & adæquato.

15. Dices substantiam Verbi solum terminare naturam, terminatione adæquata intensiua; non vero extensiua; & sic posse per alias substantias infinitas terminari. Sed contra est: nam eodem modo

Disputatio prima. Questio quarta.

potest dici, corpus per vnam præsentiam circumscriptionem solum esse intensiuè: non verò extensiuè terminatum.

16. Nec valet dicere (cum Albelda) has personalitates relatiuas diuersitate essentiali, & quasi specifica terminare naturam; quomodo præsentia circumscriptionis non valent terminare idem locatum: cum sint eiusdem rationis. Non (inquam) valet: tum quia repugnantia solum stat in hoc, quod id quod est adæquatè terminatum possit iterum terminari: tum quia corpus Christi sub diuersis speciebus Sacramentalibus habet diuersas præsentias eiusdem rationis, absq; aliqua repugnantia.

17. Respondebis secundo. Corpus Christi sub speciebus Sacramentalibus solum esse accidentaliter in loco ratione specierum. Sed contra est: nam vltra hanc præsentiam, quam habet in ordine ad locum extrinsecum ratione specierum, habet aliam positiuam in ordine ad species Sacramentales: vt communiter docent Doctores vtriusque scholæ cum Diuo Thoma. 3. p. quæst. 75. ergo Corpus Christi sub speciebus non solum est *accidentaliter* in loco, ratione specierum, sed etiam *per se* Sacramentaliter ratione conuersionis.

18. Respondebis tertio. Corpus Christi sub speciebus Sacramentalibus, & in cælo, non habet reimplicationes, quas idem cor-

pus habet sub duplici præsentia circumscriptione: nam (secundum D. Tho.) corpus Christi sub speciebus non est in illis tanquam in loco; rationemque possunt assignare ex eodem Magistro, qui 3. p. q. 76. a. 5. docet *corpus Christi esse ad modum substantia*; sed substantia ex se: (vt supra dixi) non conuenit esse *intra*, vel *extra*; esse *distantem*, vel *indistantem* positiuè: ergo repugnantia quæ dantur in hoc, quod idem corpus sit in duplici loco circumscriptione non dantur in hoc, quod idem corpus Christi sit in cælo, modo circumscriptione, & diuisibili; & in altari modo Sacramentali, & indiuisibili.

19. Sed hæc solutio, quæ vt ingeniosa aliquando placuit; nunc valdè displicet: primo: quia Diuus Thomas: (vt intuenti constabit) solum denegat corpori Christi, sub speciebus panis, locum circumscriptionem. ¶ Secundo: quia Concilium Tridentinum (cum omnibus catholicis) docet, Corpus Christi, sub speciebus panis, *habere præsentiam realem physicam, & positiuam*; sed præsentia est ratio formalis existendi in loco, resultans (secundum Philosophum) ex adiacentia corporis ad locum: ergo corpus Christi, sub speciebus panis, est in illis tanquam in loco Sacramentali. Tertio: quia Concilio opponitur Tridentino, scilicet 13. cap. 1. vbi hæc habet verba: *nec enim hæc inier se repugnans; vti ipse Saluator noster semper ad dexteram Patris in cælis assideat iuxta modum*

fic; quæ formaliter in omnibus est eadem: at veto præsentia, præterquam quod resultat ex adiacentia corporis ad locum, (vt dixi ex Philosopho) non respicit locum *ut sic*; sed hunc *determinatè* locum: ni dicas, de facto vnum corpus eadem habere præsentiam in ordine ad omnia loca, quæ successiuè acquirit. Per quod patet ad secundum simile, quod reuera non est simile; nam suppositum antecedenter ad potentias, non connotat obiecta distincta; sicut corpus antecedenter ad præsentias, connotat loca distincta: & ideo suppositum solum ratione potentiarum connotat obiecta distincta, non vt distincta, sed vt conuenientia, in vna eademque ratione.

§. VI.

Secundum fundamentum.

28. **S**ecundum Thomistarum fundamentum sic procedit. Si vnum corpus posset esse in duplici loco totali, etiam in triplici, & in omnibus: cum non sit ratio quare sit in duplici, & non in omnibus: ergo si potest esse in omnibus, potest esse vbiq; per immensitatem, quæ ita est propria Dei; vt nulli creaturæ possit conuenire. Confirmatur. Omnia loca sunt infinita; sed implicat corpus finitum esse in infinitis locis: ergo implicat esse in omnibus: ergo & esse in duplici: cum eadem sit in vtroque casu ratio. Hoc idem ar-

gumentum fit ab in fidelibus: nam si corpus Christi est in duplici hostia: ergo potest esse in omnibus: ergo in infinitis: ergo vbiq; per immensitatem. Responde ergo in fideli, & tibi. Sed omnibus respondeo, concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam vt aliqua res sit *vbiq;* per immensitatem, opus est, quod ita exigat esse in omnibus; vt non possit non esse in illis; quo modo corpus non exigit esse in omnibus locis. Ad confirmationem distinguo maiorem: omnia loca sunt infinita *cathegorematicè*, nego maiorem: *synceathgorematicè*, concedo maiorem: & distinguo minorem: implicat esse in infinitis locis *actu*, & *cathegorematicè* concedo minorem: in *potentia*, & *synceathgorematicè* nego minorem: & consequentiam; propter dicta supra lib. 3. disp. de infinito. q. vnica. §. 1. per totum. & §. 3. per totum.

29. Dices primo. Si de facto essent infinita loca *cathegorematicè* infinita, corpus quod posset esse in duplici loco, posset esse in *cathegorematicè* infinitis: ergo, quantum est ex se, corpus, quod potest esse in duobus locis ad æquatis habet virtutem infinitam. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam, *ex impossibili sequitur quodlibet*: si ergo essent infinita loca creata *possibilia*; etiam possent dari infinitæ præsentia creatæ *possibiles*, quibus corpus locis corresponderet; attamen vnum, & aliud est impossibi-

Disputatio prima. Quæstio quarta.

le: (vt dixi in proprio loco) nota tamen hoc idem argumētum posse fieri de corpore Christi.

30. Dices secundo. Deus est vbi- que per immensitatem; etiam si nō sit in locis cathegorematicè infi- nitis: quia est in omnibus, quæ de facto sunt: ergo corpus quod po- test esse in omnibus, quæ sunt, erit vbi- que per immensitatem; etiam si non sit in locis cathegorematicè infinitis. ¶ Respondetur distin- guendo causalem antecedens: Deus est vbi- que per immensitatē: quia est in omnibus ex natura sua; ita vt non possit non esse in illis, concedo antecedens: præcise quia est in omnibus, nego antecedens: & consequentiam, propter ratio- nem traditam.

31. Replicabis acute satis. Si (per possibile, vel impossibile) da- retur potentia, quæ de facto con- tineret omnia possibilis, talis po- tentia esset infinita, & esset omni- potētia propria Dei; etiam si pos- set illa non continere: ergo si po- rest dari corpus, quod sit in omni- bus locis existentibus, tale corpus erit vbi- que per immensitatem pro- priam Dei; etiam si in illis possit non esse. ¶ Respondetur distin- guendo antecedens: *esset, & non es- set*, concedo antecedens: *esset tan- tum*, nego antecedens: & conse- quentiā: ratio discriminis est: quod potentia a se continens omnia pos- sibilis, cum similitate contineret creaturas in omni genere infini- tas: & ideo potentia illis conti- nens, esset, & non esset, omni- po-

tentia Dei: *esset*: quia contineret omnia: *non esset*: quia non exigeret omnium possibilium continentiam: at vero corpus existēs in omnibus locis, nunquam est actu in omni- bus; quæcumque possit esse: cum pos- sint alia, & alia vsque in infinitum produci: & sic talis creatura non esset vbi- que per immensitatem: si aliās non esset ita in illis; vt non posset non esse in illis.

§. VII.

Tertium fundamentum.

32. Tertium Thomistarum fundamentum sic pro- cedit. Si vnum corpus esset in du- plici loco totali, & adæquato, se- queretur, quod esset *idem, & indi- uisum*: vtique quia esset vnum: & quod *non esset idem, & indiuisum*: cū à seipso distaret: (distantia enim fundatur in diuisione quantitati- ua, quæ distinctionem causat) ergo implicat, quod idem corpus sit in duplici loco adæquato. Et si res- pondeas, illud corpus tantum esse diuisum *localiter*; non vero *entitati- ue*. Contra insurgunt primo: nam huiusmodi corpus posset se tange- re in duplici superficie; sed conta- ctus harum superficierum nequit fieri, nisi in duplici quantitate di- uisa: ergo tale corpus non solum *localiter*; sed *entitative* esset diuisum. Maior est certa: nam nullum est in- conueniens in hoc, quod vñ cor- pus constituatur in duplici loco immediato; ita vt caput, valeat

tangere caput, & brachium dextrum, brachium dextrum ergo huiusmodi corpus posset se tangere in duplici superficie. Contra insurgunt secundo: nam tale corpus sibi ipsi non tangeret medio termino communi, qui est ad indivisionem, & continuationem necessarius: ergo solum ei coniungeretur media indistantia, & contiguitate: ergo tale corpus esset entitatiue diuisum: cum contiguitas corporum distinctionem illorum necessario inferat. Hoc argumentum valde extollitur ad aduersarijs: quia sentiunt non habere instantiam in corpore Christi, quod non est in sacramento modo diuisibili, & quantitatio.

33. Sed potest hoc argumentum instari alia instatia manifesta: nam omnes catholici (vno excepto Durando) docent, duo corpora posse esse diuinitus in vno loco, absque eo quod vnitas loci inferat supernaturaliter vnitatem, & indiuisionem duorum corporum: ergo etiam debent consequenter docere vnum, & idem corpus posse esse diuinitus in duplici loco, absque eo quod multiplicitas locorum inferat multiplicitem corporis: si ergo vnus locus non infert, (per ordinem ad potentiam absolutam Dei) vnitatem locati: quare duplex locus (adhuc per ordinem ad potentiam absolutam Dei) debet inferre multiplicitem corporis?

34. Hac ergo instantia supposita, ad argumentum respondetur, iuxta solutionem datam, negando

sequelam; si loquantur de diuisione entitatiua: nam licet distantia naturaliter fundetur in distinctione entitatiua; non vero supernaturaliter: quia hæc potest fundari inter idem, & seipsum, diuersis affectum presentijs: ratio est manifesta: nam distantia, vel indistantia non vt cuique fundatur in entitate; sed in entitate presenti.

35. Nec valet dicere, mediare quæ plerumque corpora inter Petram existentem Romæ, & Bargas. Nam corpora, quæ mediant, solum naturaliter inferunt distinctionem inter entitates quantitatioas; non vero supernaturaliter; quia per ordinem ad omnipotentiam Dei, idem corpus entitatiue potest, ratione diuersarum presentiarum, in duplici loco distante collocari. Potestque hoc argumentum instari in corpore Christi, quod cum sua quantitate est in Sacramento altaris; licet quantitas non sit cum extensione in ordine ad locum; & tamen corpora, quæ mediant, non inferunt diuisionem inter quantitatem corporis Christi in celo, & altari existentis.

36. Ad primam impugnationem responderetur, negando consequentiam: nam licet nulla detur implicatio in hoc, quod idem corpus constituatur in duplici loco immediato; datur tamen in hoc, quod caput tangat caput: cum idem non possit seipsum tangere secundum eandem partem: vt optime aduertit Martinez Burgensis in presentijs, & etiam Magister Soto, qui docent,

Disputatio prima. Questio quarta.

sent, quod si, in tali casu, corpus sibi esset obuium, non sibi impediret: quia tunc non essent duo corpora; sed vnum in eodē loco. Per quod patet ad secundam impugnationem: nam contactus non valet esse in eadem, sed in diuersa parte corporis, ad quod non est necessaria continuatio, sed tantum contiguatio partium; vt enim brachiū tangat caput, non est opus, quod ei cōtinuetur; vt manifestē constat.

§. VIII.

Vltimum Thomistarum fundamentum.

37. **V**ltimum, & efficacius fundamentum, quod habet Thomistica schola est auctoritas Diui Thomæ, desumpta ex 4. dist. 44. q. 2. ar. 2. quæst. 3. ad 4. vbi sic ait: *unum corpus esse simul localiter in duobus locis non potest fieri per miraculum.* Ex qua auctoritate sic insurgunt: omne quod non implicat cōtradictionem potest fieri per miraculum; sed secundum Doctorem Angelicum, quod vnum corpus sit in duobus locis localiter, non potest fieri per miraculū; ergo implicat existētia vnus corporis in duobus locis. Cōstat etiā hoc idem ex eodē Magistro quod libeto. 3. ar. 2. vbi fatur: *corpus esse circumscrip̄tue in duplici loco, est ponere duas contradic̄tōrii simul.* Tum sic: duæ contradic̄tōriæ non possunt simul poni, nec per potētiam Dei absolutā; ergo nec vnum corpus in duplici loco. ¶ Responde-

tur primò Diuum Thomam loqui de præsentia *circumscrip̄tue*, in rigore, quo fuit sumpta à Priscis, hoc est; vt includit negationem alterius præsentix: in quo sensu libenter fateor implicare contradictionem, quod idem corpus sit in duplici loco adæquato; non verò de præsentia circumscrip̄tue secundum id quod ei essentialiter, & id dispensabiliter conuenit: in quo sensu nō includit negationem essendi in alio loco. Hanc solutionem accepi ex Magistro Soto, qui in præsentī docet, Diuum Thomam asserere vnum corpus non posse esse circumscrip̄tue, vel localiter in duplici loco; quia loquitur de rigore circumscrip̄tionis: & infra ait, hanc repugnantia non esse appositam à Sancto in *Partibus*, vbi proprias præfixit opiniones. Secūdo, (& forsan melius) responderetur Diuum Thomā denegare ad huc diuinit̄ corpori duplicem locum, ratione *vnus præsentia*; non vero ratione *duplicis*: in quo sensu à nobis constituitur in duplici loco. Hæc eadem solutione respondendum est ad aliam auctoritatem, quam ad ducūt Thomistæ ex Diuo Agustino lib. 10. contra Faustum. cap. 11. vbi ait, *corpus Christi, ex tenso modo non posse esse in Sole, Luna, & cruce simul.*

§. IX.

Fundamentum subtilissimi Vazquez.

38. **F**undamētum Patris Vazquez sic se habet. Si vnum, &

dum existendi naturalem; & ut multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter presens sua substantia nobis ad sit, ea existendi ratione, quam, & si verbis exprimere vix possumus, possibile tamen esse Deo cognitione per fidem illustrata assequi possumus: ut constantissime credere debemus. Ex quibus verbis aperte demonstrat corpus Christi comparari ad species, tanquam ad loca; & quod non loquatur de presentia accidentali, quam habet ratione specierum, constat ex illis verbis: *quam & si verbis exprimere vix possumus*: ergo corpus Christi sub speciebus non est in omnibus ad modum substantiæ, quæ non comparatur ad quantitatem tanquam ad locum.

§. V.

Primum primæ sententiæ fundamentum.

20. **L**ocus circumscriptionis, est comprehensibus locati: ergo vnum corpus, nec supernaturaliter, potest esse in duobus locis circumscriptionis: (vtique quia id quod comprehendit debet intra se continere totam rem comprehensam.) Antecedens probatur. Locus circumscriptionis ita debet continere locatum; vt nihil locati sit extra; ergo locus circumscriptionis est comprehensius locati. Si dicas comprehensionem circumscriptionem solum consistere in hoc, quod totum corpus correspondeat toti loco, & partes corporis par-

tibus loci; non vero in hoc, quod corpus existens hic, simul non possit esse alibi. ¶ Contra insurgunt Thomistæ primò, Implicat contradictionem, quod corpus circumscriptionis sit in vno loco, & quod sit extra secundum aliquam partem: ergo multo magis implicat, quod totum sit extra. Secundo: nam vt locatum comprehendatur à loco, non sufficit, quod totum contineat locatum: (alias quilibet Beatus Deum comprehenderet: cum quilibet videat totam Dei essentialitatem) sed ultra hoc requiritur, quod totaliter locatum contineat: hoc est, quod ita sit in illo; vt non sit nec in alio, nec extra illum: ergo de ratione circumscriptionis est determinare essentialiter locatum ad vnum locum. Hoc idem argumentum fit ab Hæreticis; vt probent Corpus Christi non posse esse in cælo, & in Hostia: & similiter vt probent non posse esse sub duplici Hostia: nam corpus Christi, est in cælo *comprehensius*, & *circumscriptionis*: ergo dicit negationem existendi in alio loco; (necum quoad totum situm esse; sed etiam quoad partem) cum de ratione comprehensionis non solum sit, quod totum corpus contineatur; sed quod totaliter contineatur: hoc est, quod ita sit in illo; vt non sit nec in alio, nec extra illum. Responde ergo Hæretico, & tibi.

21. Tibi ergo, & Hæretico respondeo concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens:

Disputatio prima. Quæstio quarta.

de ratione loci circumscriptioni est, quod locatum non sit *extra, naturaliter*, concedo antecedens: *supernaturaliter*, sub distinguo antecedens: supernaturaliter per præsentiam per quam est *intra*, concedo antecedens: per aliam ei secundum potentiam obedientem supernaturaliter advenientem, nego antecedens: nam ut sit comprehensivus, solum est necessum, quod totum corpus sit *intra*; nõ vero quod per aliam præsentiam non sit *extra*. Sed ut solutionem adæquatè intelligas, nota, tale corpus absolute non esse *extra*; sed solum secundum præsentiam, secundum quam non est *intra*: non aliter ac corpus Christi quod est in cælo, non est absolute *extra*; sed solum secundum præsentiam Sacramentalem, secundum quam non est *intra*. Per quod patet ad primam impugnationem: nam nulla datur implicatio in hoc, quod sit *extra*, secundum partem, & secundum se totum, per præsentiam distinctam ab illa, per quam est *intra*. Quæ ergo potest reperiri implicatio in hoc, quod Christus Dominus in Eucharistico Sacramento demonstrat digitum? Ad secundam dico, de ratione comprehensionis non esse quod totaliter res sit contenta; si *totaliter* cadit supra rationes continentis, benè tamen si cadit supra rem contentam: nam ut obiectum comprehendatur, non est opus, quod cognoscatur per omnes rationes *sub quibus* potest cognosci à distinctis potentijs; sed quod to-

taliter cognoscatur per rationem *sub qua* ad talem potentiam spectantem: aliàs Christus Dominus per scientiam beatam res naturales non comprehenderet: cum has per hanc scientiam nõ cognoscat secundum rationem formalem *sub qua*, secundum quam comprehenduntur à scientia acquisita; sic, ut locatum comprehendatur à loco circumscriptioni, nõ est opus, quod ei correspondeat secundum omnes præsentias, quas potest habere. Nec similiter ad comprehensionem exigitur, quod solum ab vno comprehendatur: nam eadem res naturalis comprehenditur à Deo, & ab Angelis. ¶ Secundo, (& forsitan melius) respondetur negando, quod *corpus existens in Ecclesia*, v.g. *sit extra Ecclesiam*, per hoc quod sit in *gymnasio*: nam in tali casu idem numero corpus est in utroque loco; & sic quod verificatur de illo, non est quod sit *extra Ecclesiam*; sed quod sit *intra Ecclesiam*, & *intra gymnasium*. Non aliter ac de corpore Christi existente in vna hostia; non verificatur, quod sit *extra* illam per hoc, quod ex vi verborum existat in alia.

22. Dices primò. *Extra, & intra* opponuntur oppositione contradictoria; sed de eorundem subiecto nequeunt verificari duæ contradictoriz: ergo implicatoriu est, quod idem corpus sit *extra*, & *intra*. ¶ Respondeo primò iuxta primam solutionem distinguendo maiorem: *extra, & intra* opponuntur contradictoriè; si subiecto conveniant

niant respectu eiusdem presentie, concedo maiorem: si conveniant respectu diversarum, nego maiorem: & distinguo minorem: & consequentiam eodem modo: nam oppositio contradictoria: (vt dixi in parva summa) est eiusdem de eodem secundum idem: si ergo iste affectio- nes corpori Christi non repugnant: quare alteri repugnabunt corpori? ¶ Secundo (iuxta secundam solutionem) respondeo concedēdo totum; ex quo nō sequitur aliquid contra nostram resolutionē: nam de corpore reduplicato non verificatur, quod sit *intra*, & *extra*; sed solum quod sit *intra in utroque*.

23. Dices secundò. (iuxta dicta) Vnus locus non terminat, nec restringit locatum; vt extra non sit ratio alterius presentie: ergo non est terminus locati. ¶ Respondetur concedendo antecedēs, per ordinem ad potentiam absolutam Dei: & distinguo consequens: non est terminus locati *naturaliter*, nego consequentiam; *supernaturaliter* iterum subdistinguo consequens: *supernaturaliter* non est terminus *intensus*, nego consequentiam; *extensus*, concedo consequentiam: nam in hac parte eodem modo est philosophandum ac de subsistentiis infinitis, quæ eidem possunt aduenire nature.

24. Dices tertio. Quantitas est prima radix presentiarum: ergo absque quantitatis multiplicatione non potest dari multiplicatio presentiarum. ¶ Respondetur

distinguendo antecedens: quantitas est prima radix presentiarum; que ei adveniunt secundum potentiam naturalem, concedo antecedens: secundum potentiam obedientialem, nego antecedens: & distinguo consequens: absque multiplicatione quantitatis nequit dari multiplicatio presentiarum naturaliter, concedo consequentiam; *supernaturaliter*, nego consequentiam; propter rationem assignatam, & propter paritatē corporis Christi. 25. Replicabis. Effectus replicationis non nascitur ex visceribus quantitatis: ergo quantitas nō est principium radicale talis effectus. Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam vt aliqua res sit principium radicale alicuius effectus, sufficit, quod media forma ei supernaturaliter communicata illum causet: (vt constat in visione supernaturali Dei radicaliter causata ab intellectu; etiam si immediate tãquam à virtute non dimanet à forma ex visceribus intellectus orta.)

26. Dices quartò. Implicat quod idem corpus cum vna quantitate habeat simul duplicem presentiam circumscriptionem solo numero distinctam: ergo & quod sit in duplici loco. Probo antecedens. Implicat, quod accidentia multiplicentur in individuo, absque subiecti multiplicatione: vtique quia secundum doctrinam Dni Thomæ: (vt videbimus infra in libris de generatione) accidentia individuatur à subiecto: ergo implicat, quod

Disputatio prima. Quæstio quarta.

idem corpus, cum vna quantitate, habeat simul duplicem præsentiam circūscriptiuam, solo numero distinctam. Instatur hæc obiectio: nã (in opinione omnium Theologorum cum Diuo Thoma) corpus Christi sacramentaliter existens in duabus hostijs, habet diuinitus duas præsentias sacramentales, & physicas, solo numero distinctas; non alia ratione, nisi quia præsentia sacramentales valent diuinitus replicari in ordine ad specierum sacramentalium replicationem; etiã si subiectum illarum sit idem numero: ergo similiter præsentia locales, solo numero distinctas, valent diuinitus replicari in ordine ad diuersa loca; etiã si corpus illas recipiens sit numero vnum. Respondeo instantiã, & tibi. Tibi ergo, & instantiã respondeo, distinguendo antecedens: implicat quod in eadem quantitate subiectentur duæ præsentie; in eadem quantitate formaliter, & virtualiter concedo antecedens: in eadẽ formaliter vna, & virtualiter distincta; vel in eadem, vt connotat diuersa obliqua, nego antecedens: & consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: accidentia multiplicantur in individuo ad subiecti multiplicationem entitatiuã, vel virtualem concedo antecedens: entitatiuam tantum, nego antecedens: & consequentiam: nã corpus prout connotat distincta loca est virtualiter multiplex; & sic diuinitus in ordine ad illa valet simul diuersas numero fundare proprie-

tates. Non aliter ac de facto idem corpus successiue per ordinem ad distincta loca distinctas numero acquirit præsentias: quia, vt sic, licet sit *idem entitatiue*, est tamẽ *virtualiter diuersum*. Et quod corpus locatum, non secundum se absolute, sed connotatiue, seu in ordine ad distincta loca, fundet, & acquirat præsentias: constat ex Philosopho in præsentia: vbi ait: *præsentiam resultare ex adiacentia corporis ad locam.*

27. Replicabis. Distinctio numerica connotati non sufficit in subiecto connotante, ad distinctionem numericã accidentium: (vtique quia paternitas non multiplicatur in substantia generante; etiã si hæc connotet diuersas numero substantias genitas; & similiter potentia non multiplicatur ex eo, quod connotent diuersa numero obiecta;) ergo nec præsentia debent numericẽ multiplicari, per hoc, quod connotent diuersa numero loca. ¶ Responderetur negando antecedens: quando connotatum intrat ad accidentis indiuiduationem; vt in his accidit præsentia. Ad primum simile respondetur; paternitatem non indiuiduariã terminor: tum quia respectu illius (vt latẽ dixi in prædicamento relationis) nullam causalitatem exercet, sed solum rationẽ puri termini terminantis, & fluẽtis relationem, ex subiecto indiuiduatam: tum quia paternitas, v.g. non habet pro termino hunc, & illum filium, sed rationem filij, vt sic;

& idem numero corp^o esset in duplici loco circumscriptione naturaliter posset duplex *ubi* acquirere; hoc implicat: ergo & quod sit in duplici loco circumscriptione. Probo sequelam: nam si tale corpus constitueretur supra duas columnas distantes, semotis illis naturali propensione descenderet; at qui illi descensus naturales naturaliter producerent duplex *ubi*: ergo in tali casu posset acquirere naturaliter duplicem presentiam distinctam.

39. Pater Hurtadus parvipendet hoc fundamentum, & miratur tam robustum ducem tam imbecillia arma assumere: sed (meo iudicio) imbecillius ab illo impugnatur: ait namque corpus illud in tali casu quiescere in aere, absque eo, quod moueatur in aliquem locum. Sed contra est primò: nã illud corpus naturaliter, & absque miraculo, non valet esse in aere: ergo, ne absque ratione multiplicentur miracula, dicendum est moueri ad cẽtrum. Contra est secundò: nam, in tali casu, in vtroque loco haberet illud corpus gravitatem, & esset extra centrum: ergo naturaliter non valeret in aere quiescere.

40. Alia imbecilliori via tendit Pater Quiedo, affirmans tale corpus (in casu assignato) moueri in vno loco, scilicet, in illo, qui minus distaret à centro, & quiescere in alio: scilicet, in illo, qui magis distaret ab illo. Sed contra est primò: nam, iuxta hanc solutionem, si poneretur corpus cum æquali distantia à cẽtro; vel quiesceret in vtro-

que: vt ait Hurtadus, vel moueretur in vtroque: vt ait Vazquez; cũ tunc nõ esset maior ratio, cur quiesceret in vno, & non in alio; vel cur moueretur in vno, & non in alio. Secundò; nam in loco magis distanti haberet æqualem gravitatem, & pateretur maiorem violentiam: ergo deberet etiam naturaliter ab illo moueri. Quare, his relictis solutionibus, respondetur distinguendo sequelam: posset in tali casu acquirere duplicem presentiam *naturaliter, absolute*, nego sequelam: *naturaliter, ex suppositione*, concedo sequelam: nam nulla datur repugnãtia in hoc, quod ex suppositione alicuius miraculi sequatur naturaliter aliquis effect^o, qui antea non poterat naturaliter consequi; sicut ex suppositione quod substantia panis conuerteretur in corpus Christi, naturaliter quantitas panis, absque nouo miraculo, gerit vices materiæ primæ: vt ex illa forma vermis educatur; etiam si antecedenter ad conuersionem non posset sine miraculo vices materiæ gerere.

§. X.

Fundamentum Diui Bonaventuræ.

41. **F**Vndamẽtum Diui Bonaventuræ sic se habet, Corpus, ratione quantitatis, occupat locum formaliter; sed effect^o formalis nequit angeri, non aucta forma à qua dimanat; (cum effectus for-

Disputatio prima. Questio quarta.

formæ sit ipsa forma) ergo implicat idem corpus esse in duobus locis, absque quantitate duplicatione. Respondetur distinguendo maiorem; corpus occupat locum ratione quantitatis *formaliter remote*, concedo maiorem: *formaliter proxime*, nego maiorem: & distinguo minorem: effectus non potest augeri absque formali multiplicatione formæ *proxime*, concedo minorem: *remote*, nego minorem: & consequentiam: nam ut eadem quantitas duplicem repleat locum, non est opus, quod sit realiter formaliter duplex; sed satis est, quod sit duplex æquivalenter, & quod præsentia sint realiter entitativè distincta: sicut enim ad hoc, quod eadem res sit successivè in diversis temporibus, & locis, non exigitur, quod rationes formales remotæ realiter entitativè multiplicentur, sed solum quod remotæ sint æquivalenter distinctæ, & quod proximæ sint realiter entitativè distinctæ: sic ut idem corpus simul duplicem occupet locum, non est necessarium, quod formæ remotæ sint realiter entitativè distinctæ, sed solum quod remotæ sint æquivalenter distinctæ, & quod proximæ sint realiter entitativè distinctæ. Constat hoc à simili, in corpore Christi existente in duplici hostia, quod absque multiplicatione rationis formalis remotæ, cum sola multiplicatione reali præsentia, est subtilis: & in anima, quæ elicit operationes specie diversas, per hoc præcise, quod rationes formales ope-

ranti multiplicentur.

42. Dices primo. Implicat eandem rem esse in diversis temporibus simul: ergo etiam in diversis locis. Respondetur concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam tempus essentialiter est successivum, & sic eadem res nequit simul coexistere hodie, & cras; at vero loca sunt simul, absque aliqua successione: & ideo idem corpus valet, cum diversis præsentibus, diversis correspondere locis.

43. Replicabis. Idem corpus, cum diversis præsentibus, valet simul diversis correspondere locis extrinsecis: ergo eadem res, cum diversis durationibus, poterit simul diversis correspondere temporibus. Respondetur negando suppositum consequentis: nam eadem res, defectu durationis extrinsecæ, id est, temporis, non valet simul diversis correspondere temporibus: sicut enim non valet dari simul duplex præsentia circumscriptiva, nisi in ordine ad diversa loca simul existentia; sic nec duplex præsentia temporalis, nisi in ordine ad diversa tempora quæ simul nec divinitus possunt stare.

44. Dices secundò. Vnus locus essentialiter excludit alium locum: ergo unum locatum aliud locatum. Respondetur negando antecedens: nam (ut statim dicam, quaestione sequenti) duo corpora valent esse simul in eodem loco in ratione locati: ex quo aperte sequitur, quod valeant etiam esse in ratione loci circumscribendo idem locatum.

§. XI.

Ultimum questionis fundamentum.

45. **S**I non datur repugnantia in hoc, quod idem corp⁹ sit bilocatum, nec in hoc dabitur quod ex vno Manacho fiat communitas, nec ex vnico Lapide, cœnobium, nec ex vna gutta oceanum; sequela implicat: ergo & antecedens ex quo sequitur. Nominalis Maior. in. 4. dil. 10. q. 4. nō solum concedit sequelam; sed plurima admittit inconuenientia his verbis: *concedo quod Thersites tantum pondus portare potest in pluribus locis, quantum Ajax in paucioribus; & quod gutta aqua multoties replicata localiter, possit ferre mille naues, quibus Græci ad iroram applicuerunt, & quod vnus panis possit sufficere exercitui xerxis, vel Darij, per positionem in pluribus locis.* Hæc ille, quem (absque aliquo prætextu veritatis) sequuntur quam plurimi moderni ex Iesuitana familia. Bene ergo admittit iste Doctor Nominalis sequelam argumenti, in qua nullā reperio repugnantiam: nam vnus Monachus sine repugnantia valet æquivalere pluribus existentibus in choro, si multoties replicetur; & sic de alijs instantijs; verum tamen ridiculum est, quod Maior asserit: nam corpus ex replicatione nō habet maiorem virtutē quoad intrinseca; & sic vnus panis, qui ex se non sufficit nisi ad vnum ho-

minem, non valebit, per replicationem, sufficere ad plures; nec vna gutta aquæ, quæ ex se non valet sustinere scellucam, non valebit, per replicationem, sustinere nauē; & sic de alijs, quæ ab isto Doctore absque fundamento, & necessitate admittuntur.

46. Si dicas sufficere extensionem virtutis in ordine ad diuersa loca, vt vna eadem virtus quoad intrinseca æquivalet pluribus. Contra est: nam virtus per extensionem potius amittit, quam acquirit efficaciam; iuxta illud *virtus vnus fortior.*

QVÆSTIVN CVLA
appendix.

An corpus existens in duobus locis, in vtroque eadem participet accidentia?

§. XII.

Pramittuntur aliqua.

47. **P**RO CIRCA intelligentia nota, triplex esse genus accidentium; scilicet, quæ à subiecto dimanant tanquam proprietates: *visibilitas ab homine: vel quæ à loco, seu præsentia rei existentis in loco essentialiter dependent; vt distantia, vel in distantia, motus, & quies: & denique, quæ nec à subiecto dimanant vt proprietates; nec à loco, vel præsentia rei existentis in loco essentialiter dependent: vt albedo, & nigredo.*

Disputatio prima. Quæstio appendix.

48. Ut certum (cum omnibus) suppono, quod corpus existens in duplici loco naturaliter loquendo, non habet in utroque loco accidentia secundi generis: ratio est: nam accidentia secundi generis dependent à subiecto, quod est in loco, vel à præsentia subiecti; sed præsentie subiecti existentis in duplici loco, sunt distinctæ: ergo accidentia, quæ ab his præsentis dependent, non debent in locis cum subiecto replicari. Ex quo deducet, quod corpus existens in duplici loco, potest naturaliter (ex suppositione miraculi) moueri in vno, & quiescere in alio; & etiam magis distare in vno loco, quam in alio, ab aliquo tertio.

49. Dices. Si idem corpus moueretur in vno loco, & in alio quiesceret, sequerentur duæ contradictoriæ: scilicet, moueri, & nõ moueri: hoc implicat: ergo & quod in vno moueatur, & in alio quiescat. ¶ Primo respondetur cum Magistro Martinez negando sequelam: nam oppositio contradictoria solum est respectu eiusdem loci, & præsentie (vt constat ex parua summa) vnde hæc sunt contradictoria: moueri, & non moueri absolute, & simpliciter: moueri hic, & non moueri hic non vero hæc: moueri hic, & non moueri alibi: sicut nec hæc: moueri hic quiescere alibi. ¶ Secundo respondetur negando etiam sequelam: nam propositiones negatiuæ, absolute sumptæ, non verificantur de subiecto: quia cum negatio, sit malignantis naturæ, non solum de-

struit id, quod affirmatiua affirmat de subiecto, respectu alterius loci; sed absolute, & simpliciter destruit à subiecto, id quod affirmatiua affirmabat: nõ solum respectu vni⁹ loci; sed respectu cuiuscumque loci. Quod ergo in hac re est maioris ponderis; est: an accidentia à loco non dependentia, quæ adueniunt in vno loco, corpori existenti in duobus, debeant ei aduenire in alio, in quo simul existit? & hoc potest dubitari in ordine ad potentiam naturalem, & supernaturalem Dei.

§. XIII.

*Referuntur sententia.
Et prima pars difficultatis
resoluitur.*

50. **L**oquendo ergo de potentia naturali Pater Suarez, & Amicus locis supra citatis negatiuam defendunt sententiam.
51. Sed affirmatiuam vt probabiliorẽ amplector cū Soto, & Martinez: & probatur ex Diuo Thoma. 3. p. q. 81. art. 4. vbi affirmat, *mutationem factam in corpore Christi in propria specie existente, fieri in eodem sacramentaliter existente: sicut viuere, mori, dolere, animatum, vel inanimatum esse: ergo ex mente Diui Thomæ accidentia à loco non dependentia, quæ adueniunt corpori existenti in vno loco, debent ei in alio aduenire naturaliter.*
52. Secundo probatur ratione. Hęc accidentia non dependet à diuer-

sis corporis presentijs; sed à corpore, vel subiecto, quod est duplici affecto presentia; sed corpus est vnum numero in duobus locis: ergo accidentia, quæ formaliter ei in vno adueniunt loco, ab illo in alio possidentur in ordine ad locum. ¶ Confirmatur. Ex dictis constat, subiectum, cum omnibus accidentibus, vnica existeret presentia locali: ergo presentia corpori aduenientes non solum replicant naturaliter subiectum; sed accidentia, quæ ei adueniunt: nam nouum miraculum requiritur, vt forma non tribuat subiecto capacitatem esse effectum: ergo etiã requiritur nouum miraculum, vt presentia non replicent subiectum cū omnibus accidentibus, quæ habet, & quæ ei possunt aduenire. Ex quo sequitur, quod Petrus existens Romæ, & Burgis, non valet calefieri Romæ, quin in Burgis habeat calorem; quamuis in Burgis non sit calefactus: & similiter non potest Romæ occidi, quin in Burgis moriatur; quamuis in Burgis non sit occisus: nec denique potest cibum sumere Romæ, quin in Burgis sit nutritus; quamuis in Burgis non reficiatur.

53. Dices. Agens non potest agere in passo distanti: ergo ignis Romæ non valet Petrum in Burgis calefacere. ¶ Respondetur concedendo totum: ex quo non sequitur, quod Petrus existens in Burgis non habeat calorem: aliud enim est, quod ignis in Burgis calefa-

faciat; & aliud, quod ignis, qui est Romæ, calefaciat Petrum, qui est Burgis: primum est falsum: (& hoc est, quod conuincit obiecto: nam Petrus vt in Burgis, est distans; & vt sic nequit calefieri (at vero secundum, est verum: quia Petrus, qui est in Burgis, est Romæ igni approximatus, & ibi potuit illum calefacere, vt in omni loco seruet calorem.

54. Replicabis. Termini sunt in loco, in quo sunt actiones; sed termini repeririuntur, vbicunque repeririuntur subiecta illorum: ergo & actiones. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: termini sunt, vbi sunt actiones materialiter, vel formaliter concedo maiorem: vbi sunt tantum formaliter: nego maiorem: & cōcessa minori, distinguo consequens eodem modo: nam licet calefactio Romæ facta non sit formaliter, & reduplicatiue in Petro, vt in Burgis existente; est tamen in Petro, qui est in Burgis: cum sit formaliter in eodem Petro, Romæ existente: vt ergo actiones verificentur de subiecto, vt existente in loco, nō sufficit, quod verificetur de subiecto, quod est in loco; sed quod formaliter verificentur de illo; vt est in tali loco: nam (vt dixi in Summulis) *in propositionibus magis debemus attendere ad modum significandi, quã ad rem significatam.*

55. Dices primò. Vt forma accidentaliter naturaliter sit in duplici loco, opus est, quod naturaliter habeat duplicem presentiam; sed

Disputatio prima. Quæstio appendix.

forma accidentalis hæc non exigit, imò nec datur agens, quod eâ naturaliter valeat producere: ergo forma accidentalis, quæ naturaliter in vno loco aduenit corpori existenti in duobus, ei in alio non aduenit. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: forma accidentalis duplicem non exigit præsentiam simpliciter, & absolutè: concedo minorem: ex suppositione miraculi, nego minorem: & consequentiam: nam forma existens in corpore, quod diuinitus duas habet præsentias, petit naturaliter illis informari: non quia agens naturale has causet præsentias; sed quia ab agente producit in subiecto, quod illas habet.

56. Dices secundo. Accidens ex se exigit vnam præsentiam cum negatione alterius: ergo naturaliter non valet replicari. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: exigit vnam præsentiam, quando producit in subiecto omnino simplici concedo antecedens: quando producit in subiecto æquivalenter replicato nego antecedens: & consequentiam: nam tunc præsentia non dicit negationem alterius, & accidens in illo producto naturaliter exigit præsentias subiecti, in quo est nõ exigentia propria, sed exigentia subiecti, in quo est.

57. Dices tertio replicationem Verbi Diuini nõ causare replicationem in humanitate ei substantialiter vnitate: humanitas non sit vbique, sicut Verbum: ergo nec

replicatio subiecti debet in accidenti causare replicationem.

¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ratio discriminis est manifestata: nam humanitas Christi Domini habet præsentiam circumscriptionem cõnaturalem distinctam à præsentia Verbi Diuini, & sic nec ratione propriæ, nec alienæ præsentie exigit esse vbique; at vero accidens naturale solum habet præsentiam subiecti, in quo est, & sic debet naturaliter replicari iuxta replicationem subiecti, in quo est.

58. Non quiesces. Optimè stat, quod aliquod accidens sit naturaliter præsens eisdem præsentia, qua subiectum ipsius, & quod accidens non sit in omni parte, in qua est subiectum, in quo est: (vt constat in intellectu, qui non est in loco pedis, etiam si anima, quæ est intellectus subiectum, saltem per accidens, sit in illo) ergo ex eo quod subiectum sit à præsentia replicatum, non sequitur, quod accidentia illius naturaliter eandem habeant replicationem. ¶ Primò potest responderi, intellectum (saltem materialiter) esse in pede, sicut est ibi anima rationalis secundum vltimum gradum intelligendi. ¶ Secundo responderi, concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ratio discriminis est: nam intellectus est proprietatis, quæ solum exigit conuenire animæ, in parte tali organizatione disposita; & sic non est in omni-

omnibus partibus, in quibus est anima: at vero accidēs, quod aduenit corpori replicato, ex se, ratione subiecti, exigit esse in locis subiecti replicati; cum in hoc nulla possit inueniri repugnantia.

§. XIV.

Secunda pars difficultatis.

59. **L**oquendo verò de potētia Dei absoluta, dico, posse Deum facere, quod corpus in duobus locis habeat formas contrarias: videlicet, quod Romę habeat albedinē, & quod Burgis habeat nigredinē; dummodo istę formę diuinitus eidē non repugnent subiecto; & similiter quod in vno habeat albedinem, absque eo quod in alio illam habeat. Hoc assertum probatur ratione speciali, & efficaci. Corpus replicatum duplici gaudet pręsentia; ita vt ratione vnius sit hic, & ratione alterius sit alibi; sed nulla datur repugnantia in hoc, quod Deus respectu accidentis suspendat effectum vnius pręsentię: ergo nulla datur repugnantia in hoc, quod hic habeat vnum accidens, & quod alibi non habeat: ergo nec in hoc, quod hic habeat vnum, & alibi aliud; dummodo subiecto non repugnent. ¶ Confirmatur. Corpus Christi in Eucharistia est, nedum absque pręsentia circumscriptiua; sed etiam absque extensione in ordine ad locum, quam in cęl. habet: ergo corpus in vno loco (per ordi-

Tom. 1. pars 1.

nem ad potentiam Dei absolutā) potest habere accidens, quod in alio non habet: ergo similiter poterit in vno habere vnum, & in alio aliud; dummodo subiecto nõ repugnent.

60. Secundo probatur à simili. Intellectus, qui est in anima formaliter indiuilibili, non est in omni parte, in qua est anima; licet anima sit in omni parte, in qua est intellectus: ergo similiter omnipotentia Dei absque aliqua repugnantia potest facere, quod accidens, quod est hic, non sit alibi: idemque argumentum potest fieri de humanitate Christi respectu Verbi diuini. Ex his infero idem corpus in duplici loco nõ posse habere gratiam, & peccatum; (si vera est opinio Thomistarum asserentium gratiam, & peccatum repugnare diuinitus in eodem subiecto) similiter sentiendum est de odio, & amore; de infirmitate, & salute, de morte, & vita; si vera est opinio, quę docet duas formas substantiales, nec diuinitus posse idem informare subiectum, nec vnum duplex.

QVÆSTIO V.

An diuinitus duo corpora possint esse simul in eodē loco circumscriptiuo?

§. I.

Præmittantur aliqua.

59. **N**aturaliter duo corpora non posse esse simul in eo-

Z 2

dem

Disputatio prima. Quæstio quinta.

dem loco circumscriptione constat experientia, & ratione: nã corpora ab eodẽ loco mutuo se expellunt, ratione impenetrabilitatis quæ est propria quantitatis passio. Ex quo colligo rationem quare naturaliter possunt esse plura locata, & nõ plura corpora in eodem loco: quia vnum corpus à proprio loco solum expellit aliud, quia est eiusdem rationis; sed Deus, & Angelus non sunt eiusdem rationis cum corpore: ergo omnia possunt esse simul in eodem loco.

§. II.

Decisio quæstionis.

2. **S**upernaturaliter duo corpora possunt esse simul in eodẽ loco circumscriptione. Hæc ab omnibus defenditur Catholicis, (vno excepto Durando) qui cum temeritate cõtrarium defendit errorẽ. Constat primò hæc nostra conclusio, (quæ, vt de fide est tenenda) ex sacris litteris; nam corpus Christi transiit per claustrum Virginis, salua integritate corporali; sed hoc miraculum potuit perpetrari, absque eo, quod corpus Christi esset simul (pro illo tunc) in eodem loco cum corpore Beatæ Virginis: ergo supernaturaliter duo corpora possunt esse in eodem loco.

3. Nec fideliter dices cum Durando, partes Virginis fuisse dilatatas, vt corpus Christi de ventre exiret Virginali. Non (inquam) dices nam ex eo sequitur, quod Beata Scholastica fuerit cum ma-

iori integritate corporali, ac Virgo Maria. Imò (si fas est dicere) sequitur, quod non habuerit integritatem corporalem: nam mulieres in statu inocentiz hoc modo parerent; & tamen nullus est, qui dicat illas seruare integritatẽ corporalẽ: ergo ex partium dilatactione sequitur, integritatis diminutio, & amissio.

4. Constat secundò ex Apostolo ad Hebreos. 4. dicente: *habentes ergo Pontificem, qui penetrat in caelos, Iesum*: & etiam ex ingressu Domini ad discipulos ianuis clausis: ergo diuinitus corpora possunt penetrari.

5. Quã plurimi Doctores, qui nostram defendunt conclusionem (vt illam probet, supponunt, vnum ex duobus corporibus penetratis manere absque extensione in ordine ad locum, quæ, (vt effectus secundarius quantitatis) potest à Deo impediri, salua essentia quantitatis, qua consistit in extensione in ordine ad se. Sed hæc suppositio, vt penetrationi opposita, debet reijci nã licet verum sit, quod extensio in ordine ad locum sit effectus secundarius quantitatis, ab illa supernaturaliter separabilis: (vt de facto accidit in venerabili Eucharistie arcana) tamen absque illa, corpus non est in loco: cum solum ratione illius circumscribatur à loco: ergo penetratio duorum corporum nequit saluari absque duplici extensioe in ordine ad locum: vtique quia penetratio corporum in vno loco essentialiter
exi-

ditoris naturæ est soluere ordinē, finem, & dispositionem naturæ; sed vacuum est contra ordinem, finem, & dispositionē naturæ: ergo vacuum non valet ab Angelo causari. Constat hæc ratio ex illo Apostoli ad Hebræos. 2. *Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ.* Et ex illo Iob. *Quem constituit alium super terram, quam fabricatus est?*

5. Dices. Licet secundū Diuum Thomam. 1. p. q. 110. ar. 2. corpora non obediunt Angelis ad nutū; tamen eis obediunt in ordine ad motum localem; ergo cum aër extrahitur ab aliquo corpore, aère pleno, potest Angelus impedire motum aquæ, vel alterius corporis: & consequenter causare vacuum, in loco, in quo erat aër.

¶ Respondetur distinguendo antecedens: corpora obediunt Angelis in ordine ad motum localem, qui tendit ad bonum peculiare, concedo antecedens: qui tendit ad bonum commune, & uniuersum, nego antecedens: nam non datur virtus in Angelo in ordine ad hos motus; ne detur in ordine ad bonum, & malum uniuersum. Ex hac solutione colliges omnes creaturas scilicet præter inclinationem, & virtutem naturalem, quam habent in ordine ad bonum peculiare, habere aliam in natam in ordine ad bonum uniuersum, & ad euitandum vacuum; non secus ac in brachio, ultra virtutem quam habet in ordine ad proprium bonum, est alia in ordine ad bonum capitis,

& corporis.

Tom. 1. pars 1.

§. III.

Soluuuntur aliqua quæstioncula.

6. **I**nquires primo: an corpus possit moueri per vacuū?

Ad quod affirmatiue respondeo: tum quia absque influxu cælorum possunt corpora moueri: (vtique quia cæli non tribuent corporibus virtutem motiuam; etiam si illam meliorēt) tum quia in casu quo influentiæ cælorum essent simpliciter necessaria, Deus posset supplere dependentiam, quam corpora sublunaria habent ab his influentijs.

7. **O**bjicies: ergo in tali casu naturaliter potest dari vacuū. Probo sequelam: nam in tali hypothesi, corpus naturaliter posset moueri; sed medio tali motu derelinqueret vacuum locum, quem antea habebat: ergo in tali casu potest dari vacuum in rerum natura.

¶ Respondetur negando sequelam, si loquamur de propria vacui causatione: nam vacuum proprie causatur per remotionem corporum, quæ in tali casu non sunt; & sic proprie corpus derelinquens locum, illud non causat; sed vacuū præsuppositum derelinquit.

8. **I**nquires secundo: an motus, qui datur in vacuo, sit instantaneus, vel successiuus? Respondeo esse successiuum: & ratio est: nam successio motus non solum sumitur ex resistentia medijs; sed etiam ex principio, à quo fit: ergo licet

Disputatio prima. Quæstio sexta.

ex resistentia medi; non obtineat
successionem; illam tamen habe-
bit ex extensione principij à quo
fit. Confirmatur. Motus cœli est
successivus; & tamen non habet
resistentiam spatij: ergo successio
motus adæquati non dimanat ex
resistentia spatij.

9. Obijcies. Ex eo Sol diffun-
dit absque successione lucem: quia
in subiecto nullam inuenit resiste-

tiam contrarij: ergo similiter di-
cendum est de motu facto in va-
cuo. ¶ Respondetur conceden-
do antecedens: & negando conse-
quentiam: nam qualitatis intro-
ductio solum potest detineri à cõ-
trario; at vero successio motus
localis non solum dimanat à resi-
stentia corporis existentis in spa-
tio; sed etiam à principio extenso;
& à distantia loci,



SECUNDA

DE TEMPORE.



IN vltima parte huius libri à capite. 10. vsque ad 14. disputat Aristoteles de tempore, cuius cognitionem aded difficilem iudicauit Ecclesie lumen Augustinus cap. 10. & 14. confessionum; vt diceret: *nihil esse tempore familiarius, & nihil difficilius; & iterum: tempus quis facile, & breuiter explicauerit, si nemo ex me exquirat, scio; si quarenti explicare voluero, nescio: vt ergo illius naturam aliquammodo explicem, à duratione, sub qua tempus, & reliquæ durationes tanquam sub genere continentur, exordiamur.*

QVÆSTIO. I.

An tempus realiter distinguatur à motu primi mobilis: & an omnis duratio creata realiter à re distinguatur durante?

§. I.

Lux tituli, & questionis.

PRO quaestione intelligentia primo supponendum est vt certum, id in quo omnes conueniunt, videlicet, durationem esse *permanentiam rei in esse*; & durare, idem quod permanere in esse; nam duratio exigit ipsum exercitium essendi, seu ipsam existentiam: nunc ipsa existentia sit de conceptu durationis; nunc sit aliquid prærequiritum per modum subiecti.

2. Secundo supponendum est, durationem motus circularis primi mobilis, (valde notis; nedum ab Angelis; sed à nobis, saltim quoad 2^m est; & etiam quantum ad uniformitatem, saltem per astra, quæ posita sunt vt instrumenta, & signa magis sensibilia huius motus iuxta illud Geneseos. 1. *fiant luminaria in firmamento caeli, vt sint in signa, tempora, dies, & anni*) esse tempus: nunc quod inquirimus est; an duratio motus circularis, (quæ tempus est, & dicitur) sit ab ipso motu realiter distincta; & consequenter an omnis duratio creata realiter distinguatur à re durante.

3. Tertio supponendum est, duplicem esse rerum sublunarium durationem; *extrinsecam vnã intrinsecam aliam*; extrinseca est tempus, vel duratio motus circularis à re-

Dputatio secunda. Questio prima.

à rebus sublunariis realiter distincta: vtrique quia idem numero accidens nequit identificari cum subiectis realiter distinctis, & separatis: *intrinseca* (secundum Philosophum, & veritatem) est, præ-existentia, seu continuatio rei in existendo: de hac, & non de prima (nisi respectu motus circularis, cui non extrinseca; sed intrinseca est) procedit questio. Ex hoc notabili colliges (cum Diuo Thoma. in 1. dist. 19. q. 1. a. 1.) durationem esse ab existentia realiter inseparabilem; ita vt, ratione huius connexionis in propositionibus vocatis à tyronibus, *de secundo adiacente*, semper existentia verificetur de subiecto, de quo verificatur duratio: & è contra, secuso primo instanti rei, in quo res non durat; sed solum existit: audi Diuum Thomam loco supra citato: *omnis duratio attenditur secundum quod aliud est in actu: tandiu enim res dicitur durare, quamdiu in actu est*: ergo secundum Angeli Doctoris mentem duratio non potest nisi de re existenti verificari: & ideo idè est dicere: an duratio distinguatur à re durante: ac dicere; an distinguatur à re existente, vel ab existentia rei productæ.

4. Quarto supponendum est (cum omnibus ferè Thomistis) durationem in communi esse à ratione formalis prædicamenti *quando constitutiva distinctam*: ratio est manifesta: nam sicut presentia localis prædicamenti *ubi constitutiva* resultat ex adiacentia corporis ad

locum, sic presentia temporalis prædicamenti *quando constitutiva* resultat ex adiacentia ad tempus verum, vel imaginarium; sed *ubi* supponit quantitatem, qua corpus adiacet loco: ergo *quando* supponis durationem, qua res adiacet tempori. Hanc rationem accepi ex Diuo Thoma. in 4. dist. 16. q. 3. a. 1. quæstione. 1. vbi sic fatetur: *Quando, & ubi, sunt quid de relictum ex adiacentia loci, & temporis*. Hoc dixi contra Magistrum Suarez, qui in presenti docet durationem substantiæ creatæ esse ab illius existentia in distinctam; & postea impossibiliter tenet durationem esse rationem formalem prædicamenti *quando constitutiva*: nam existentia substantiæ est in prædicamento substantiæ, & ens per se; & duratio (si est prædicamenti *quando constitutiva*) est in prædicamento accidentis, & ens in alio; sed eidem entitati repugnât ens *per se, & in alio* formalitates: (vt dixi sup. lib. 2. disp. 2. q. 2.) ergo & quod existentia substantiæ coincidat identicè cum duratione prædicamenti *quando constitutiva*.

§. II.

Referuntur sententiæ

5. **H**is breuiter prælibatis, prima in hac re sententia defendit, durationem esse realiter ab existentia rei durantis distinctam. Sic quam plurimi Thomistæ; inter quos est non leuis seditio: nam

exigit, quod vtrunque sit in loco.

6. *Roboratur primò.* Penetratio exigit, quod duo corpora sint in eodem loco; sed ablata extensione in ordine ad locum in vno corpore, corpus, quod manet; siue tali extensione, non est in loco: ergo hæc suppositio nõ adstruit; sed destruit quæstionis resolutionem.

7. *Roboratur secundo.* In tali casu corpus carens extensione in ordine ad locum, esset cum alio (*aliqua*) eo modo, quo corpus Christi est de facto in Eucharistia cum quantitate panis; sed corpus Christi non est cum illa penetratum, ergo nec corpus, quod caret extensione est cum corpore illam habente penetratum.

8. Hic ergo relicta suppositione, efficaci ratione nostram probo conclusionem. Mutua corporum expulsio est effectus secundarius ab extensione in ordine ad locum immediate dimanans; sed Deus per potentiam suam absolutam potest ab effectu primario formæ secundarium separare: ergo potest facere, quod duo corpora cum proprijs quantitativis sint simul in eodem loco. Consequentia probatur. Ex eo duo corpora non sunt naturaliter in eodem loco: quia in genere causæ formalis mutuo se expellunt; sed hæc expulsio supernaturaliter potest à Deo separari ab extensione in ordine ad locum: ergo supernaturaliter possunt esse in vno, eodemque loco.

9. *Respondetis maiorem esse*

veram loquendo de effectu secundario positivo; non vero de privativo, qualis est iste. Sed contra est: nam magis accedit ad essentiam quantitatis extensio in ordine ad locum, quam expulsio alterius corporis ab eodẽ loco; sed talis extensio potest supernaturaliter separari ab essentia quantitatis: ergo etiam expulsio.

10. Dices expulsionem posse separari à quantitate, talia essentia quantitatis; scilicet, extensione in ordine ad se; non vero salva extensione in ordine ad locum. Sed contra est. Extensio in ordine ad locum, quia est effectus secundarius, potest separari ab extensione in ordine ad se; sed expulsio respectu extensionis in ordine ad locum se habet vt effectus secundarius: ergo potest ab illa separari.

11. Nec obstat dicere esse effectum secundarium privativum, sicut est expulsio alterius formæ substantialis ab eadem materia. Nam effectus secundarius privativus tunc est inseparabilis, quando ex separatione illius sequitur, destructio effectus primarij; vt accidit in formis substantialibus mutuo non se expellentibus; at vero ex eo, quod quantitates mutuo non se expellant, non sequitur, destructio quantitatis, nec quoad effectum primarium, nec quoad secundarium intimiorem; (nam vtraque quantitas manet cum extensione in ordine ad se, & cum extensione in ordine ad locum; quod est requisitum, vt effe-

Disputatio prima. Questio quinta.

Actus primarius, & secundarius quantitatis saluentur) at vero ex separatione effectus secundarij privatiui, in formis substantialibus, sequitur destructio effectus primarij; nam in illo calu vtraque esset, & non esset actus primarius: *esset*; quia hoc est de essentia formarum substantialium: *non esset*; quia immediatè vtraque non informaret primum subiectum.

12. Obijcies. Penetratio partium tollit effectum primarium quantitatis: ergo nec diuinitus potest dari. Probo antecedens. Penetratio partium in ordine ad se tollit effectum primarium quantitatis: ergo penetratio partium in ordine ad locum. Probo consequentiam. Penetratio partium in ordine ad se infert penetrationem partium in ordine ad locum: ergo penetratio partium in ordine ad locum supponit penetrationem partium in ordine ad se: ac per consequens à posteriori infert destructionem effectus primarij. ¶ Respondetur primo distinguendo antecedens: penetratio tollit effectum quantitatis; penetratio partium *in ordine ad se*, concedo antecedens: *in ordine ad locum*, nego antecedens: & consequentiam. Ad probationem concedo antecedens: & nego consequentiam: nam ex destructione effectus primarij sequitur destructio secundarij; at vero ex destructione secundarij non sequitur destructio primarij: vt ex se constat. ¶ Secundo, (& forsan melius) respondetur, ne-

gando antecedens. Ad probationem nego suppositum antecedentis: nã penetratio partium solum potest reperiri in ordine ad locum, & sic solum datur in extensione in ordine ad locum talis penetratio.

§. III.

Argumenta Durandi.

13. **P**rimum sic se habet. Expulsio alterius corporis à proprio loco, est effectus formalis quantitatis: ergo non potest à quantitate nec diuinitus separari: cum effectus formalis formæ nequeat à forma, subiecto communicata, separari. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: expulsio alterius corporis est effectus quantitatis *secundarius*, concedo antecedens: *primarius*, nego antecedens: & consequentiam: nam licet effectus primarius nequeat separari à forma subiecto communicata; (in dō nec à forma abstracta) tamen effectus secundarius optimè potest à forma, in abstracto, & in concreto considerata, separari.

14. *Secundum*. In plicat, quod duæ partes eiusdem quantitatis penetrentur: ergo & quod duæ quantitates distinctæ. Antecedens probatur. Quantitas essentialiter habet partes extra partes; sed si vna pars cum alia penetraretur, iam vna pars nō esset extra aliam: ergo partes eiusdem quantitatis nequeunt penetrari absque destru-

ctione

tionem quantitatis. ¶ Respondetur (iuxta primam solutionem objectionis supra numero 12. applicata) distinguendo antecedens: implicat, quod duæ partes quantitatis penetrarentur *in ordine ad se*, concedo antecedens: *in ordine ad locum*, nego antecedens: & consequentiam. Ad probationem distinguo maiorem: quantitas essentialiter habet partes extra partes *in ordine ad se*, concedo maiorem: *in ordine ad locum*, nego maiorem: & distinguo minorem: si penetraretur, una non esset extra aliam, *in ordine ad se*, nego minorem: *in ordine ad locum*, concedo minorem: & nego consequentiam: nam essentialiter quantitatis (si in extensione consistit) non consistit in extensione *in ordine ad locum*; sed in extensione *in ordine ad se*, hoc est, in hoc, quod *in ordine ad se* habeat partes extra partes. ¶ Respondetur secundo (iuxta secundam objectionis solutionem) negando antecedens. Ad probationem distinguo maiorem: & minorem, ut supra: & nego consequentiam: nam penetratio absolute non fit inter partes *in ordine ad se* consideratas; sed inter partes *ut loco* correspondentes.

15. Dices si duæ partes eiusdem quantitatis possunt penetrari: ergo omnes: ergo omnes possunt peruenire ad locum unius minime partis. ¶ Respondetur concedendo totum: nam nulla datur repugnantia in hoc, quod diuinitus tota quantitas sit in eodem loco, in

Tom. 1. pars 1.

quo est pars quantitatis: quia ex hoc non sequitur, quod pars entitatiuè habeat æqualitatem cum toto; licet in ordine ad locum eodem mensurentur termino. Ratio primi est: nam totum existens in loco partis, excedit entitatiuè unam totius partem. Ratio secundi: quia id quod occupatur ab una parte, est id, quod à tota occupatur quantitate; & sic in ordine ad locum pars habet æqualitatem cum toto.

16. Tertium sic procedit. Partes eiusdem temporis, vel motus, non possunt simul penetrari, & esse simul: ergo nec duæ quantitates.

¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam quantitates successiue (quales sunt temporis, & motus) essentialiter important successiuenem; & sic una non potest esse cum alia; sed post aliam, secundum ordinem prioris, & posterioris; at vero duæ quantitates permanentes, sine destructione propriæ essentialiter valent eodem loco correspondere: quia in illo seruant extensionem *in ordine ad se*, & *in ordine ad locum*.

QUESTIO VI.

An detur, vel possit dari vacuum
in rerum natura?

§. I.

Notantur aliqua.

1. PRO quaestione intelligentia
nota, duplex esse vacuum,
Z 4

negat.

Disputatio prima. Quæstio sexta.

negatiuum vnum, (vocaturne spatium imaginarium, quod est supra celos) & dicitur *negatiuum*, quia ad instar negationis, est incapax repletionis. Secundum est *privatiuum*, quod de materiali dicit superficiem vltimam corporis continentis, & de formali carentiam corporis contenti; *est que locus non repletus corpore*: appellatur autem *privatiuum*: quia ad instar privationis est capax repletionis: de hoc, & non de illo procedit quæstio. In qua in confesso est apud omnes, posse dari vacuum per potentiam Dei absolutam. Ratio est: nam illius est solvere, cuius est concedere; sed Deus potest in instanti annihilare corpus contentum a vase, & denegare alijs corporibus concursum, vt non tendant ad vacui repletionem: ergo diuinitus est vacuum possibile.

§. II.

Resolutio quæstionis.

2. **E**Ademquæ certitudine tenendum est, de facto, nec esse, nec posse naturaliter dari vacuum in rerum natura. Est communis, & constat: tum quia de facto corpora sunt contigua: teste Aristotele 1. Methereorum: tum quia natura inuisitatis modis connatur illud evitare: vt constat in lympha, quæ, proprijs oblita inclinationis, tendit sursum: tum quia Deus, & natura nihil agunt frustra, & absquæ fine; sed in rerum natura va-

cuum esset frustraneum, & ad nullum finem naturæ deseruiens: ergo naturaliter non potest dari in rerum natura.

3. Dices primò. Quando corpus mouetur localiter; vel mouetur ad locum plenum, vel ad vacuum. Si secundum: ergo datur vacuum in rerum natura. Si primum: ergo penetratur cum corpore præexistenti in loco, ad quem tendit. ¶ Respondetur concedendo primam partem dilemmatis; ex quo non sequitur, quod penetratur cum corpore existenti in loco, ad quem tendit: nam ad introitum aduenientis, præexistens cedit. Nec etiã sequitur aliud inconueniens ab aduersarijs oppositum; videlicet, quod totum vniuersum moueatur ad motum vnius corporis: nam corpora liquida facillimè rarefiunt, & condensantur; vt possint nunc maiorem, ratione rarefactionis, nunc minorem, ratione condensationis, occupare locum.

4. Dices secundò. Si vas aqua plenum, & vnde quaque clausum niue circundet, tunc aqua condensata minorè occupabit locum: ergo tunc dabitur vacuum: cum non sit corpus, à quo possit illud inane repleti. ¶ Respondetur, quod data hypothesi, quod aer nõ valeat introire; tunc frangeretur vas quantumuis ferreum, ne detur vacuum in rerum natura. Ex quo colliges vacuum non posse ab Angelo causari; nedum defectu concursus diuini; sed etiam defectu virtutis. Ratio est: quia solius Condito-

nam alij asserunt durationē à parte rei esse modaliter entitativè distinctam ab existentia rei durantis: alij vero, (in consequenter ad ea quæ in 1. p. Logicæ. disp. 3. q. 3. per totam, acriter impugnarunt) defendunt solum esse ex natura rei ab existentia rei durantis distinctam. Ita Magister Lerma. in præfenti.

6. Secunda docet, durationem esse ab existentia rei durantis realiter entitativè indistinctam, solumque esse à parte rei expressivè ab illa distinctam per ordinem ad diversa connotata: nam existentia, prout connotat actionem productivam, vel prout rem in primo instanti ponit extra omnes suas causas, exercet munus existentia; & ut connotat actionem conservativam, remque in ordine ad tempus extendit, ratione permanentiæ, & continuationis, formaliter ab existentia, & effectivè ab actione conservativa dimanantis, exercet munus proprium durationis. Ita Magister Suarez. disp. 50. Metap. sect. 9. 2. nu. 4. vsq; ad 10. & ex Thomistis aliqui moderni doctissimi. In huius sententiæ gratiam, sit.

§. III.

Conclusio.

7. **N**ec tempus ab existentia motus, nec quævis alia duratio est ab existentia rei durantis realiter modaliter distincta. Hanc nostram conclusionem pro-

bant aliqui ex superfluitate omnino fugienda: alij ex inseparabilitatis nexu: alij ex nominis significatione: nā durare nihil aliud significat, quam perseverare in esse, seu existentia: sed licet ista rationes aequaliter nostram probent conclusionem; nihilominus efficacius illam probo. Præcise per hoc, quod res connotet actionem conservativam, vel quod in secundo instanti sit existens (secluso omnino alio modo) intelligitur durans: utique quia ut sic intelligitur cum perseverantia in esse, seu in existentia: ergo nec tempus, seu duratio motus primi mobilis est ab existentia ipsius motus realiter distincta; nec alia quævis duratio ab existentia rei durantis.

8. Dices primo rem (ut sic intellectam, non esse formaliter, sed solum fundamentaliter durantem, seu in existentia permanentem: nō aliter ac duæ albedines absque similitudinis relatione tantum sunt fundamentaliter similes. Sed contra est: nam res, ut sic intellecta, intelligitur cum continuatione formali, & perseverantia formali in esse: ergo cum duratione formali. Antecedens probatur: nam perseverantia, seu continuatio tunc est formalis, quando perfectio, supra quam cadit continuatio, & perseverantia, est formalis; sed existentia secundi instantis est formalis: ergo illius continuatio, & permanentia est formalis.

9. Dices secundo existentiam secundi instantis esse continuatam
for.

Disputatio secunda. Quæstio prima.

formaliter, ratione alicuius modi superadditi. Sed contra est: nam Deus absque tali modo, sine aliqua necessitate excogitato à Thomistis, potest entitatem producere: præcipuè cum in primo instanti sue productionis res non sit durans; ergo & illam absque illo formaliter conseruare: cum conseruatio non sit noua entis productio; sed solum entis iam producti manutentionia: aliàs talis actio in secundo instanti non esset tantum conseruatio; sed etiã productio. Ex hoc non licet inferre durationem, (saltem quoad denominationem, & expressionem) non esse distinctam ab existentia rei productæ: nam (in ferè omniam opinione) res in primo instanti existens dicitur formaliter existens, & non formaliter durans; sicut dicitur in tali instanti formaliter producta, & non formaliter conseruata: & ratio vtriusque est: quia in tali instanti deficit connotatum ad has denominationes essentialiter prærequisitum.

§. IV.

Primum opposita sententia fundamentum.

10. **P**rimum at aduersarijs maxime appetitum sic se habet. Aeternitas, (quæ est duratio intrinseca Dei) est saltem virtualiter eminenter ab ipso Deo distincta; sed id quod est in diuinis virtualiter distinctum, est in creatis realiter entitatiuè distinctum: et

go in creatis duratio est ab existentia rei durantis realiter entitatiuè distincta. Hoc argumentum constat ex Dico Thomæ. 1. p. q. 10. ar. 2. vbi sic ait: *quod in Deo duratio propria eius non distinguitur ab illo; secus vero in creaturis.* ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem vniuersaliter intellectam: nam plura sunt, quæ in diuinis sunt virtualiter distincta, absque eo quod in creaturis realiter entitatiuè distinguantur: vt constat in rationibus fundandi relationes paternitatis, & filiationis, quæ in creatis, (in opinione Thomistarum) non sunt realiter entitatiuè distinctæ; etiam si in Deo virtualiter sint distinctæ.) Ad auctoritatem Diui Thomæ mihi omnino respondeo Doctorem Sanctum asserere durationem in creatis esse, nedum virtualiter; sed entitatiuè distinctam; quia existentia à duratione indistincta, est in creatis ab essentia realiter entitatiuè distincta: si ergo Doctor Angelicus in his verbis affirmasset, esse nedum ab essentia; sed etiam ab existentia realiter entitatiuè distinctam, in consequenter pluribus in locis assereret existentiam, & non durationem esse vltimum essentia actum: cum hæc post illam essentia adueniret.

11. Nec valet dicere existentiam esse vltimum essentia actum: quia ipsa in se non recipit alium; etiam si ad existentiam duratio præsupponatur; nõ aliter ac intellectus præsupponitur ad voluntatem; etiam

si ista in illo non recipiatur. Non (inquam) valet: nam duratio (etiã in opinione Thomistarum) est existentia modus; sed omnis modus recipitur in re, cuius est modus: ergo duratio ab existentia distincta nedum præsupponit existentiam; sed etiam in ea recipitur tanquam modus illam modificans, & actiuans: quod non valet verificari de voluntate: quia hæc non est intellectus modus.

12. Infurges ex Philosopho. 9. Metap. tex. 29. vbi sic ait: *tempus, secundum alios, motum esse; re tamen vera non nisi passionem eius*: ergo ex mente Philosophi tempus (quod est duratio motus circularis primi mobilis) est à motu distinctum; sicut passio distinguitur ab essetia; sed passio est ab essetia realiter entitativè distincta: ergo duratio motus est à motu realiter entitativè distincta. ¶ Primo respondetur (iuxta dicta) Philosophum in præsentia non asserere, tempus, (vel durationem motus) esse realiter passionem motus existentis; sed solum motus: quod libenter fateor: cum existentia cuiuscumq; rei creatæ sit ab eius essetia realiter distincta. ¶ Secundo respondetur, tempus esse per rationem passionem motus, ad eum modum, quo natura potest per rationem vocari essetia passio: quia per rationem essetia se habet vt ratio à priori naturæ.

§. V.

Secundum fundamentum

13. **D**Vratio motus localis est à motu locali, illiusq; existentia realiter distincta: ergo tempus, seu duratio motus primi mobilis est ab entitate motus, illiusque existentia realiter distincta. Consequentia est certa. Antecedens probatur. Motus locales secundum se, & quoad suas partes, existentes æquales, possunt esse in duratione inæquales; & è contra, motus locales in duratione æquales possunt esse secundum se, & quoad suas partes existentes inæquales; sed æqualitas, & inæqualitas nequit absque distinctione reali reperiri: ergo duratio motus localis est à partibus existentibus ipsius motus realiter distincta. Maior quoad primam partem probatur: nam si æquus in tempore vnus hora per transiret vnâ leucam, & alius in spatio dimidiæ motu celeriori illam pertransiret; tunc partes existētes horum motuum sunt æquales secundum extensionem propriâ: (cum idem spatium, quod est extensionum regula, pertranscant) & tamen durationes sunt inæquales. vtiq; quia tempus, quod est durationum regula, est diuersum: ergo partes existentes horum motuum sunt inæquales in duratione. Secunda pars eiusdem maioris probatur: nam si in illa hora vnus duas leucas, & alius vnâ percurrat; tunc durationes sunt æquales: cum vnâ sit vtriusque tempus; & tamen partes motus sunt inæquales: cum diuersa percurrant spatia: ergo inæqualitas motuum

com

Disputatio secunda. Questio prima.

compatitur cum æqualitate durationum. Huic argumento respondet (& benè) Magister Suarez loco supra citato negando antecedens: & ad probationem dicit illas duas durationes posse dupliciter considerari: primò secundum se, & secundum propriam extensionem, seu durationem intrinsecam, quã habent: secundò secundum correspondentiam ad spatium extrinsecum, seu secundum durationem extrinsecam: & in prima acceptione durationes illæ dicuntur absolutè equales; sicut motus, quorum sunt durationes: & in secunda dicuntur inæquales in quantum correspondent inæqualib⁹ spatijs. Quod vero nulla detur repugnãtia in hoc, quod eadem res, ratione alicuius qualitatis adiunctæ, sit secundum se alteri equalis, & inæqualis, in ordine ad mensuram extrinsecam, constat in duplici quantitate permanenti æquali; quarum vna propter raritatem, aut densitatem sibi adiunctam maiori, vel minori correspondet spatio, quam alia: haud aliter in præsentia: illæ duæ durationes æquales secundum se, propter celeritatem, & tarditatem inæqualibus correspondent temporibus, & spatijs: nam motus velox habet partes suæ extensionis, & durationis quasi compressas, & condensatas; & tardus è conuerso habet partes quasi raritate affectas; & ideo motus in durationibus intrinsecis æqualis, diuersa, & inæquali correspondet durationi extrinsecæ. Pro perfecta tamen huius

solutionis noticia nota hoc argumentum debere solui ab aduersarijs: nam in eorum opinione si Deus denuo Angelum crearet, haberet in primo instanti suæ creationis tantam durationem intrinsecam, ac Angelus à prima conditione vniuersi creatus; licet quo ad nos, & in ordine ad nostrum tempus minorem haberet durationem: ergo in ipsorum opinione optimè stat æqualitas intrinseca durationum, cum inæqualitate extrinseca per ordinem ad aliquod extrinsecum.

14. Nec valet dicere (cum Cöplutenribus) duo æna angelica esse secundum se æqualia, & inæqualia: quia existunt æquali, vel inæquali tempore. Non (inquam) valet: nã æna angelica, secundum se semper sunt æqualia; licet per ordinem ad nostrum temp⁹ possint ab extrinseco habere inæqualitatem, ortam ex annihilatione, vel ex noua creatione alterius.

15. Nec iterum (cum alijs) valet dicere hos motus, in partibus, æquales posse esse in duratione inæquales. Nō (inquam) valet: nam in tali casu (vt dixi) inæqualitas non est respectu durationis intrinsecæ; sed extrinsecæ. Et adde durationem extrinsecam, seu tempus, manifestare nobis durationem intrinsecam rerum, si res non sint aliquo predicatosyncategorematico affectæ; vt contingit in his motibus, quia à celeritate, & mora sunt affecti.

16. Nec denique valet dicere hos modos condensationis, & raritatis non

non habere locum in successivis, cuius partes cum non sint simul, non possunt inter se condensari, & quasi comprimari. Non (inquam) valet nam motus, qui in tempore dimidia hora pertransit spatium, quod alius pertransiret in tempore vnius, absque dubio est condensatus: utique quia in omnium ore vterque motus easdem habet partes.

§. VI.

Tertium argumentum.

17. **T**ertium argumentum sic procedit. Separatio est realis distinctionis evidens signum; sed duratio separatur ab existentia rei durantis: tum quia in primo instanti est existens, & non durans: tum quia hodie non habet durationem, quam mane potest habere: ergo duratio est ab existentia rei durantis realiter distincta. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: separatio est signum distinctionis, eo modo quo est separatio, concedo maiorem: alio modo nego maiorem, & distinguo minorem: duratio separatur ab existentia quoad expressionem, concedo minorem: quoad entitatem, nego minorem: & consequentiam: nam res in primo instanti existens habet entitatem durationis; licet tunc defectu connotati, scilicet, actionis conservativæ, non exerceat durationis expressionem: & similiter, res permanens

hodie durans, habet (quantum ad rectum, durationem, quam mane habebit; licet defectu connotati, scilicet, temporis, quod mane existet, non exerceat durationis creativæ expressionem. Ut ergo res permanens dicatur mane, & non hodie durans, non requiritur mutatio intrinseca ex parte rei durantis; sed solum ex parte temporis: (non aliter ac ut species Angelorum representent futura, quæ non representabant defectu existentie, non est opus, quod species aliter entitativè se habeant, sed solum quod hæc alietas entitativa detur ex parte futurorum: pariter in presenti. Notanter dixi: ut res permanens sit cras durans nam et successiva sit cras durans, non solum requiritur mutatio intrinseca ex parte temporis connotati; sed etiam ex parte ipsius rei successivæ: quia duratio rei successivæ, non consistit in hoc, quod entitas primo producta manuteneatur, & conservetur in esse, quod in primo instanti accepit, sed ulterius, quod illius partes cum successione continua percurrant; ita ut vna non sit in eodem temporis instanti cum alia.

18. Dices. Si res permanens quantum ad durationem non est formaliter successiva: ergo idem est in ea esse, fuisse, & fore; hoc implicat: nam duratio, quæ fuit, non est nec quæ nunc est, fuit: ergo sicut res successiva admittit successionem in entitate, &

Disputatio secunda. Quæstio prima.

duratione, sic permanens in duratione. ¶ Respondetur primo negando suppositum maioris: nam ex se entitas permanens, dum existit, non habet esse, fuisse, & fore; sed solum esse. ¶ Secundò responderetur distinguendo maiorem claritatis gratia: idem est in re permanenti *esse, fuisse, & fore quoad verum rei durantis, concedo maiorem: quoad obliquum temporis connotati, nego maiorem: minorem: & consequentiam: nam eadem entitas permanens, existens in ordine ad diversas temporis differentias, his gaudet denominationibus, absque eo quod ex parte formæ in *verbo* denominantis aliqua detur intrinseca mutatio: quia res permanens, quamdiu durat, ex se semper habet esse; licet in ordine ad tempus habeat fuisse, & fore. ¶ Ratio huius est: nam ut res permanens, quamdiu durat, habeat fuisse simpliciter opus est, quod id quod fuit, non sit; sed in re permanenti id quod fuit heri, est hodie: ergo ex se, quamdiu durat, semper habet esse, & nunquam fuisse, nisi in ordine ad tempus, quod absolutè has habet denominationes. Ex quo colligo successionem formalem in rebus permanentibus creatis non posse reperiri in entitate intrinseca pro tempore quo sunt existentes; sed solum pro tempore quo sunt, & non sunt: id est, quo durant, & non durant: nam res permanens creata, quæ nunc est, potest*

non esse; & quæ nunc non est, potest esse: unde hæc *successio* (ad distinctionem successionis entitatis successivi) debet *priuativa* appellari: & ratio est: nam *successio* entis successivi ex parte utriusque extremi est *positiva*; at vero permanentis, licet ex parte unius extremi sit *positiva*; tamen ex parte alterius, est *priuativa*: & ideo ab ea tanquam à defectu accipit denominationem: iuxta Lud I philosophi: *malum ex quo nunc quæd fuit.*

19. Replicabis. Duratio rei permanentis augetur, absque eo quod illius existentia augeatur: utique quia eras magis durabit, quam hodie: ergo duratio rei permanentis est ab illius existentia distincta: cum idem non possit augeri, & non augeri. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: duratio rei permanentis augetur, *quoad entitatem*, nego antecedens: *quoad expressionem, seu connotationem*, concedo antecedens: & distinguo consequens: duratio est ab existentia distincta *expressione*, concedo consequentiam: *entitative*, nego consequentiam: nam eadem res permanens præcisè per hoc, quod plures temporis connotet differentias, dicitur magis durans extrinsecè, & intrinsecè *non absolutè*; sed *secundum quid*, in ordine ad durationem extrinsecam. Et quod hoc augmentum possit dari absque mutatione intrinseca entitativa rei durantis, constat in

in entitate alba vt quatuor, quæ habet similitudinem (saltem in-adequatam) cum alia entitate alba vt duo; & tamen si hæc fiat alba vt quatuor; alia, quæ antea erat vt quatuor alba, augetur in similitudine; non quia datur mutatio intrinseca entitatiua ex parte illius; sed quia ex parte entitatis vt duo albæ datur intrinseca mutatio: haud aliter in presenti.

§. VII.

Quartum fundamentum.

20. **Q**uartum sic procedit. Existencia prius aduenit rei, quam duratio: tum quia duratio est permanentia in esse: tum quia existencia est magis intrinseca rei, quam duratio; sed quidquid aduenit enti existenti, & in actu, aduenit ei tanquam accidens distinctum: ergo duratio est accidens ab existencia rei realiter distinctum. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: prius aduenit rei existencia, quam duratio; prius *expressiue*, concedo maiorem prius *entitatiue*, nego maiorem: & distingo minorem: quidquid aduenit rei existenti aduenit ei tanquam accidens distinctum *realiter*, vel *per rationem*, concedo minorem: *realiter semper*, nego minorem: & consequentiam: nam duratio comparatur existentiæ, sicut natura

Tom. 1. pars 1.

comparatur essentiæ; & ita sicut hæc solum per rationem est magis intrinsecam, absque eo quod realiter distinguatur ab illa; sic existencia est duratiue magis intrinseca, absque eo quod inter illas entitatiua, & realis sequatur distinctio.

21. Dices. Duratio in ordine ad tempus, se habet sicut *vbi* in ordine ad locum; sed *vbi* est à re in loco existente realiter distinctum: ergo duratio est à re in tempore existente realiter distincta. ¶ Respondetur negando maiorem: nam duratio respectu temporis se habet sicut quantitas respectu loci; & similiter presentia temporalis prædicamenti, *quando* constitutiua, se habet sicut presentia localis prædicamenti *vbi* constitutiua: vnde sicut quantitas est ratio fundandi vocationem, & est à re quanta realiter distincta; sic existencia, seu duratio est ratio fundandi *quando*, & est à re existente realiter distincta: & similiter sicut *vbi* constituit formaliter rem in hoc loco, sic *quando* constituit formaliter rem in hoc tempore: quare duratio fundans *quando* ex adiacentia rei ad tempus, non se habet respectu rei durantis sicut *vbi*; sed sicut quantitas fundans *vbi* ex adiacentia corporis ad locum.

(.)

Disputatio secunda Quæstio secunda.

QVÆSTIO II.

Quid sit tempus, & quomodo illius assignetur existentia?

§. I.

Temporis definitio.

Tempus (secundum Aristotelem in presenti) est numerus motus secundum prius, & posterius: id est, est mensura motus secundum priorem, & posteriorem partem illius: nam motus habet extensionem, & mensuram, secundum prius, & posterius formaliter a tempore: in hac ergo definitione *ly numerus* sumitur à Philosopho non pro numero numerante; sed pro numero numerato: (vt communiter docet Philosophi in presenti.) Ex definitione apposita constat tempus tam secundum suam perfectionem essentialem, quam secundum accidentalem; id est, tam quoad actum primum, quam quoad actum secundum mensuram, esse ex se, & in ordine ad intellectum diuinum, aliquid reale; licet quoad nos solum quoad actum primum sit aliquid reale.

2. Ratio primi est: nam tempus (vt nunc suppono ex dictis, quæstione antecedenti) est *duratio motus primi mobilis*; sed motus primi mobilis, absq; aliqua fictione, durat, seu permanet in suo esse successiuo: ergo & tempus absque fictione durat, & permanet in proprio esse. Tum sic: hæc duratio non so-

lum aptitudinaliter, sed actualiter est mensura intrinseca motus primi mobilis: cum actu faciat illum in esse perseverare: ergo tempus, quantum est ex se, & in ordine ad intellectum diuinum, (res vt sunt in se proprie, & simul cognoscentem) realiter est mensura, nedum aptitudinalis; sed actualis motus.

3. Ratio secundi sumitur ex Philosopho. 4. physic. text. 111. vbi sic loquitur: *impossibile est tempus esse, si anima non sit.* & ex Diuo Thoma. lect. 23. vbi ait: *tempus, absque anima, esse imperfectius ens;* ergo ex mente Aristotelis, & Diui Thomæ tempus accipit ab anima, seu ab intellectu, perfectionem accidentalem, seu actum secundum mensuram.

¶ Ratione vero sic probo secundam partem asserti. Nulla res magnæ quantitatis continæ potest in ordine ad nostrum intellectum habere rationem actualis mensuræ, quæ etiam si paræ sit quantitatis, est in quatuor palmos diuisa; sed motus successiuus, & continuus primi mobilis est maximæ quantitatis: ergo non potest in ordine ad nostrum intellectum obtinere rationem actualis mensuræ; nisi prius diuidatur in annos, menses, dies, & horas. Tum sic: hæc actualis diuisio à parte rei non est in motu primi mobilis: cum sit ex propria ratione continuus: ergo tempus in ordine ad nostrum intellectum in esse numeri, vel quoad nos, secundum perfectionem accidentalem actualis mensuræ, est aliquid rationis. Maior syllogis.

logismi principalis, (in qua est difficultas) probatur, ex eo quod intellectus humanus ut finitæ, & limitatæ vitæ non potest res valde magnas totaliter & adæquatè; sed discernere, & per partes cognoscere.

4. Dices, secundum Philosophum, tempus essentialiter, quoad nos, est numerus numeratus; sed numerus numeratus, sicut numerans, includit actualem diuisionem à tempore realiter non possessam: cum sit continuum: ergo tempus tam quoad actum primum, quàm quoad secundum, est aliquid rationis.

¶ Respondetur distinguendo maiorem: tempus essentialiter est *numerus numeratus aptitudinaliter*, concedo maiorem: *actualiter*, nego maiorem: & distinguo minorem: numerus numeratus includit actualem diuisionem; si sit *actualis*, concedo minorem: si sit *aptitudinalis*, nego minorem: & consequentiam: nam numerus in definitione positus, stat pro mensura, quæ nec quoad nos est essentialiter numerus numeratus actualis, nec exigit diuisionem, quàm postea ut sit actualis, patitur.

§. II.

An conditiones ad rationem temporis requisite solum motus primi mobilis conueniant?

5. **S**uppono (ut certum) durationem contractam ad accidentalem perfectionem mensuræ

Tom. 1. pars 1.

esse propriam temporis. Nunc quod explicandum restat, est; an hæc propriè solum inueniatur in motu primi mobilis; vel an simul in motibus successiuis aliarum rerum? Mensura ergo extrinseca rerum, qua nosse intellectus cognoscit durationes intrinsecas aliarum rerum tres exposcit conditiones: *prima*, quod aliquomodo sit indiuisibilis, & *prima*: id est, quod sit minimum, & primum sui generis: *secunda*, quod sit vniformis, & inuariabilis: *tertia*, quod sit notior alijs sui generis.

6. His ergo suppositis conditionibus ut certum est tenendum, vnũ dicitur at numero tempus dari in rerum natura, quod cum omni proprietate est motus primi mobilis: constat hæc nostra conclusio ex Diuo Thoma, in 2. dist. 12. q. 1. ar. 5. ad 3. vbi ait: *numerum cuiuscumque successionis dici large tempus*: ergo secundum mentem Diui Thomæ motus successiuis, ut sic, propriè non obtinet temporis perfectionem. Ratione vero ex conditionibus desumpta probatur. Motus primi mobilis in suo genere habet maiorem indiuisibilitatem, quam potest habere: cum sit omnium velocissimus; & etiam est ex se inuariabilis, & vniformis; & denique est notior, & primus: cum ab illo omnes dependeant, & ille à nullo: ergo solum iste est, cum omni rigore, cæterorum mensura: ergo solum iste, cum omni proprietate, habet rationem temporis.

7. Infurges ex Aristotele. 4. phy. sic.

Disputatio secunda. Quæstio secunda.

hic. text. 172. vbi sic docet: *tempus est numerus cuiuscumque motus*: & ex cap. 10. vbi etiam docet: *tempus esse ubique: quia ubique est, aliquis motus*: ergo ex mente Philosophi ratio temporis nõ est ad motum primi mobilis determinata; sed etiã reperitur in alijs motibus successiuis: cum motus cœli non sit vbi-que. ¶ Respondetur Philosophum solum loqui de tempore in lata acceptione, in qua solum exprimit rationem durationis successiue; non vero in *stricta*, in qua exigit omnes condiciones supra assignatas. Ex his constat motum horologij non esse tempus; sed signum temporis: cum ex se non sit mensura prima, & invariabilis; sed signum mensurę primę, & invariabilis primi mobilis; non aliter ac Sol, & Luna sunt tantum temporis signa iuxta illud Genesios. 1. *fiant luminaria in firmamento cœli; ut sint in signa, tempora, dies, & annos.*

§. III.

Referuntur sententiæ:

3. **A**D secundam igitur huius certaminis deueniẽdo partem, prima in hac re sententia asserit, tempus non solum existere ratione instantis; sed etiam ratione partis minutissimę. Ita Suarez, disput. 50. Metaph. c. 19. Conimbricenses, Rubius, & Plaza in præfenti.

9. Secunda docet, tempus existere ratione instantis indiuisibilis

copulatiui, partẽ præteritam cum futura nec tẽris. Ita Albertus Magnus, Maffius, & omnis Thomistarum schola, cum suis Magistris, Aristotele, Anselmo, & D. Thoma locis infra citandis. In huius sententię obsequium, sit.

§. IV.

Conclusio:

10. **T**Empus existit non ratione partis copulatiue; sed instantis copulatiui; ratione cuius pars præterita inadæquatẽ, & successiue, cũ futura existit. Hęc nostra conclusio constat ex definitione temporis à Philosopho assignata: & etiam ex nostro Anselmo in Monologio, cap. 27. vbi hæc habet verba: *quoniam vero omnia alia secundum aliquid mutabiliter aliquando aut fuerunt, aut erunt, quod non sunt, aut sunt, quod aliquando non fuerunt, vel non erunt: & quoniam hoc; quia fuerunt, iam non est, id autem scilicet, quia erunt, non dum est; & hoc quia in labili, breuissimoq; & vix existente præsentis sunt, vix est: quoniam ergo tam mutabiliter sunt, non immerito negatur simpliciter, & perfectẽ, & absolute esse, & asserunt fere non esse, & vix esse: deinde cum omnia quecumque aliud sunt, quam ipsa; de non esse veniunt ad esse; non per se; sed per aliud. Quid expressius pro nostra conclusione vbi docet, *partes temporis non per se, sed per aliud, quod vix est; videlicet, per indiuisibile, aduenire ad præsens, seu ad esse: quod idem est.**

est. Constat denique ex Diuo Thoma, lib. 4. physic. lect. 23. & opusc. 44. cap. 1. vbi sic fatur: intelligendū est, quod esse successiuarum consistit in hoc, quod existat secundum aliquod indiuisibile sui: quia quaelibet pars successiuus est diuisibilis in diuersas partes; si ergo successiuum existeret secundum aliquam partem, sequeretur, quod multa partes successiuus simul existerent; quod est contra rationem successiuorum. Ex qua au storitate sic probo meam conclusionem: (vt constabit ex dicēdis infra, lib. 6. disp. 1. q. unica.) Quaelibet pars (quantumuis minima, & imperceptibilis) continui est diuisibilis in plures partes; sed de ratione continui successiuui est, quod vna pars sit post aliam, & non cum alia: (vt cōstat ex definitione temporis) ergo si non existit ratione indiuisibilis continuatui; sed ratione partis continuatæ, tempus non erit continuum successiuum; sed permanens. Consequentia probatur. Continuum permanens est illud cuius partes sunt simul; sed in parte quantumuis minutissima temporis sunt plures partes simul, & adæquate existentes: ergo si tempus existit ratione partis, erit cōtinuum permanens, & non successiuum. Confirmatur, si Deus produceret hoc ordine quantitates permanentes, vt in instanti A. v. g. produceret vnam vnam, & in instanti B. aliam, cum prima continuatam, cum destructione alterius vnae in instanti. A. productæ, & sic in infinitum, absque dubio longitudo ex vlnis

Tom. 1. pars 1.

producta, non esset successiuus; non alia ratione nisi quia in qualibet vna dātur plures partes simul existentes; etiam si relativē ad alias præteritas, & futuras habeat aliquam successione, & fluxum: ergo similiter ad rationem temporis non sufficit, quod vna pars existat, post aliam, si pars existens simul habeat plures partes. Nota tandem hanc doctrinam non esse solius temporis; sed etiam cuiuslibet cōtinui successiuui.

6. V.

Argumenta contraria sententiæ.

11 **P**rimum sic se habet. In tempore dantur partes præteritæ, & futuræ, ratione sui: ergo ratione sui præsentis: cum præteritum sit, quod fuit præsens, & futurum id quod erit præsens; sed istæ partes ratione sui sunt futuræ, & præteritæ: ergo ratione sui debent esse existentes: alias ratione alterius essent futuræ, & præteritæ: cum existentia debeat futuri, & præteritioni proportionari. ¶ Responderetur concedendo antecedens: & negando consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: præteritum est quod fuit præsens, præsentia adæquata, vel inadæquata, vel ratione sui, seu alterius, concedo antecedens: adæquata tantum, vel ratione sui, semper nego antecedens: & consequentiā. Ad probationem concedo minorem subsumptam: & nego consequentiam: nam argumentum procedit

Disputatio secunda. Quæstio secunda.

cedit à modo quo regulariter loquendo res permanentes existunt, ad modum successuarum: in quo magna reperitur fallacia: nam res permanentes, regulariter loquendo, ratione sui sunt futura, præterita, & existentes, ratione instantis, quod (vt virtualiter diuisibile) reddat partem futuram initiatiue existentem, & præteritam terminatiue. Notanter dixi: *hoc accideret in permanentibus regulariter loquendo*: nam materia prima ex se est præterita, & futura; & tamen ratione sui non existit; sed ratione forma: si ergo in permanere potest hæc inæqualitas reperiri, quare in successiuis non poterit dari.

12. Dices. Quando est existens instans, tunc pars præterita iam fuit, & futura non dum est: cum futurum, & præteritum importent carentiam existentiam: ergo partes existere ratione instantis, idem est, ac esse futuras, & præteritas, quod idem est, ac non existentes. ¶ Respondetur dicitur quædo antecedens quoad primam partem: quando est existens instans, pars præterita iam fuit, initiatiue cædo antecedens: terminatiue nego antecedens: & è conuerso distinguo secundam partem antecedentis: & nego consequentiam: nam partes, quæ ratione sui sunt præterita, & futura, ratione instantis sunt existentes: vnde licet futuritio, & præteritio partium permanentium includant carentiam adæquatam existentiam; non tamen successuarum, in quibus solum datur carentia inadæ-

quata existentiam, vt in ordine ad illam sint partes futura ratione sui, & existentes ratione vnius instantis.

13. Replicabis. Partes temporis sunt extensa, & quantæ: ergo nequeunt existere per existentiam instantis, quod extensione carer.

¶ Respondetur concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam sicut indiuisibile continuuum quantitatis permanentis potest, ratione extensionis virtualis, vni, & terminare vtramque partem inadæquate, sic in stas indiuisibile temporis potest, ratione extensionis virtualis, reddere vtramque partem inadæquate existentem.

14. Secundum sic procedit. Post instans determinatum, vel sequitur immediate aliud instans, vel aliqua pars temporis: si primum: ergo tempus coalescit ex solis indiuisibilitate: si secundum: ergo in tempore datur pars præsens. ¶ Respondetur post primum instans sequi partem futuram *et quod* in ratione præterita, & instans *et quo*, ratione cuius existit pars quæ fuit futura in ratione præterita cõsummativè: nam illa, quæ ratione instantis primi, erat *et quod* existens in ratione futura; ratione sequentis est *et quod* existens in ratione præterita.

15. Dices. Pars futura, & pars præterita existunt ratione instantis: ergo non vt futura, & vt præterita; sed vt præsentis: ni dicas præsens esse simul cum præterito,

& futuro. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam optime ita in successivis, quod partes ratione sui sint futurae, & praeteritae; & quod ratione instantis sint praesentes: ex quo non sequitur quod alia futurae, & simpliciter debeant dici praesentes; cum hoc non habeant ratione sui; sed ratione instantis, negantis unam partem per modum principij, & aliam per modum finis.

16. Replicabis: ergo duae partes temporis sunt simul in instanti co-

putatio; sed haec similitas repugnat enti successivo: ergo & quod existant ratione instantis indivisibilis. ¶ Respondetur concedendo consequentiam. Ad probationem nego minorem subsumptam: nam enti successivo non repugnat quod partes simul existant ratione instantis; sed quod ratione sui simul existant; sicut non repugnat, quod omnia entia successiva sint cum similitate in aeternitate licet repugnet quod in se illam habeant.

(..)



QVINTVS

PHYSICORVM.



VM Philosophus in tertio libro de motu, in quarto de tempore, & loco, (in quibus corpora presentiam habet) disputauerit in hoc quinto, de Termino, seu de his ad quæ tendit motus, & simul de conuenientia, & oppositione, quæ ratione terminorum inter motus reperitur: vt illius, & entis mobilis cognitio paulatim crescat, perfectam intendit tradere notitiam. Huius libri discursus sex capitibus accipit finem: in duobus primis aliquas diuisiones, & terminum motus designat: in tertio aliquarum uocum significationem declarat: & denique in tribus ultimis contrarrietatem, & motuum conuenientiam præscribit.

DISPVATIO VNICA DE TENDENTIA, ET SPECIFICATIONE MOTVS.

CVM motus essentialiter sit tendentia, & via, mobilis ad aliquem terminum sibi acquirendum; consequens est, vt dicat ordinem, seu respectum transcendentem ad illum, & ab eo unitatem, & speciem accipiat; sed prius est declarandum, quæ sine illa entia, quæ per se motum terminare possint. Ad quod, sic.

QVÆSTIO. I.

Quenam predicamenta, per se valeant motum terminare?

§. I.

Lux tituli.

I. PRO quæstionis luce nota primo motum (in presenti) accipi à Philosopho pro motu successiuo contiguo, qui paulatim, & per partes acquirit terminum; nõ vero pro causalitate, quæ abstrahit à motu successiuo, & instantaneo; qui proprie mutatio dicitur, à mo-

à motu successiuo, vel propriè dicto, distincta in hoc, quod mutatio versatur inter priuationem, & formam positivam: (vt constat ex dictis, lib. 1. disp. 1. q. 2.) nam (secundum Philosophum) mutatio est transitus de non esse, ad esse, vel de esse, ad non esse: at verò motus, qui ex se duplicem includit mutationem, versatur inter terminos positivos, & contrarios: nã secundum Philosophum in præsentibus: *motus est, qui habet partes secundum prius, & posterius.*

2. Nota secundò cum Philosopho in hoc libro, quod vt per se detur motus ad aliquem terminum, per se requiritur aliqua distantia media inter terminum à quo, & terminum ad quem: quod de se patet: nam cum termini sunt immediati, transitus ab vno ad alium, nõ potest esse successiuus, seu habere partes secundum prius, & posterius: imò hæc distantia est, quæ maximè requiritur in motu: quia ratione illius cognoscim⁹ motum esse magnum, aut paruum, habere quæ prioritatem, & posterioritatem secundum partes. Ex hoc notabili nascuntur aliæ conditiones requisitæ per se ad motum; videlicet, quod sit inter terminos positivos: nam inter terminum à quo, & ad quem, quãdo alter est negatiuus, non datur distantia: quia inter negationem, & affirmationem oppositam nihil mediat.

3. Nota tertio hanc distantiam esse attendendam secundum omnes partes mobilis; quando secundum

se totum mutatur; nam motus localis datur, quãdo mobile terdit in locum sibi immediatum; quia licet nihil mediet inter primum terminum, seu superficiem termini à quo, & vltimum seu superficiem termini ad quem; datur tamen distantia media inter primam partem termini à quo, & vltimam termini ad quem: quod sufficit ad motum: nã dum aliquis mouetur ad locum alterius sibi coniuncti, pars prima termini à quo, distat ab vltima termini ad quem. Quare necesse est, ad motum successiuum, quod inter terminum à quo, & ad quem sit aliqua quantitas propria, aut modalis, vera, vel imaginaria; vnde licet indiuisibile mediet inter terminum à quo, & ad quem, non sufficit ad motum localem; quia secundum quantitatem, & non secundum indiuisibilia indicatur distantia inter terminos: ex quo dimanat, quod non ad omnem qualitatem datur per se motus: qualitas enim quæ nõ suscipit magis, & minus; vt figura, per se non est terminus motus successiuus: nam inter illam, & terminum à quo sive productionis non datur aliqua distantia, cum non sit quantitas secundum quam possit atteri distantia.

4. Nota quarto, quod licet ad motum successiuum requiratur inter terminos motus prædicta distantia; tamen hæc sola nõ sufficit; sed vltèrius requiritur, quod mobile ex natura sua sit prius in huiusmodi distantia, quam quod perueniat ad terminum vltimum: nã

Disputatio vnica. Questio prima.

si mobile ex natura sua simul valet
attingere distantiam mediam, &
ultimam ter vnum, non moueatur
propriè successiuè: quare quamuis
concipiamus distantiam inter lu-
cidum, & vnum, & lucidum vt sex,
tamen non sufficit hæc distantia,
vt per se detur motus à lucido vt
vnum, ad lucidum vt sex: quia mo-
bile ex natura sua, simul hæc om-
nia potest attingere.

5. Nota quinto contrarietatem,
& oppositionem repertam inter
terminos motus non esse semper
omnino *rigorosam*: ita vt in eodem
sint subiecto, & ab illo mutuò se
expellât; sed multoties esse *latam*,
consistentem in hoc, quod termi-
nus à quo formaliter in esse termini
nō maneat cum termino ad quem:
ratio primi est, nam maior, & mi-
nor quantitas (quæ sunt termini
augmentationis) propriè non op-
ponentur: ratio secundi est, quia
licet in esse rei minor quantitas
sit in maiori; tamen formaliter in
esse termini, nō est, quia facta aug-
mentatione formaliter non manet
quantitas vt minor, licet minor in
maiori materialiter, sit. Explica-
tur hoc in numero binario, qui li-
cet in esse rei sit in ternario; tamè
formaliter in esse binarij non est in
ternario.

6. Nota denique, tunc dari per
se motum ad aliquod prædicamē-
tum, quando ex se, & non ratio-
ne alterius entitatis, po-
test motum ter-
minare.

(?)

§. II.

Ex notabilibus illatis.

7. **E**X diâis cōstat substātiā
per se non terminare motū:
nam licet substantia per nutritio-
nem acquiratur paulatim, & per
partes, tamen hoc non prouenit
ex termino nutritionis, per se, sed
per accidens ex termino augmen-
tationis simul cum nutritionis ter-
mino facto: nam licet substantia
materialis habeat ex se partes en-
titatiuas, tamen solum ratione
quantitatis, & non ex se habet hæc
partes latitudinem, & extensionē
essentialiter ex parte termini re-
quisitam, vt per se possit motum
terminare.

8. Etiam ex his est manifestum
relationem non posse per se mo-
tum terminare, quia relatio ex se
resultat ex alio termino, qui per
se terminat motum, vel mutatio-
nem: vnde licet aliquando relatio-
nes successiuè adueniāt, & varien-
tur, tamen per se ad illas nō datur
motus: quia hæc successio per acci-
dens eis conuenit, ratione funda-
menti, in quantum fundamentum
successiuè acquiritur.

9. Liqueat etiam, actionem, &
passionem, per se non terminare
motum: nam actio, & passio iden-
ticè sunt motus, aut mutationēs;
& ad motum non est motus, nec ad
mutationem est via.

10. Rursus est manifestum ha-
bitum, motum per se non termina-

re:

re: quæ nec ad denominationem huius prædicamēti requiratur motus: videlicet, applicatio habitus, seu vestis ad rem vestitam; tamen hæc applicatio motus localis est: qui per se terminatur ad præsentiam in loco, & nō ad huiusmodi applicationem; quamvis ex intētionē applicantis valeat ad illam terminari: Idemque dicendum est, de situ, qui per motum localem communiter variatur; nam motus localis per se terminatur ad *vbi* determinatum, ad quod cōsequitur diversa partium positio, in qua consistit diversitas situs.

11. Denique, quod ad prædicamētum *quando* nō detur per se motus, liquet etiam ex dictis: nam ut mobile habeat præsentiam in diversis temporibus, nō requirit aliquem motum: utique quia licet immobile permaneat, habebit in illis præsentiam.

12. Sed non est despiciendum discriminē quod versatur inter præsentiam in loco, & in tempore: nam ad habendam præsentiam successivē in loco, requiritur successio, & motus ex parte mobilis: cæterum ad habendam præsentiam in tempore, non requiritur successio, nec motus ex parte rei existentis in tempore: & ratio discriminis hæc, in hoc, quod locus essentialiter est immobilis; & ideo ut aliquod subiectum habeat in illo præsentiam, debet ad illum moveri: cum locus non possit ad subiectum pervenire: at verò tempus essentialiter est mobile; cum illius essentia in flu-

xu, & successione consistat: & ideo ad habendam præsentiam in alio tempore, nō requiritur, quod subiectum moveatur, & tendat ad tēpus; sed quod expectet adventum temporis: unde quādo dicimus subiectum habere successivē præsentiam in loco, successio se tenet ex parte subiecti: cæterum cum dicimus subiectum habere successivē præsentiam in tempore; successio potius se tenet ex parte temporis, quam ex parte subiecti.

§. III.

Conclusio.

13. **T**Ria tantum prædicamenta; scilicet, quæritas, qualitas, & vbi possunt per se motum terminare. Est Philosophi in præfenti: & probatur: quia solum hæc tria prædicamenta possunt per se, paulatim, & per partes acquiri, ratione propria latitudinis: ergo tantum hæc tria possunt per se motum terminare. Confirmatur. Motus successivus ad æquare dividitur in augmentationem, intensionem, & motum localem; tanquam in species subalternas: cum versentur inter terminos positivos cōtrarios; sed augmentatio, per se respicit maiorem quantitatem, intensio intensiorem qualitatem, & motus localis præsentiam localem: ergo ad hæc, tria per se datur motus.

14. Dices primò. Quantitas, & qualitas sunt proprietates substantiæ: ergo nō ratione sui; sed ratio-

Disputatio unica. Quæstio prima.

ne substantiæ sunt per se secundo productæ. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: quantitas, & qualitas sunt ratione substantiæ productæ in prima productione concedo consequentiam: in secunda: hoc est, quâdo ad illas terminatur augmentatio, & intensio nego consequentiam: nam in conclusione non intendimus, quod semper istæ entitates terminent per se motum; sed quod in illis detur capacitas, vt possint motum per se terminare.

15. Dices secundo. Quilibet terminus *ad quem* ante acquisitionem præsupponit carentiam sui in subiecto, ex quo fit: nam quantum bipedale producitur, ex non quanto bipedali; & album vt quatuor ex non albo vt quatuor; ergo huiusmodi termini in instanti, & nõ successiue acquiruntur: vtique quia transmutatio à non esse formæ ad esse formæ in instanti, & non successiue perficitur. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: quilibet terminus *ad quem* ante acquisitionem præsupponit in subiecto carentiam sui *formaliter quantum ad rationem terminandi*, concedo antecedens: *materialiter, & absolute quantum ad omnes partes termini ad quem*, nego antecedens: & consequentiam: nam licet subiectum quantum non moueatur ad terminum *ad quem*, quem in se habet; sed ad terminum *ad quem*, quo caret; tamen ille motus non est absolute à non esse formæ ad esse formæ: quia

subiectum quantum v. g. in augmentatione quantum in termino à quo habeat carentiam termini *ad quem*, quantum ad rationem terminandi, (iam & quantum ad aliquas partes termini *ad quem*) non tamen habet absolute carentiam termini *ad quem*; sed potius positue est sub aliqua parte termini *ad quem*; & hoc sufficit, vt transmutatio sit à positiuo in positiuum; quia mobile quantum bipedale, cū augetur, & fit tripedale, non mouetur absolute à non quanto in quantum: quia absolute cum est in utroque termino à quo, dicitur, & est, quantum; etiam si in illo non habeat illam extensionem, & quantitatem, quam habebit in termino *ad quem*.

16. Dices tertio. De ratione motus successiui est, quod mobile, partim sit in termino à quo, & partim in termino *ad quem*; sed in motu locali hoc non datur: quia cum mobile est in termino à quo, non est nec partialiter in termino *ad quem*; & è conuerso, cum est in termino *ad quem*, nec partialiter est in termino à quo: ergo motus localis proprie non habet rationem motus successiui. ¶ Respondetur negando minorem: nam mobile quantum (de quo in presenti) partim est in termino à quo, & partim in termino *ad quem*: cum secundum vnâ partem sit in termino, à quo exit, & secundum aliâ in altero, *ad quem* tendit: quod præcipue verificatur de corpore quanto, quod tendit in locum distantem: nam hoc dum est

in loco intermedio, est partialiter in utroque extremo; in termino *ad quem*; quia locus intermedius respectu termini *à quo* aliquo modo est terminus *ad quem*; in termino *à quo*; quia intermedius respectu termini *ad quem* desiderati, & intenti aliquo modo est terminus *à quo*.

QVÆSTIO. II.

A quo accipiatur unitas generica, & specifica motus successivi?

§. I.

Prænotantur aliqua.

1. **P**RO quaestione intelligentia primo notandum venit, quod sicut in scientijs datur duplex obiectum; *materiale* unum, à quo non sumunt speciem; & *formale* aliud, à quo illam accipiunt; sic in motu datur duplex terminus, *materialis*, à quo non accipit speciem; & *formalis*, à quo illam accipit.

2. Secundo notandum venit, quod in motu successivo dantur quinque; *mobile, motor, terminus à quo, terminus ad quem, & spatium*, seu medium, per quod tendit motus. Nunc quod inquirimus, est: à quo motus omnes suas accipiat unitates?

3. Cum omnibus suppono, motum non sumere unitatem specificam, nec genericam, à *mobile*, neque à *motore*: ratio primi est: nam mobile est subiectum motus, à quo non

sumuntur unitates formales; sed numerica. Ratio secundi, prima est: quia motus provenit à motore, vel (ut formaliter loquar) ab agente, non sub expressione motus; sed sub expressione actionis. Secunda est: quia motus violentus lapidis proiecti ab homine, & ab Elephante, est eiusdem speciei; etiã si motores diversas habeant species. His ergo breviter prælibatis, solum restat examinandum: an prædictæ unitates formales sumantur formaliter à termino *à quo*, vel à termino *ad quem*.

§. II.

Conclusio.

4. **A**D quod resolutorie dico, unitates formales sumi formaliter in ordine ad terminum *ad quem*, qui multoties formaliter diversificatur ex diversitate formali termini *à quo*, & ex diversitate formali medij, vel spatij; seu (quod idem est) ex eo quod terminus *ad quem* cõnotet diversum terminum *à quo*, vel diversum spatium, seu medium. Pro conclusionis intelligentia nota, quod motus qui habent pro termino res eiusdem prædicamenti, seu generis, sunt eiusdem generis; & qui habent pro termino res diversorum prædicamentorum sunt diversi generis; & similiter qui habent pro termino res nedum eiusdem prædicamenti; sed eiusdem speciei infimæ, sunt eiusdem speciei infimæ.

Disputatio unica. Quæstio secunda.

5. Quo supposito probatur conclusio ex dictis in 1. p. Logicæ disp. 1. 7. 3. Illud est specificatum alicuius rei, quod per se primo intenditur ab ipsa; id est, quod ratione sui, & non ratione alterius intenditur; sed terminus *ad quem*, & non *à quo* est qui per se primo intenditur à motu: (cum iste sit propter illum attractus, & non e contra) ergo terminus *ad quem* est qui tribuit motui successiuo uarietates formales. Minor probatur. Motus ex se intendit amissionem termini *à quo*, ut accedat ad possessionem termini *ad quem*; non uero intendit possessionem termini *ad quem* propter amissionem termini *à quo*; cum nullum agens intendens in malum operetur: ergo motus per se primo solum intendit possessionem termini *ad quem*. Quod uero diuersitas formalis termini, multoties accipitur ex diuersitate formali termini *à quo*, uel ex diuersitate formali medij, constat; tum quia diuersitas formalis mediorum (in obiectis scientiarum, & potentiarum) est sufficiens, ut ostensa sint formaliter diuersa; tum quia motus ex nigro in colore intermedium, & ex albo in eundem colorem intermedium, sunt formaliter diuersi: quia terminus attractus ab illis solum in esse rei est unus unitate specifica; non uero in esse termini: utique quia color intermedium, ut connotat carentiam nigredinis, est terminus formalis primi motus; & ut connotat carentiam albedinis est terminus for-

malis alterius motus: tum quia motus rectus est distinctus à circulari: tum si eundem respiciant terminum *ad quem*; quia rectus est per viam rectam, & circularis per circularem: ergo diuersitas formalis termini, *à quo*, & *spatij*, refundit diuersitatem formalem in terminum *ad quem*; & consequenter in motibus.

7. Notanter dixi à diuersitate formali termini *à quo*, & à diuersitate formali *spatij*: nam diuersitas materialis, uel in esse rei, non est sufficiens, ut refundat diuersitatem in termino *ad quem*: tum quia motus ex albo in nigrum, & ex fusco in nigrum non causat diuersitatem: cum uterque terminus *ad quem* respiciat de formali per modum termini *à quo* carentiam albedinis: nam color fuscus ea parte qua est niger, non est formaliter terminus *à quo* motus tendentis in nigrum, sed solum ea parte qua est albus: tum quia motus circularis factus per terram non distinguitur à motu circulari factus per aquam: ergo nec diuersitas in esse rei termini *à quo*; nec diuersitas in esse rei medij causat in termino *ad quem* diuersitatem sufficentem ad diuersitatem specificam motuum.

8. Dices primo. Secundum Durum Thomam. 1. p. q. 23. a. 1. ad 3. motus non accipit diuersitatem à termino *à quo*; sed à termino *ad quem*; ergo terminus *à quo* non tribuit motui speciem. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: motus non accipit diuersitatem à ter-

At termino a quo, in recto, concedo antecedens; in obliquo, nego antecedens, & consequentiam: nam licet terminus a quo non valeat in recto tribuere motui speciem; bene tamen in obliquo, & de connotato: vt constat ex dictis in corpore quaestionis: nec ex eo quod terminus ad quem ut connotans terminum a quo tribuat diuersitate, sequitur, quod terminus a quo absolute tribuat speciem; sicut ex eo quod secunda intentio rationis in concreto tribuat Logicę speciem, non sequitur, quod natura quę est pars materialis secundę intentionis in concreto tribuat absolute speciem; sed solum quod secunda intentio, vt ex illis, in natura, vel in concreto, tribuat specie: hand aliter in presenti. Nec testimoniū Dni Thomę nostrę opponitur solutioni; nam Dnus Thomas solum denegat termino a quo hoc quod est tribuere motui absolute, & in recto, speciem; nō vero casualiter, & in obliquo.

9. Obijcies secundō. Actio (secundum Dnum Thomam) specificatur ab agente, & non a termino ad quem: ergo similiter motus non specificatur a termino ad quem; sed a termino a quo: nam sicut actio est ab agente; sic motus est a termino a quo, ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam actio per viam formalem solum intendit reducere agens in actum: vnde eo ipso quod ab illo exeat, adimpletur principalis intentio actionis;

Tom. 1. pars 1.

at verō motus per viam rationis formalis, solum intendit productionem, vel acquisitionem termini ad quem: & ideo sicut actio specificatur ab agente principaliter inspecto, sic motus a termino essentialiter intento.

10. Nec valet dicere actionem dimanare ab agente in ordine ad productionem, & effectiōnem termini. Non (inquam) valet; nam terminus solum inspicitur ab actione de connotato, & in obliquo, sicut motus respicit terminū a quo.

11. Nec vltius valet dicere, motum esse actum mobilis; sicut actionem agentis. Non (inquam) valet; nam actio in recto, & formaliter est vltimus actus agentis; & motus in recto, & formaliter nō est vltimus actus mobilis: cum ipse essentialiter sit in ordine ad productionem termini, ad quem mobile erat in potentia: vt constat ex motus definitione. Ratio autem quare actio per viam rationis formalis, & essentialis, solum intendit in recto reducere agens de potentia ad actum, & motus vltius desiderat productionem termini; constat ex proprijs essentijs: nā actio (vt constat ex 3. lib. physic.) in recto dicit egressionem, & in obliquo productionem termini: & ideo per se: & essentialiter solum respicit agens: at verō motus (vt etiā constat ex eodem libro) in recto, est actus entis in potentia secundum quod in potentia: & ideo in recto exigit reducere mobile in terminum, tanquam in actum vltimum, ab illo

Disputatio unica. *Quaestio secunda.*

per se, & essentialiter inspectum.

12. Obijcies tertio. Illud est specificatum, quod se habet ut ratio à priori; sed terminus à quo se habet ut ratio à priori motus: cum hæc sit vera causalis: ideo motus acquisit in interfectionem vs octo; quia amissit formaliter in esse termini interfectionem vs septem: ergo recessus à termino à quo est ratio specificans motum.

¶ Respondetur distinguendo maiorem: illud est specificatum, quod se habet ut ratio à priori in genere cause formalis extrinsecæ, concedo maiorem: in genere cause materialis, nego maiorem: nam terminus à quo solum est ratio à priori præsuppositivè, & de materiali tãquam terminus ab illo derelictus.

13. Obijcies quarto. Creatio, & generatio hominis, specie distinguuntur; & non per terminum ad quem: cum sit idè respectu utriusque actionis: ergo per terminum à quo. ¶ Respondetur negãdo minorem: nam creatio tendit ad hominem sub ratione entis; & generatio sub ratione specifica hominis: unde licet terminus ad quem sit materialiter unus; tamen formaliter est diversus.

14. Obijcies quinto. Augmentatio, & diminutio sunt motus specie distincti; & tamen possunt for-

maliter respicere eundem terminum ad quem: cum augmentatio possit esse à quãtitate bipedali ad tripedalem, & diminutio à quadrupeda li ad tripedalem: ergo non specificatur à termino ad quem; sed à termino à quo. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negãdo minorem: nam licet in tali casu, terminus in esse rei sit vnus; tamen in esse obiecti, vel termini, est essentialiter distinctus: quia illa quantitas sub ratione maioris, est terminus augmentationis; & eadem sub ratione minoris, est terminus diminutionis.

15. Inquires pro complemento quãtionis, à quo motus sumat unitatem numericam? Dico illam sumere ex unitate numerica subiecti, termini ad quem, & temporis. Ratio primi est: nam unitas numerica motus, (sicut cuiuslibet accidentis) debet sumi à subiecto in quo est. Ratio secundi est: nam motus est fieri termini ad quem: ergo ad multiplicationem numericam termini ad quem debet etiam sequi multiplicitas numerica motus.

Ratio tertij est: nam interruptio motus infert etiam multipliciter numericam.

SEXTVS

PHYSICORVM.

In hoc libro, (qui decem capitibus absolvitur) prosequitur Philosophus disputationem de motu, & illius occasione, agit de compositione continui, tam successiui, quam permanentis, reijcitque sententias Zenonis, & aliorum Philosophorum, asserentium continuum ex solis indiuisibilibus componi: contra quos statuit conclusionem; docendo continuum esse diuisibile in semper diuisibilia, & constare ex partibus extensis, & diuisibilibus suis indiuisibilibus copulatis.

DISPUTATIO PRIMA DE CONSTITVTIONE CONTINVI.

Difficilem sane, & latissimam aggredimur disputationem, ingentibus; & fere indisolubilibus difficultatibus plenā; curabimus tamen. maiori distinctione pelagum hunc tranare, ne rem difficilem, difficiliorem reddamus.

QVÆSTIO VNICA.

*An continuum constet ex partibus,
vel ex indiuisibilibus?*

§. I.

Explicatio questionis.

Pro quæstionis intelligentia, nota in continuo, seu in
Tom. 1. pars 1.

quantitate continua, (quod idem est) dari partes aliquotas, & proportionales; aliquota, (que alio nomine designatur, seu determinatur appellantur) sunt, que certam, & determinatam addunt extensionem supra aliarum partium extensionem. Proportionales, (que alio nomine in determinata, seu inæquales appellantur) sunt vsq; in infinitū diuisibiles, & in se incertam.

Disputatio prima. Quæstio unica.

& in determinatam habent extensionem. Itæ, à Philosophis, solent *communicantes* appellari, non quia inter se penetrentur, sed quia sunt in aliquotis inclusæ tanquam aliquid illarum: v.g. *medietas medietatis figurata*, quæ est pars proportionalis in alias diuisibilis, est aliquid medietatis in ipsa medietate in determinatè inclusum.

§. II.

Quid sentiendum sit de indiuisibilibus copulatiuis.

2. **S**ed, vt certa ab incertis separentur suppono, contra Fonseca; in quouis continuo, (siue successiuo, siue permanenti) esse actu indiuisibilia continuatiua, quibus partes continui actu sunt unitæ; nam inter partes continui admittenda est aliqua vnio: tum quia partes continui nõ se habent vt partes dissimiles; hoc est, vt actus, & potetia: tum quia vna pars non est per informationem intra aliam; cū nõ sit maior ratio, quare vna sit magis actus, quam potetia; sed hæc vnio est indiuisibilis: ergo actu in continuo sunt indiuisibilia continuatiua. Minor probatur. Si vnio esset in partes diuisibilis, hæc indigeret alia vnione, & nexu (propter rationem supra allatam in probatione maioris) & sic in infinitum, vsque dum deveniamus ad aliquam vnionem in diuisibile: ergo vnio in partes continui reposita est indiuisibilis.

3. Dices. (acutè satis) Vnio compositi naturalis (in nostra opinione) constat ex partibus; cum non sit à partibus compositi naturalis distincta: & etiam, (in opinione plurium illam à partibus modaliter distinguentium) est ex duplici modo composita; & tamen partes vnionis vt quo viuunt absque alia vnione: ergo ex eo quod nexus continui sit diuisibilis, non sequitur positio alterius nexus, nec processus in infinitum. Respondetur concedendo maiorem, & minorem: & negando consequentiam: nam ratio similitudinis in partibus continui repositæ, quæ conuincit esse nexum apponendum inter partes quantitatis, conuincit etiam illum esse apponendum inter partes vnionis (data hypothesi quod illas haberet) & è conuerso, ratio dissimilitudinis, seu actus, & potetia, quæ conuincit non esse apponendum nexum inter partes compositi naturalis, conuincit etiam non esse apponendum inter vnionem entis naturalis, etiam si à partibus distinguatur; nam nexus, qui se habet ex parte, materiae exercet munus potetia, & qui se habet ex parte formæ, munus exercet actus.

4. Dices secundo, pro Patre Fô; seca. Indiuisibilia continuatiua nõ deseruiunt ad compositionem continui: ergo vt superflua debent reijci. Antecedens probatur. Adhuc non intellectis indiuisibilibus continuatiuis manet linea concepi-

do ex indivisibilibus nequit resultare.

20. Tertium. Inter punctum, & punctum, vel mediat pars lineæ, vel aliud indivisibile; si secundum: ergo linea ex solis indivisibilibus est composita: si primum; ergo illa pars medians valet absque indivisibilibus dari: quod implicat: ergo iam inter punctum, & punctum mediat aliud punctum. ¶ Respondetur post primum punctum mediare partem, seu extensionem in determinatam pluribus indivisibilibus constantem; & sic non potest assignari indivisibile determinatum, quod respectu primi habeat rationem secundi: nam quocumque signato est aliud, & aliud assignabile.

21. Quartum. Si continuum consistat ex partibus, & ex indivisibilibus infinitis: ergo mobile velocissimum nequit transire in tempore finito spatium huius gymnasij: quod experientia docet esse falsum. Probatur sequela. Mobile velocissimum (ut dixi in secunda ratione nostræ conclusionis) in unico instanti non potest pertransire magis quam unam partem spatij: (nisi dicas illud esse in duplici loco pro eodem tempore) ergo in tempore finito nequit pertransire partes infinitas, quas præhabet continuum. ¶ Respondetur negando sequela: nam partes continui non sunt *actu*; sed *potentia* infinitæ: unde mobile in tempore finito solum pertransit spatium secundum partes determinatas, quæ *actu* sunt

finitæ. Ratio huius est: nam actio, quæ ex se est finita, & determinata, solum potest fieri in tempore determinato, & in spatio determinato, quod actu percurrit.

21. Dices. In continuo per nos dantur infinitæ partes proportionales; sed qualibet illarum habet propriam extensionem, & magnitudinem ab extensione alterius distinctam: ergo ex illis resultabit magnitudo, & extensio actu infinita. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: in continuo dantur infinitæ partes *in potentia*, & *in confuso* ad invicem se communicantes, concedo maiorem: *actu*, & *determinata* ad invicem se excludentes, nego maiorem: & distinguo minorem: qualibet pars habet propriam extensionem *exclusam* ab extensione partis aliquotæ, & determinatæ, nego minorem: *inclusam* in extensione partis determinatæ, & aliquotæ concedo, minorem: & nego consequentiam: nam si magnitudo actu infinita solum resultat ex extensionibus infinitis æqualibus ad invicem non se communicantibus; non verò ex inæqualibus ad invicem se communicantibus. Et ut unico verbo omnia hæc intelligas, dico, partes proportionales solum in potentia infinitas nõ addere extensionem distinctam supra extensionem finitam aliquotarum: nam medietas medietatis incedit atque inclusa non addit aliquid supra medietatem; at vero una medietas supra aliam aliquid addit; & ideo diximus magnitudinem

Disputatio prima. Questio unica.

actu infinita non solum posse resultare ex partibus aliquotis infinitis, nullatenusque ex proportionalibus infinitis. Ex his colliges quod ex partibus proportionalibus non resultat infinitum, (nec secundum multitudinē *predicamentalem*, nec secundum *transcendentalem*. Non secundum *predicamentalem*, quia numerus *predicamentalis* resultat ex diuisione continui, quod in omnes suas partes nequit diuidi. Non secundum *transcendentalem*, quia numerus *transcendentalis* actualis solum potest resultare ex unitatibus determinatis ad inuicē se excludētib; quod in partibus proportionalibus non reperitur.

23. Quintum. Ponamus columnam in aqua, cuius medietas à lympha contineatur, tunc superficies indiuisibilis aquæ tangit immediatē superficiem indiuisibilem aeris: ergo ex parte columnæ debent assignari alię duę lineę indiuisibiles, quæ immediatē circumdantur ab hac duplici lineā: ergo columna immediatē cōstat ex indiuisibilibus: vtique quia ad vnū sequitur aliud. Respondetur negādo vtramque consequētiam; nam duę illę superficies *aeris*, & *lymphæ*, tangunt vnā lineam superficialē columnæ ab aqua, & aere circumscriptæ. Ratio est: nam illæ duę lineæ, cum indiuisibiles sint, nō faciunt maius; & sic possunt vnico indiuisibili correspondere.

24. Sextum. Si continuū cōstaret ex partibus, & ex indiuisibilibus, indiuisibile continuū

tangeret partem; hoc implicat: ergo & quod continuū constet ex partibus, & ex indiuisibilibus. Minor probatur: nam indiuisibile vel tangit partem diuisibilem in indiuisibili, vel indiuisibili. Si primum: ergo vnā indiuisibile immediatē sequitur ad aliud. Si secundum: ergo id quod est indiuisibile tangit partem extensam, & diuisibilem, cum qua non habet proportionem. Respondetur distinguendo maiorem; si continuū constaret ex partibus, & ex indiuisibilibus, indiuisibile continuū tangeret partem *inadequatē*, concedo maiorem: *adequatē*, nego maiorem: & minorem. Ad probationem dico punctum, formaliter indiuisibile, & virtualiter diuisibile, posse tangere partem diuisibilem indeterminatam *inadequatē*; quia nulla datur repugnantia in hoc, quod id quod formaliter est indiuisibile, dummodo sit virtualiter diuisibile, tangat diuisibile. Vt cōstat in anima rationali, quæ tangit materiam quantam. Et in operationibus Angelicis, quæ tanguit locum diuisibilem.

25. Dices. Indiuisibile non solum vnit partes indeterminatas, sed determinatas: cum istæ sint etiam in continuo vnitæ: ergo ruit solutio. Respondetur negādo consequētiam: nam indiuisibile vnit partes determinatas pluribus indiuisibilibus: quia quælibet pars determinata constat ex infinitis indeterminatis, medijs indiuisibilibus vnitis.

26. Septimum. Si continuum constat ex partibus proportionalibus infinitis, daretur infinitum in actu; hoc implicat: ergo id ex quo sequitur. Sequela probatur: nam, secundum fidē, corpus Christi existit in tota hostia, & in qualibet parte hostiæ, imò in indivisibilibus tam continuatis, quam terminatis hostiæ: ergo si partes proportionales sunt infinitæ, sequitur, quod in illis corpus Christi habeat præsentias sacramentalis infinitas: ergo & quod detur infinitum in actu. ¶ Respondetur negando sequelam: nam sicut ex omnibus partibus proportionalibus infinitis non resultant plures

quantitates, nec una, quæ actu infinita sit; sed solum una, quæ actu finita sit; sic ex omnibus præsentibus sacramentalibus, non resultant absolute, & simpliciter plures præsentia; sed una, quæ actu finita sit: & ideo sicut non datur repugnantia in hoc, quod partes proportionales, quæ actu secundum quid constituunt cœinuentem, sint in potentia infinitæ: sic nõ datur in hoc, quod istæ præsentiaæ actuales secundum quid, sint in potentia infinitæ. Vocantur autem actuales secundum quid; non quia actu non existant; sed quia nulla illarum absque pluribus alijs potest separata existere.



SECVNDA

DE INCEPTIONE, ET
DESITIONE RERVM.

Vm Philosophia naturalis obiectum sit ens naturale caducū, generationi, & corruptioni obnoxium; merito Doctores in hoc libro, (in quo Philosophus cap. 8. de eius potissima proprietate, quæ motus est, agit) de modo incipiendi, & desinendi disputant.

QVÆSTIO VNICA.

Quomodo res tempore mensurata incipiant, & desinant esse?

§. I.

Status difficultatis.

I. PRO quæstionis luce nota, quod licet omnis res creata, in rerum natura existens, propriam habeat durationem intrinsecam, qua incipiente, incipit, & qua desinente, desinit: nihilominus quia cognitio huius est difficilis valde; ideo per tempus, seu durationem extrinsecam, quæ est durationis intrinsecæ mensura, inceptio, & desitio rerum explanatur à Philosophis. Et vt huius certaminis æquiuocatio auferatur, quatuor instantia sunt à Philosophis assignata, vt in illis omnium

rerum inceptionem, & desitionem comprehendant: docent enim duplicem esse rerum inceptionem, & desitionem: nam res possunt incipere *intrinsecè*; hoc est, per primum sui esse, qui modus inceptionis explicatur his terminis: *nunc est res, immediatè ante hoc non erat*: & possunt incipere *extrinsecè*: hoc est, per vltimum sui non esse, qui modus inceptions explicatur his terminis, *nunc non est res, immediatè post hoc erit*. Iuxta hunc duplicem modum inceptions assignatur à Philosophis alius duplex desitionis: nam res possunt desinere *intrinsecè*: hoc est, per vltimum sui esse, qui modus desitionis explicatur his terminis: *nunc est res, immediatè post hoc non erit*: & possunt desinere *extrinsecè*: hoc est, per primum sui non esse, qui modus desitionis explicatur his terminis, *nunc non est res, immediatè ante hoc erat*. Valent

tibiliter extensa: (vtique quia vt sic intellecta est diuisibilia versus longitudinem) ergo indiuisibilia continuatiua non deseruiunt ad continui compositionem. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem nego antecedens: nam linea, seu extensio versus longitudinem, indispensabiliter dependet à punctis copulatiuis.

§. III.

Quid sentiendum sit de indiuisibilibus terminatiuis.

5. **N**on desunt Doctores, qui ab omni cōtinuo relegāt indiuisibilia terminatiua, à nobis cum communi Philosophorū consensu admittenda; & ratio est in promptu: nam quælibet res creata positua debet habere, intra proprium genus, terminum posituum, per quem finiatur, & limitetur; sed terminus posituus quantitatis nequit esse aliquid diuisibile, nec per modū partis aliquotæ, nec proportionalis: ergo necessario debet esse aliquid indiuisibile. Minor probatur. Terminus quantitaris (sicut cuiuslibet alterius rei) est ille, qui se habet vt vltimum illius; sed diuisibile non est vltimum: cum vterius possit diuidi in partes vteriores, & sic vsque in infinitum) ergo terminus posituus quantitatis non est aliquid diuisibile.

6. Nec valet dicere lineam ex se, absque tali indiuisibili terminati-

uo, esse finitam per negationē vterioris extensionis. Non (inquā) valet: tum quia talis extensionis negatio terminatiua debet fundari in aliquo termino posituo: tum quia hæc solum sufficit ad finitatem negatiuam; non vero ad positiuam ab entitate positua creata desideratam.

7. Nec rursus valet dicere, cum Diuo Thomoma. opusc. 36. cap. 2. indiuisibilia terminatiua non esse actu, sed potestate in linea. Non (inquam) valet: nam Diuus Thomas non loquitur de duobus indiuisibilibus terminatiuis, quæ actu terminant lineam, sed de infinitis alijs, quæ ex infinitis diuisionibus possunt in continuo resultare. Ausculta verba Magistri, vt illius percipias mentem. *In hac ergo linea erunt puncta quedam duo actu, vt eius termini: & infinita alia in potentia, secundum quod ipsa est in infinitum potentialiter diuisibilis.*

8. Inquires: quo genere distinctionis hæc indiuisibilia distinguantur à partibus continui? ¶ Respondeo distingui sicut res, &c. Ratio est: nam continuum (vt constat ex Aristotelica definitione: est cuius partes terminantur termino communi; sed indiuisibile commune vtraque nec tens partem, nequit modificare vnā partem; cum in continuis homogeneis non sit assignabilis ratio quare magis vnā, quam aliam modifiet: nec vtramque simul; cum nequeat esse medium partium distinctarum, quæ prius pro aliquo priori nō supponuntur sub

Disputatio prima. Questio unica.

Ratione vnus: (vt constat in materia, & forma, quæ sibi ab eadem existentia possunt modificari, est, quia sub ratione vnus compositi substantialis præsupponitur pro aliquo priori *à quo*) ergo plus quam modaliter sunt hæc indiuisibilia à suis partibus distincta.

§. IV.

Primus modus opinandi impugnatur.

9. **H**is ergo (vt magis certis) stabilitatis; primus opinandi modus asserit extensionem quantitatis, (sive discretæ, sive continuæ) non fieri per compositionem partium, & indiuisibilem, sed per simplicem resultantiam, per quam extensio simplex actu indiuisibilis, licet potentia diuisibilis, resultat.

10. Hæc sententia, quæ acriter defenditur à Magistro Doctissimo nostræ familiar, non placet: nam separatio, & vnio, non potentialem; sed actualem inferunt distinctionem; cum idem nequeat à seipso separari, nec sibi ipsi vniri; sed continuum potest in plures partes separari, & etiam ex illis medio nexu continuationis constitui: ergo extensio quantitatis non est simplex, & actu indiuisibilis, sed composita ex partibus actu distinctis. ¶ Confirmatur. Extensio quantitatis non est, sicut substantia spiritalis, tota in toto, & tota in qualibet parte loci: (vt constat ex Diuo Thoma. 3. p. q. 7. ar. 2.) ergo non

est simplex & actu indiuisibilis; eū diuisibilitas, quæ est propria quantitatis, (vt constat ex definitione Philosophi) sic indiuisibilitati, & simplicitati opposita. Hæc ratio maiorem vim habet respectu continui successiui, quod non solum constat ex partibus distinctis, sed ex successiuis, ita vt post vnā sit alia.

11. Dices. Omnis compositio physica, vel est per se, vel per accidens; sed nulla harum inuenitur in extensione continui: (cum hæc nõ resultat nec ex actu, & potentia, nec ex subiecto, & forma accidentali) ergo continuo omnis repugnat compositio. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & negando minorem quoad secundam partem: nam ex rebus eiusdem prædicamentum (medio nexu vnitis) resultat vnum per se in genere accidentis.

§. V.

Referuntur sententiæ.

12. **P**rima in hac re sententia defendit continuum non ex partibus, sed ex solis indiuisibilibus coalescere: sic Stoicorum schola cū Zenone validissimo Principe.

13. Secunda docet extensionem continui immediate coalescere ex partibus, medijs indiuisibilibus copulatis. Ita Aristoteles cap. 1. huius lib. tex. 2. vbi ait: *nec consequenter erit punctus ad punctum, vt ex his fit longitudo.* Constat etiam ex Concilio Constantiensi sess. 13. vbi

contra Ioānē. Hus fanciuit lineam expunctis solis non integrari: ergo iuxta mentem Ecclesiz, & Philo-
sophi, extensio continui non coalescit ex solis punctis indiuisibilibus. His testimonijs nostra adhaeret.

§. VI.

Conclusio.

14. **E**Xtensio continui resultat ex partibus, medio nexu indiuisibili copulatis. Probatut primò ratione efficaci. Continuum essentialiter est magnum, & extensum; sed magnitudo, seu extensio nequit ex indiuisibilibus solis resultare: tum quia (secundum Philosophum) indiuisibile additum in diuisibili non facit maius, sed plus: tum quia vnum indiuisibile adæquatè, & totaliter tãgit aliud: ergo continuum essentialiter consistat ex partibus medio nexu copulatis. Confirmatur primò. Ex eo vnus lapis additus alteri facit maiorem magnitudinem, seu extensionem, quia non est adæquatè intrinsecus in alio; id est, quia inadæquatè solum tangit alium; sed vnum indiuisibile adæquate tãgit aliud: vtique quia si daretur aliquid ab indiuisibili attractum, & aliquid ab illo non attractum, iam illud non attractum posset dinidi ab illo attracto, quod indiuisibili repugnat: ergo vnum indiuisibile additum alteri non facit maiorem magnitudinem. Consequètia pro-

batur. Vnum indiuisibile additum diuisibili, & magno non facit maius, quia ex se non est extensum: ergo additum indiuisibili, & non extenso potiori iure nõ faciet maius. ¶ Confirmatur secundo.

Vnum indiuisibile additum alteri adæquatè, & totaliter tangit locum alterius: ergo non facit maiorem magnitudinem. Consequètia est certa. Antecedens probatur. Ex eo duo corpora penetrata sunt in eodem loco: quia adæquatè se tangunt; sed vnum indiuisibile adæquatè tangit aliud: ergo adæquatè tangit locum alterius. Confirmatur tertio. Indiuisibilia non faciunt infinitum in potentia, secundum diuisionem: cum tale infinitum possit peruenire ad aliquod quod vterius nõ sit diuisibile; sed continuum est infinitum in potentia secundum diuisionem: ergo nõ constat ex solis indiuisibilibus.

15. Dices primò. Instans additum tempori facit tempus longius, & maius: vtique quia tempus ratione illius instantis plus durat: ergo indiuisibile additum diuisibili, vel indiuisibili potest facere maiorem extensionem. ¶ Respondetur negando antecedens: nam licet tempus ratione instantis superadditi maiore habeat durationem, (quia ex se duratio abstrahit à diuisibili, & indiuisibili, id est, ab extensa, & non extensa) tamen non habebit maiorem extensionem, per hoc quod ei addatur indiuisibile instans: non aliter ac substantia materialis non habet plus magni-

Disputatio prima Questio unica.

itudinis, sed solum plus entitatis, per hoc quod ei noua substantiæ pars adueniat.

16. Dices secundo. Numerus prædicamentalis cõstat ex unitatibus indiuisibilibus; & tamen est essentialiter extensus, & magis: cum sit species quantitatis, quæ essentialiter est extensa: ergo extensio potest resultare ex indiuisibilibus. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem: nam (vt dixi in 2. p. Logicæ. disp. 5. q. 1. §. 3. à nu. 15. vsque ad nu. 19. essentia quantitatis, vt sic, à quantitate continua, & discreta participata, non consistit in extensione in ordine ad se secuta per modum proprietatis ad essentiam quantitatis continuæ; sed in distinctione partium, quæ reperitur per modum generis tam in quantitate continua, quam in discreta. Vide quæ ibi dicta sunt.

17. Secundo probatur ratione eadem assertio. Si spatium, quod continuum est, esset ex solis indiuisibilibus compositum, sequeretur, quod mobilia velocissima, & tardissima in eodem tempore pertransirent idem spatium; hoc implicat: ergo id ex quo sequitur. Sequela probatur. Mobile velocissimum in vno instanti, non potest magis, quam vnum spatij pertransire indiuisibile; cum non possit esse in eodem instanti temporis in duplici loco; atqui mobile tardissimum non potest per motum successiuum cõtinuum minus quàm vnum indiuisibile pertransire: er-

go si spatium constaret ex solis indiuisibilibus, sequela teneret.

§. VII.

Argumenta Zenonis.

18. **P**rimum sic se habet. Si globus perfecte sphericus in corpore perfecte plano moueatur, necessario tanget planum in puncto indiuisibili: ergo planum illud extensum constat ex solis indiuisibilibus: aliàs non posset totam illam planitiem percurrere tangendo semper in indiuisibili. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam tunc globus moueretur motu cõtinuo, non continue; sed discrete, tangendo planum quasi per saltus; non aliter ac homo motu progressiuo continuo tangit discrete spatium.

19. Secundum sic procedit. Secundum Mathematicos, si punctum separaretur à quantitate, & moueretur per planum, relinqueret vestigium lineæ; & tamen semper tangeret in puncto indiuisibili: ergo lineæ constat ex solis indiuisibilibus. ¶ Respondetur casum esse impossibilem; esse tamen imaginatum à Mathematicis, vt explicet longitudinem lineæ absque latitudine, & profunditate: vnde in casu quo tale punctum daretur, & moueretur; tunc vestigium derelictum non esset extensum versus longitudinem; quia (vt probant Mathematici) magnitudo

lent tamen meo videri hi modi in-
ceptionis, & desitionis clarioribus
terminis explicari, appellando pri-
mum modum, tã inceptionis quã
desitionis, *positiuum*, & secundum,
tam inceptionis, quam desitionis,
negatiuum: quia in primo modo in-
ceptionis, & desitionis, transitus
est *de positiuo in negatiuum*: & in se-
cundo inceptionis, & desitionis est,
denegatiuo in positiuum.

§. II.

Communis modus opinandi.

2. **H**is ergo suppositis, in hac
re ferè omnes Doctores
docent res successiuas incipere, &
desinere extrinsecè; ita vt incipiãt
per vltimum sui non esse, & desi-
nant per primum sui non esse; per-
manentes vero, quæ ad corruptio-
nem aliarum generantur, conue-
nire in desitione cum successiuis;
non vero in inceptione, quia inci-
piãt intrinsecè per primum sui ef-
se. Probantque suam sententiam
hac ratione: res successiuæ; (vt
constat ex dictis) non sunt simul,
sicut permanentes: ergo de illis nõ
valet verificari; *nunc sunt, immedia-
tè ante hoc nõ erant*; sicut de perma-
nentibus: ergo illæ incipiunt per
vltimum sui nõ esse; & illæ per pri-
mum sui esse. Eademque ratione
probãt desitionem, quoad res suc-
cessiuas: quoad permanentes vero
quæ corumpuntur ad generatio-
nem aliarum, probatur ab illis hac
ratione: nam de forma genita est

verum dicere; *nunc est res*: ergo de
corrupta nõ potest dici *nunc est res*:
ni velis eidem materiz duplicem
pro eodem *nunc* concedere formã:
ergo res permanentes, ad genera-
tionem aliarum corruptæ, desinũt
per primum sui non esse, ita vt de
illis sit verum dicere: *nunc nõ est res*;
immediatè ante hoc erat.

3. Voces, non mentem, huius
rationis impugnavit Doctissimus
nostræ familiæ, (quem corde, &
obligatione veneror) dum insiste-
do in vocibus, quibus ferè omnes
Doctores explicant inceptiõem,
& desitionem rerum, ait; omnes in-
cipere per primum sui esse, & per
vltimum sui non esse: hoc est, in-
trinsecè, & extrinsecè, seu positi-
uè, & negatiuè: & similiter omnes
desinere per primum sui nõ esse, &
per vltimũ sui esse: hoc est, intrin-
secè, & extrinsecè, seu positiuè, &
negatiuè. Ratio huius Doctoris,
(quæ simul est impugnatio præce-
dentis rationis) hæc est: nam ex co-
res permanentes incipiunt in ins-
tanti. *B. v.g.* per primum sui esse,
quia de illis est verum dicere: *nunc
est res, immediatè ante hoc*; (scilicet,
in instanti. *A*) *non erat*; sed in hoc ins-
tanti *A. v.g.* est verum dicere: *nunc
non est res, immediatè post hoc
erit*; quod est incipere extrinsecè
per vltimum sui non esse: ergo res
permanentes non solum incipiunt
per primum sui esse; sed etiam per
vltimum sui non esse. Quod idem
argumentum potest fieri de succes-
sivis, & de omnibus rebus in ordi-
ne ad desitionem.

Disputatio secunda. Quæstio unica.

4. Sed hic Doctor noluit penetrare rationem supra allatam: nã cum (in communi omnium cõsensu) tempus non sit ex solis indivisibilibus compositum; sed ex indivisibilibus, & ex partibus, manifestum est, quod in his vocibus: *immediate post hoc*, & *immediate ante hoc*, significatur, non instans temporis; sed pars temporis in pluribus alijs divisibilis. Et ideo mēs Thomistarum, est, quod res permanentes generabiles incipiunt in instanti, & desinunt esse in tempore per accidens; quia per accidens corruptur ad generationem aliarum; & quod successivæ, (quæ totum suū esse non possunt habere simul) nec quoad inceptionem, nec quoad desitionem, incipiunt in tempore.

5. Ratio prioris partis est: quia res permanēs. v.g. forma equi generatur immediate post alterationem, & expulsionē formæ embryonis, & cuiuscumque contrarij; sed hæc alteratio, & expulsio fit in tempore: ergo ultima dispositio, cum forma equi generanda, quæ fit immediate post, (quando non datur aliqua resistentia) fit in instanti: ni velis dari materiam in aliquo instanti absque vlla forma.

6. Ratio secundæ partis, est: nã si forma *embryonis*, v.g. desineret esse in instanti, sequeretur, vel quod materia sit naturaliter in eodem instanti sub duplici forma; quod impossibile est, (adhuc supernaturaliter) vel quod naturaliter sit materia pro aliqua temporis par-

te sine aliqua forma; quod vt impossibile (adhuc divinitus) iudicavi supralib. 1. disp. 3. q. 4. & 5. Vel quod dentur duo instantia immediata; quod etiam (vt impossibile) iudicavi lib. 4. disp. 2. q. 2: ergo res permanentes, ad generationem aliarum corruptæ, desinunt esse in tempore. Probo sequelam. Si forma *embryonis* corrumperetur in instanti; hoc est, per ultimum sui esse, esset verum dicere: *nunc est forma embryonis & immediate post hoc*; (hoc est, in tempore immediate sequenti) *non erit*: ergo, vel in eodem instanti est verum dicere: *nunc est forma equi*; (quod est admittere duas formas in eodem instanti) vel immediate post hoc instans est verum dicere; quod sit forma equi; (quod est admittere duo instantia immediata) Ni dicas formam equi incipere in tempore, vel nō immediate post; sed mediate in instanti, quod post partem temporis advenit, est verum dicere, *nunc est forma equi*; & sic materia erit naturaliter absque vlla forma in aliqua temporis parte: ergo sequela quoad omnes partes est vera.

7. Ratio tertiæ partis hæc est. Res successivæ essentialiter habent vnum post aliam; sed in instanti non potest dari vnum post alium: ergo successivæ incipiunt esse, & desinunt esse in tempore.

§. III.

Notantur aliquæ pro decisione
quæstionis.

8. Sed licet hæc sententia sic expli-

plicata sit ad omnibus, (quos videtur) recepta; tamen veritatis scopum non attingit; & ideo pro illius investigatione nota primo, in presenti non dubitari de instanti, vel tempore, in quo res habet ultimum complementum; sed de instanti, vel tempore, in quo habent solam *inceptionem*; & similiter non dubitari de instanti, vel tempore in quo desinant esse adæquate, & totaliter; sed de illo, in quo *incipiunt* desinere.

9. Nota secundò, maximam implicationem dari in hoc, quod res incipiant per ultimum sui non esse; & quod desinant per ultimum sui esse: nam res non possunt incipere in instanti, in quo nec initiativæ sunt; nec desinere in instanti, in quo adæquatè sunt; sed hoc est incipere per ultimum sui non esse, & desinere per ultimum sui esse; ergo còtra essentiam in ceptionis, & desitionis assignantur hi modi incipiendi, & desinendi.

§. IV.

Prima conclusio.

10. **H**is ergo suppositis breviter dico primo, res successivas incipere per primum sui esse; & similiter desinere per primum sui non esse; hoc est, in instanti. **Probat.** Sicut principium numeri, non est numerus, sed aliquid numeri; sic principium rei successivæ non est res successiva; sed aliquid indivisibile rei successivæ; sed

indivisibile ex se petit esse in instanti, & nõ in tempore: ergo principium, seu inceptio rei successivæ est per primum sui esse: hoc est, in instanti. Quod idem argumentum potest fieri de decisione; nõ incipit desinere per indivisibile, quod in instanti desinit esse.

11. Nota nos non loqui de complemento rei successivæ: nam hoc (tam in ordine ad in ceptionem, quam in ordine ad desitionem) fit in tempore sequenti; sed solum de in ceptione illius; & similiter de initio desitionis, absquè dubio in instanti exercitæ.

§. V.

Secunda conclusio.

12. **D**ico secundo, res permanentes incipere, & desinere quoad totum suum esse in instanti: hoc est, incipere per primum sui esse, & desinere per primum sui non esse; nunc generentur ad corruptionem aliarum, vel è contra; nunc absque alterius rei corruptione generentur, vel è còtra. Ratio est: nam in eodem instanti, in quo generatur forma equi, v.g. potest, & debet desinere forma embrionis; ita ut in eodem *nunc* sit verum dicere, *nunc est forma equi, & nunc non est forma embrionis*: ni dicas, quod pro aliqua parte temporis est materialiter materia sine vlla forma: utique quia pro illa in qua desinit, est verum dicere: *nunc non est*; sed usque ad instans non est verum dicere; quod

Disputatio secunda. Quaestio unica.

quod sit genita: ergo res permanentes incipiunt, & desinunt esse in instanti; præcipue cum esse illarum non sit cum successione: nam permanentia rei indispensabiliter exigit, quod totum esse sit simul. Hæc ratio maiore vim habet circa res permanentes nõ productas ad corruptionem aliarum.

13. Probatum utraque conclusio ratione efficaci quoad omnes suas partes. Secundum Philosophum, *ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa*; ergo denullare potest verificari, quod incipiãt in instanti, in quo nec initiatiue est; nec quod desinat in instanti, in quo adæquate est: ergo nulla res potest incipere per ultimum sui non esse; nec desinere per ultimum sui esse: utique quia de re per ultimum sui non esse incipiente verificaretur, quod inciperet, quando nec initiatiue habet esse; & de re per ultimum sui esse desinente, verificaretur, quod nõ esset, quando adæquate est: idest, quod

sit, & non sit, in eodem instanti; quod omnino repugnat.

14. Nota tamẽ discrimen, quod vertatur inter inceptionem, & desitionem rerum permanentium, & successuarum: nam res permanentes, in instanti, in quo incipiunt, accipiunt totum suum esse; & similiter in instanti, in quo desinunt, illud adæquate amittunt; at vero successiue, in instanti, in quo incipiunt, solum habeãt inceptionem sui esse, quod in tempore sequenti est perficiendum: & similiter successiue, in instanti, in quo incipiunt, desinere, amittunt aliquid indiuisibile, & postea in tempore immediato totum esse amittunt.

15. Consulto dixi desinere per primum sui nõ esse esse desinere in instanti, etiã si regulariter accipiantur pro desitione temporali: tum quia alio modo meus specialis modus explicandi non potest intelligi: tum quia istæ voces prohibito accipiuntur, ut significant instans, vel partem temporis.

SEPTIMVS

PHYSICORVM.

In hoc libro Philosophus aliqua docet, vt viā præbeat his, quæ libro sequenti sunt examinanda; in primis enim statuit hoc principium: videlicet, *omne quod mouetur, ab alio mouetur*; & cum in causis per se, & subordinatis, nō sit procedendum in infinitum, ex hoc colligit esse tantum vnum primum motorem immobilem: deinde affirmat mouens, & mobile, debere esse simul; quod probat inductione in motu locali in augmentatione, & alteratione, quam asserit solum terminari ad qualitates tertiæ speciei. Rursus comparat inter se motum, tempus & spatium; quia tempus accipit suam successione a motu, & motus ab spatio: & tandem comparat motum, secundum, velocitatem, & tarditatem: sed quia ex his plurima patent ex supra dictis; & alia sunt examinanda sequenti libro, huic septimo finem imponimus.

LIBER OCTAVVS PHY-

SICORVM.

In hoc libro disputat Aristoteles de mundi æternitate, de primo motore, & de eius attributi; in primis docet vniuersum esse æternum; quod multis conatur probare rationibus: deinde adstruit diuisionem rerum, dicens: in vniuerso quædam semper quiescere, & alia semper moueri: denique repetit principium supra positum: scilicet, *omne quod mouetur, ab alio mouetur*: ex quo infert vnicum esse primum motorem; immobilem, quia primus est; æternum, quia ab æterno mouet; infinitum, quia non defatigatur mouens tempore infinito; vnicum, quia infinitus est, & quia reliqua eminenter continet.

Tom. I. pars I.

DISPUTATIO VNICA DE MVNDI INITIO.

PLura ex his, quæ docet Philosophus in hoc libro, sunt in superioribus explicata; alia vero sunt parui momenti, quæ apud expositores potestis videre: & ideo disputationem hanc duplici absoluam questione.

QVÆSTIO I.

An diuinitus potuerit ab æterno aliqua produci creatura?

§. I.

Veritas catholica non disputanda proponitur.

1. **I**N hoc ultimo Philosophiæ spiritu, fides orthodoxa, (quæ veritatis ardore, errores, sicut nebulas, spargit) docet (aduersus Aristotelem) creaturas nõ ab æterno, & necessario; sed in tẽpore, & liberẽ fuisse à Deo conditas. Expressum iudicio in sacra Pagina Genesios. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Proverbiorum 8. *ex ore diuinæ sapientie. Non dormierant abyssi, & ego iam concepta eram: ante omnes colles ego parturiebar; adhuc terram nõ fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ: ubi apertẽ docet cardines, flumina, & terram, non semper (hoc est, ab æterno) sed in principio: hoc est, in tempore fuisse.*

2. Supposita rerum creatarũ conditione in tempore, Patres cõtra

Arium, ex hoc antecedenti, Verbum Diuinũ est æternum, inferunt has consequentias: ergo Verbum Diuinum nõ est creatura: ergo est Deus. Tum quia (secundum scripturas Sacras) omnis creatura fuit in tempore: tum quia taliter est Verbum ab æterno, vt non valeat non esse ab æterno: tũ quia nulla est creatura, quæ naturaliter exigit esse ab æterno: hoc ergo vt indubitatũ suppositũ, sit.

§. II.

Prima conclusio.

3. **D**iuinitus potuerunt creaturæ permanentes ab æterno condi. Est D. Tho. q. 3. de potẽtia. att. 14. Et probatur ratione unica, & efficaci, in qua simul aduersariorum tela rejiciuntur. Creaturã permanentem esse ab æterno non repugnat ex eo quod à Deo debeat produci; cum ab æterno non desit Deo potẽtia. Nec ex eo quod Deus liberẽ illam producat; nõ ab æterno Deus voluit liberẽ creationem mundi, non vt ab æterno, sed vt in tempore excedendam: (non enim est opus ad libertatem) quod

in

in aliqua duratione sit agens indifferens ad actum, & ad negationem actus; & quod in alia duratione ponat actum, vel negationem actus; sed fat est, quod ita ponat actum, vt possit non ponere illū: nec deinde repugnat ex prioritate causæ; nā non est necessum, quod causa prioritate in quo, seu durationis, sed solū natura, causalitatis, seu à quo, antecedit effectum: tum quia hoc est expressum à Sāto Doctore. 1. p. q. 45. 2. 2. ad 1. vbi sic fat: *sed si actio sit instantanea, & non successiua, non est necessum faciens esse prius facto duratione*: tum quia lux ita coæua est Soli, vt si ab æterno Sol esset, absq; dubio lux esset ab æterno. Nec rurs⁹ repugnat ex parte termini vt sic; alioquin Verbū Diuinū, non esset in duratione Patri equalē. Nec etiam repugnat ex parte termini vt creabilis; tū quia de ratione essentiali creationis nō est, quod pro aliqua duratione præcesserit sub non esse, sed solum quod fiat ab alio ex non præsupposito subiecto: vt constat ex nostro Ansel. in Monolog. c. 8. tum quia ad summū, creationis terminus solum exigit esse sub nō esse pro aliquo priori nature, seu causalitatis: (vt constat ex D. Tho. de potētia. q. 3. 2. 14. ad 7. Nec deinde repugnat ex parte æternitatis: tum quia æternitas, que creaturæ in tali casu conueniret, solum esset æternitas participata, ei successiue, & in adæquatē conueniens; ita vt nō simul, sed successiue tantū correspōdeat durationi infinite. Et quod hic mo-

duſ æternitatis non sit proprius Dei, cōstat ex definitione æternitatis allata à Bætioli. 5. proſa vltima: & etiā ex eo quod creaturæ ita conueniret æternitas, vt ei non cōuenire non repugnaret, nec rursus repugnat ex eo quod Deus sit necessitatus ad creaturam pro infinito tempore conseruandam; nā ex suppositione quod Deus liberē voluit illam ab æterno creare; etiā liberē voluit pro infinito tempore illam conseruare; sicut ex suppositione quod Deus liberē decreuit mundum creare, liberē etiā illum creauit in tempore; in quo nullam inuenio repugnantiam: tum quia hoc decet diuinæ immutabilitatis tum quia hæc necessitas est ex suppositione, que non tollit libertatem simpliciter: (vt communiter docēt Theologi ex Philosopho in materia de auxilijs) Nec etiam repugnat ex eo quod creatio in tali casu non esset à cōseruatione distincta: tū quia hoc (in tali hypothesi) non reputatur à Doctōribus, vt inconueniens: tum quia adhuc in tali casu esset distincta; non quia creatio terminaretur ad esse, quod antea in aliqua duratione erat sub non esse; sed quia acciperet per creationem absolute esse, quod absolute non acciperet à conseruatione solum esse productum manuteneute. Nec denique repugnat ex eo quod infinitum non sit pertransibile à creatura; nam licet creatura ex se non exigit transitorium durationis infinite; tamen ei non repugnat talis transitus per dura-

Disputatio unica Questio prima.

durationem infinitā participatā; ut cōstat ex dictis supra in hac ratione; & ex eo quod de facto competit Angelis, & animæ rationali à parte post hic transitus infinitus absque aliqua repugnantia.

4. Aliqui probant nostram conclusionē, ex eo quod creaturæ permanenti, cui non repugnat æternitas à parte post, non debet æternitas à parte ante repugnare. Sed falsitas huius rationis constabit ex secunda cōclusionē, quæ etiam defenditur ab his Doctoribus: nam rebus successiuis (in eorum opinione) non repugnat æternitas à parte post; & tamen repugnat æternitas à parte ante: ergo ex capacitate ad æternitatem à parte post, non rectè inferunt capacitatem ad æternitatem à parte ante.

§. III.

Secunda conclusio.

5. **R**es successiue, nec diuinitus poterūt ab æterno creari. Constat ex D. Tho. locis supra citatis: præcipuè ex 1. p. q. 46. a. 2. ad 1. & ratione probatur. Res successiua, v. g. *motus*, essentialiter includit successiōem: hoc est partem priorem, & posteriōrē, ex quibus essentialiter cōstat: (sicut humanitas ex materia, & forma) sed istæ partes nequeunt esse ab æterno: tum quia secunda non coexistit primæ: utique quia quando aduenit secunda, desinit prima: tum

quia ex eo generatio, & corruptio eiusdem rei permanentis nequeunt ab æterno dari; quia in *nunc* æternitatis nequeunt dari affectiones, quæ essentialiter includant successiōem: ergo motus, qui essentialiter includit has partes successiuas, nequit esse ab æterno.

6. Secundò probatur nostra cōclusio, à Ioanne à S. Thom. & ab omnibus recentioribus, hac ratione. Si motus, & generationes essēt ab æterno, posset dari infinitum in actu: utique quia posset nunc dari infinitæ generationes hominum; ac per consequens infinitæ animæ, quæ ut ex se immortales simul existērēt; sed hoc implicat: ut cōstat ex 3. physic. dist. 1. q. unica per tot. ergo & quod motus sint ab æterno.

7. Ad hanc rationem respondēt Patres Carmelitæ, alias generationes posse esse ab æterno usque nunc; minimè vero generationes hominum, propter inconueniens in ratione secunda propositum. Sed hæc solutio omnino displicet: nam sicut animæ rationales ex se petunt naturaliter semper existere, sic aliæ formæ corruptibiles possunt à Deo conseruari pro tota æternitate: ergo inconueniens quod sequitur ex generatione ab æterno hominum, sequeretur ex generatione ab æterno aliarum rerum.

8. Quare secundo respondent Deum teneri ad annihilationem vnius formæ, ex suppositione, quod velit aliam producere. Sed hæc

hæc solutio etiam est voluntaria; tum quia annihilatio vnus formæ per accidens se habet ad alterius productionem: tum quia hæc annihilatio non constat: tum quia sicut liberè potest aliam producere, liberè potest productas cōseruare.

9. Sed licet solutiones Complutensium efficaciter sint impugnatæ; tamen ratio à Ioanne à Sancto Thoma adducta debet ab ipso responderi: nam in illius opinione, licet non per motum, tamen per creationem, res permanentes, videlicet Angeli, possunt ab æterno produci: ergo si in quolibet die (saltem imaginario) ex infinitis, quæ transferunt, à nunc æternitatis, vsque ad præsentem diem, esset productus vnus Angelus, nunc essent infiniti Angeli creati; quod est inconueniens propositum.

10. Quare ad rationē dico, quod in tali casu Angeli non essent simpliciter infiniti: tum propter rationem appositam, 3. physic. dispu. 3. quæst. vnica per totū (& maximè) quia isti Angeli actu infiniti, vel fuerunt simul ab æterno, vel successiuè creati: si primū: ergo Omnipotentia Dei quoad hoc genus Angelorum fuit exhausta, & finita in potentia; si quidem iam non valet alios, & alios Angelos creare: si secundum: ergo Angeli ab æterno creati non sunt infiniti: nam secundus Angelus non esset primo cœternus; sed in instāti determinato factus: at qui instantia determinata sunt finita: ergo & Angeli

creati erunt finiti; etiam si Angelus ab æterno creatus cū alijs numeretur: nam iste cum finitis postea creatis nequit, infinitum in actu facere.

11. Nec valet dicere quod Diuus Thomas absolutè docet mundum potuisse esse ab æterno. Nam ipse locis supra citatis se explicuit docēs solum loqui de mundo, quoad res permanentes.

12. Nec rursus valet, quod motus circularis caret principio, & fine. Nam licet *mathematicè*, vel *secundum quid*, careat principio, & fine; tamen *physicè*, & *simpliciter*, finem, & principium habet; etiam si ille sit cum isto continuatus.

13. Nec deinde valet dicere cœlum potuisse ab æterno condī, cum motu circulari ei debito; utique quia id quod alteri debetur est possibile, & potest à Deo fieri. Nō (inquam) valet; nam cœlum (in tali casu) quiesceret, non quiete *positiua*; sed *negatiua*: nam licet tūc exigeret motum pro tempore sequenti; tamen ab æterno non exigeret positionem motus ab æterno, vel pro illo nunc æternitatis: (non aliter ac licet natura hominis secundum se sit principium risus; tamen secundum se non exigit positionem risus secundum se, vel in tali statu; sed in existētiæ statu) ex quo constat carentiam motus ab æterno non esse *priuatiuam*, sed *negatiuam*, quia non exigit ab æterno, positionem motus *ab æterno*, propter ipsius impossibilitatē; sed solum ab æterno exigit positionē

Disputatio unica. Questio prima.

motus in tempore, ad quod habet ab æterno possibilitatem.

14. Nec denique valet dicere, quod licet motus, ratione successionis, nequeat dari ab æterno, tamen pars motus, quæ solum cum alia constituit successionem poterit esse ab æterno. Nō (inquam) valet; nam in tali casu illa pars esset, & non esset, motus successiuus; *esset*: quia supponitur; *non esset*: quia debebat durare antecedenter ad hoc, vt cum alia continuaretur, infinita duratione; & sic non quantitas successiua, sed permanēs debebat dici.

QVÆSTIO II.

Quomodo causa prima influxat in operationes, & effectus causa secundæ

§. I.

Explicatio certaminis.

1. **N**on inquit, de concursu prænio necessario in causa secunda, vt per modū actus primi immediatè à prima depēdeat; sed de concursu suo ultaneo, quo causa prima ad operationes, & effectus illius concurrat; nam in cōfesso est apud omnes Deum (saltem mediate) causare operationes causæ secundæ, tribuendo illi operatricem virtutem, iuxta illud Philosophi, *quod est causa causæ, est causa causati.*

2. Vt certum suppono, Deū adhuc, nec secundum rationē cōmu-

nem emis exercere causalitatem *causæ se, materialis, & formalis*, propter imperfectiones in his causalitatibus repertas; nam si accidētia sustentātur a Deo in Eucharia sine subiecto, non est, quia in genere *materialis* illa sustentet, sed quia *in effectivo* per manutentionem extrinsecam illa absque subiecto cōseruat.

§. II.

Referuntur sententiæ, & verior eligitur.

3. **E**T licet Durandus (in hac re singulariter suspectus) defendat causas secundas non indigere cōcursu immediato Dei ad proprias actiones, sed sufficere Deum attulisse illis virtutes ad actiones, & effectus proprios producidos.

4. Nihilominus vera sententiā, (quā pro concludōne amplector) docet causam primam, non solum concurrere cū causis secundis mediatè conferēdo illis virtutem ad agendum, sed immediatè attingēdo proxime actiones, & effectus earum. Expressam inuenio in sacra scriptura, 1. Corinth. cap. 12. *Deus operatur omnia in omnibus.* & in Ioāne. cap. 5. *Pater nō vsque modo operatur, & ego operor.*

5. Nec valet dicere (cum Pelagio, & Durando) Deum operari cum causa secunda, quia ei confert virtutem operatricem. Non (inquam) nam hanc solutionem, seu

errorem refert, & refellit Africanus epistola 146. ex eo quod Sacre Scripturae non dixerunt Deum facile omnia de *præterito*; sed omnia facere de *presente*: ut constat ex testimonio Iohannis.

6. Inefficacibus rationibus Doctores probant conclusionem. Prima: quia causa prima, quæ est immediatum principium essendi, debet esse simul immediatum principium operandi. Sed contra est: nam causa secunda. v.g. *Pater*, respectu filij, est immediatum principium essendi, (quia filio immediate tribuit esse) & tamen non est immediatum principium operandi: (quia ad operationes filij immediate non concurrat) ergo non semper immediatum principium essendi, est simul immediatum principium operandi.

7. Secundò probant nostram resolutionem ex eo quod operatio creaturæ est ens per participationem. Sed contra est; nam ut non sit ens à se, sed per participationem, sufficit, quod sit ab alio mediate; nam quod hoc modo est ab alio non est ens independens, sed dependens: (ut constat in operationibus creatis, quæ mediate tantum sunt à substantia; & tamen ab ipsa sunt rigorosè dependentes.)

8. Tertiò probant conclusionem ex eo quod causa prima est causa per se. Sed contra est; nam substantia creata est causa per se operationis; & tamen ad illam non immediate, sed mediate tantum concurrat.

Tom. 1, pars 1.

9. Quare his rationibus omisissis, ratione unica, & efficaci probatur conclusionem. Creatura, quia talis, debet Deo maiori subordinari dependentia; sed maior est dependentia mediata, & immediata, quam mediata tantum: ergo operatio causæ secundæ, quæ essentialiter creatura est, debet Deo mediate, & immediate subordinari, seu dependere. Maior, (in qua est difficultas) probatur. Dominium ex parte Creatoris infert dependentiam ex parte creature; & è contra, dependentia ex parte creature infert dominium ex parte Creatoris; sed Creatori respectu creature tribuendum est maius dominium: ergo creature respectu Creatoris maior dependentia: aliàs magis dependeret una creatura ab alia, quam à Creatore: quod ridiculum est; sed maior est dependentia mediata, & immediata; quam mediata tantum: ergo utraque est Creatori tribuenda. Ex hac ratione infero, causam primam (ex suppositione quod velit actiones creaturarum producere) esse necessitatam ad cõcursum immediatum; ita ut nec diuinitus possit ab illo cessare; nõ aliter ac ex suppositione, quod ponat Petrum in propria mensura, tenetur illum in tali cognoscere mensura.

10. Nec valet dicere quod causa secunda non est instrumentum primæ; sed causa principalis, equalis, vel maioris virtutis cum effectu. Non (inquam) valet: nam licet causa principalis secunda non

Disputatio unica. Questio secunda.

exigat consortium alterius causæ secundæ eiusdem ordinis; bene tamen primæ, cui essentialiter petit subordinari.

11. Replicabis. Ex eo (in nostra opinione) calor ut octo est instrumentum substantiæ ad alium calorem ut octo: quia à substantia depēdet ad talem productionem; sed omnis creatura depēdet à Deo ad omnes operationes: ergo instrumentaliter solum illas operatur. Dico calorem ut octo nō operari instrumentaliter alium calorem ut octo, præcise, quia dependet à substantia ad talem productionem, sed quia dependet ut virtus substantiæ; at creatura licet à Deo depēdeat ad operandum; non tamen ut virtus Dei: cū effectus non sit Dei, quatenus à creatura; sed quatenus ab ipso sub ratione entis dimanat.

12. Nec obstat commune axioma scilicet, *Deum plura operari medijs causis secundis*. Non (inquam) obstat; nam (ut constat ex nostra ratione) operationes causæ secundæ dependent à causa prima mediate, & immediate, & sic illas nō solum operatur immediate sub ratione entis; sed etiam mediate medijs virtutibus operativis: in quo sensu tenet proloquium. ¶ Secundo respondetur, causam primam operari medijs causis secundis; etiā si concursu gaudet immediate; quia causæ secundæ simul cum prima concurrunt. Constat hoc in intellectu, de quo dicitur, quod media specie intelligibili intelligit, etiam si immediate intelligat.

§. III.

Obijciuntur aliqua

13. **O**bjicies primo. Ad actionem non datur actio: ergo ad operationem creaturæ, quæ actio est, non datur actio Dei. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: non datur actio ad actionem, *formaliter talem*, concedo antecedens; *materialiter talem*, nego antecedens: & consequentiam: nā actio creaturæ respectu Creatoris, non est actio *formaliter*; sed *materialiter* actio, & formaliter effectus. Aliqui Thomistæ assignant actionem Dei, *formaliter immanentem*, & *virtualiter transsemiticam*, pro causalitate Dei respectu actionis creaturæ; & causalitatem creaturæ assignant pro causalitate Dei in ordine ad effectus creatos. Sed immerito: tum quia actio Dei *virtualiter transiens* est sufficiens, nedum ad omnes causalitates causarum secundarum, sed etiam ad omnes effectus creatos, & creabiles, cum ex se sit infinita in causando: Tum quia Deus, respectu effectus causæ secundæ, non esset agēs infinitum in actu secundo; cum ratio agendi in hoc modo dicendi sit finita, & limitata.

14. Objicies secundo. Actio vitæ talis creata nequit à Deo immediate dimanare: cum non valeat in Deo recipi; nec etiā actiones peccaminosæ possunt ab illo elici: cum Deus non sit causa peccati: ergo
nes

nec alia actiones sunt immediate ab ipso Deo; cum in omnibus eadem sit ratio. ¶ Respondetur, distinguendo primum antecedens; actio vitalis creata nequit à Deo dimanare, *ut formaliter vitalis*, concedo antecedens; *ut materialiter talis*, nego antecedens, & consequentiam: nam actio vitalis à Deo non *ut vitalis*, sed *ut ens est*, dimanat, aliàs actio Dei non esset vniuersalis ad omnes effectus creatos. Ad secundam antecedens respondetur, distinguendo illud: actiones peccaminosæ non possunt à Deo elici secundum *entitatem moralem, atomam, & specificam*, concedo antecedens; secundum *entitatem physicam, & moralem genericam*, nego antecedens: & consequentiam: nã Deus non solum valet causare *materiale* peccati materialiter sumptam; sed etiam *formale* secundum omnes rationes non includentes defectum; vnde valet illud causare secundum entitatem physicam, & etiam secundum moralem genericam: nam hæc formaliter nullam includit malitiam.

15. Replicabis. Ratio generica non valet produci sine differentiali; utique quia actiones practicæ non sunt præcisivæ: ergo si Deus causat moralitatem genericam peccati, etiam debet causare moralitatem specificam, & differentialem illius. ¶ Respondetur distinguendo antecedens: ratio generica non valet produci sine differentiali, quando est *intra aëritatem actionis*, con-

cedo antecedens: quando est *extra aëritatem illius*, nego antecedens: & consequentiam: nam licet verū sit, quod actiones practicæ non sint præcisivæ, in rationibus, quæ cadunt sub sphaera, & aëritate ipsius actionis; tamen in rationibus, quæ sub illa nõ cadunt, optime possunt dici præcisivæ. Non aliter ac actio Patris æterni Filij generatiua practica, de facto communicat filio naturam diuinam, quin ei communiæ paternitati, cum natura identitatem; haud aliter actio Dei, in ordine ad actiones peccaminosas, valet producere moralitatem genericam actionis peccaminosæ, quin producat specificam illius: & ratio vtriusque est, quia nec paternitas respectu generationis, nec malitia respectu actionis diuinæ cadunt sub sphaera horum actionum. Ex his colligo diuersitatem repertam inter modum quo Deus concurrit ad actiones vitales, & peccaminosas: nam in vitalibus causat (saltem *ut quod*) vitalitatem; in peccaminosis vero, nec *ut quod*, nec *ut quod* causat malitiam: & ratio est, nam Deus solum concurrit ad id quod est intra sphaeram suæ aëritatis; sed intra sphaeram suæ aëritatis, est vitalitas, quæ habet rationem effectus, & non malitia, quæ habet rationem defectus: (ut docet noster Anselmus in prologo, cap. 7) ergo vitalitas, & non malitia actionis potest à Deo *ut quod* produci.

16. Obijcies tertio. Concursum præuius aufert libertatem voluntatis

Disputatio unica. Quæstio secunda.

tatis creatæ: ergo & simultaneus. Consequentia est certa. Antecedens probatur. Concurfus præuius, independenter à voluntate, tribuitur voluntati in ordine ad vñ extremum: ergo aufert libertatē voluntatis creatæ. Respondetur negando antecedens. Ad probationem concedo antecedens: vel illud distinguo claritatis gratia: datur in ordine ad vñ extremum, *ne cessitandō voluntatem*, nego antecedens: datur in ordine ad vñ extremum, *iuxta naturam ipsius voluntatis liberæ*, concedo antecedens: & nego consequentiam: nam auxilium præuium nō destruit, sed perficit potentiam, in qua recipitur. Vt ergo aliqualem concurfus præuij notitiam habeas, nota, quod voluntas (ad huc posito concurfu præuij à Deo voluntati concessio independenter ab ipsa) potest, *in sensu diuiso*, hoc est, *quātum est ex se*, ponere carentiam actus: quare hoc auxilium physicum non destruit, nec necessitat potentiam liberā; sed illam adstruit, & libere determinat ad agendum, iuxta modum proprium: nam Deus sua forti, & suauī prouidentia nō solum determinat (medio auxilio) actū voluntatis, sed etiam modum ipsius: scilicet, quod liberè fiat.

17. Replicabis. Posita præ determinatione physica in voluntate, positio actus contrarij de facto frustrat auxiliū; sed voluntas (per nos) ad huc posito cōcurso præuij, *in sensu diuiso*, potest ponere actum contrarium: ergo potest frustrare

auxilium: nam sicut se habet actus ad actum, sic se habet potentia ad potentia. Respondetur concedendo maiorem, & minorem, & negando consequentiam, propter defectum *appellationis*: nam consequens est, *in sensu composito*, in quo nō sunt præmissæ: vt ergo consequens esset verum, op^{er} erat, quod potentia ad actum oppositum esset *in sensu composito*, & non *in diuiso*, hoc est, quod esset ad cōponendū actum contrarium cum auxilio, quæ potentia nō datur in volūtate: nam licet voluntas, (quātū est ex se) possit ponere actum contrarium; nō tamē potest illum cū auxilio cōponere: sed de hoc latius in materia de auxilijs.

18. Obijcies vltimo. Creatura, in genere finali, non semper dependet à Deo *mediate*, & *immediate*, sed multoties *mediate tantum*; cum creatura regulariter habeat pro fine proximo, & immediato, aliam creaturā; vt videre est in creaturis irrationalibus: ergo nec in genere effectiuo debet à Deo *mediate*, & *immediate* dependere. Respondetur, concedendo antecedens, & negando consequentiam: nam formalitas *finis immediati*, & *intermediij*, *sen non vltimi*, includit in suo conceptu imperfectionem mediij, fini vltimo subordinati; & ideo ratio finis nō vltimi, est Deo repugnans; at vero causalitas effectiua *mediata*, & *immediata*, nullā arguit dependentiā ex parte Dei, sed solū ex parte creaturæ: & ideo valet, & debet, appropriari Deo: cui omnia dicta cedant, in laudē, & gloriam.

ORDO

ORDO ET SERIES
LIBRORVM, DISPVTATIONVM,
ac quæstionum, Tertij Tomi, Cursus vtrius-
quæ Philosophiæ, tam Rationalis,
quàm Naturalis.



Væstio vnica proœ-
mialis, quodnam sit
obiectum, à naturali
Philosophiæ per se
primo attractum? pag. 1.

LIBER I.

Physicorum.

DISP. I.

Q Væst. 1. Vtrū definitio prin-
cipiorum ab Aristotele tra-
dita sit legitima? pag. 7.

Quæst. 2. Quot, sint entis natu-
ralis principia? pag. 8.

DISP. II.

Q Væst. 1. An sit, & quid sit
materia prima? pag. 11.

Quæst. 2. An materia prima sit
expers nedum actus forma-
lis, sed etiam entitarius? p. 14.

Quæst. 3. An in materia prima sit
appetitus ad formas substantiæ
les? pag. 19.

DISP. III.

Q Væst. 1. An essentiæ creatu-
rarum habeant aliquid esse
antequam à Deo producan-
tur? pag. 23.

Quæst. 2. An existentia entita-
tis productæ ab illius distin-
guatur essentiæ? pag. 31.

Quæst. 3. An materia habeat exi-
stentiam partialem ab existi-
entia formæ distinctam? pag. 40.

Quæst. 4. An materia diuinitus
possit existere sine formæ sub-
stantialis consortio? pagina.
45.

DISP. IV.

Q Væst. vnica. An formæ sub-
stantiales materiales sint
in omni productione de po-
tentia materiæ eductæ? pag.
48.

Quæstiuncula appêdix. An ani-
ma Rationalis educatur de
potentia materiæ? pag. 55.

Philosophiæ naturalis.

DISP. V.

Quest. Vnica. An materia vnā, vel plures habeat priuationes? pag. 57.

LIBER II.

Physicorum.

DISP. I.

Quest. 1. An natura sit ab Aristotele rectè definita. p. 61
Quest. 2. Quibus competat ratio naturæ? pag. 63.

DISP. II.

Quest. 1. In quo essentia causæ ut sic consistat? pag. 67.
Quest. 2. An omnis causa sit prior suo effectu? pag. 70.
Quest. 3. An omnis causa superior suo effectu? pag. 71.
Quest. 4. An causa sint adinuicè causæ? pag. 72.

DISP. III.

Quest. 1. In quo consistat, causæ, causalitas effectus causæ materialis, & formalis? p. 74.
Quest. 2. Vtrum materia, & forma vnione ab ipsiſ distincta realiter, vniantur? pag. 78.
Quest. 3. An compositum realiter distinguatur à suis parti-

bus simul sumptis, & vnitis?
pag. 85.

DISP. IV.

Quest. 1. Quod & quotuplex sit causa efficiens, & quæ illius causalitas? pag. 90.
Quest. 2. Vtrum principium immediatum quo, tam substantialis, quam accidentalis operationis, in causis creatis sit substantia, vel accidens? p. 92.
Questiuncula appendix. An passionēs dimanent ab essentia per veram, & rigorosam actionem, ab actione, per quam essentia à generante producit distinctam? pag. 104.
Quest. 3. An virtus accidentalis præter suam virtutem recipiat aliam à substantia, ut possit effectus substantiales producere? pag. 106.
Quest. 4. An vnum accidens sit causa principalis alterius accidentis? pag. 109.
Questiuncula appendix de conditionibus efficientis causæ? pag. 112.

DISP. V.

Questio vnica. Quid sit causa exemplaris,

DISP.

pag. 145.

DISP. VI.

Quæst. 1. An finis sit vera causa Realis? pag. 119.

Quæst. 2. An ratio formalis finalizandi per modum actus primi sit apprehensio bonitatis vel bonitas apprehensa, vel concretum ex bonitate tanquam ex Ratione quæ, & ex apprehensione tanquam ex Ratione sub qua resultans? pag. 123.

Quæst. 3. Quænam sit formalis causa causalitas? pag. 126.

Quæst. 4. Quæ agentia operentur propter finem? pag. 130.

LIBER III.

Physicorum.

DISP. I.

De motu.

Quæst. 1. An definitio motus sit legitima, & quis sit motus à Philosopho definitus? pag. 137.

Quæst. 2. Vtrum actio passio, & motus inter se realiter distinguantur? pag. 140.

Quæst. 3. An actio creata sit tanquam in subiecto in actionis in agente termino, vel passio

DISP. II.

De infinito.

Quæst. unica. An de potentia Dei absoluta valeat dari infinitum in actu? pag. 149.

LIBER IV.

Physicorum.

DISP. I.

De loco, & vacuo.

Quæst. 1. An definitio loci à Aristotele tradita rectè illius explicet quidditatem? pag. 159.

Quæst. 2. An per motum localem producat in locato aliqua forma perquam formaliter, & positive, sit in loco? pag. 162.

Quæst. 3. An præsentia localis mediatè, vel immediatè substantiæ conveniat corpore? pag. 164.

Quæst. 4. An diuinitus idè corpus dupliciter valeat circumscribi loco totali, & adæquato? pag. 167.

Quæstiuncula appendix. An corpus existens in duobus locis

Index primæ partis

cis in utroque eadem participet accidentia? pag. 176.

Quæst. 5. An diuinitus duo corpora possint esse simul in eodem loco circumscriptiuo? p. 178.

Quæst. 6. An detur, vel possit dari vacuum in rerum natura? pag. 180.

DISP. II.

De tempore.

Quæst. 1. An tempus realiter distinguatur à motu primi mobilis, & an omnis duratio creata à re distinguatur durate? pag. 182.

Quæst. 2. Quid sit tempus, & quomodo illius assignetur existentia? pag. 186.

LIBER V.

Physicorum.

DISP. VNICA

De tendentia, & specificatione motus.

Quæst. 1. Quænam prædicamenta valeant per se motum terminare? pag. 189.

Quæst. 2. à quo accipiatur vnitas

generica, & specifica motus successiuo? p. 192.

LIBER VI.

Physicorum.

DISP. I.

De constitutione cōtinui.

Quæst. vnica. An continuum cōstet ex partibus, vel ex indiuisibilibus? pag. 194.

DISP. II.

De inceptioe, & desitione rerum.

Quæst. vnica. Quomodo res tempore mensurate incipiant, & desinant esse? pag. 198.

LIBER VII.

Physicorum.

LIBER VIII.

Physicorum.

DISP. VNICA

De mundi initio.

Quæst. 1. An diuinitus potuerit ab æterno aliqua produci creatura? pag. 201.

Quæst. 2. Quomodo causa prima influat in operationes, & effectus causæ secundæ? p. 203.

ELENCHVS

SINGVLARVM RERVM, QVAE

in hoc volumine exponuntur, vel illust-
trantur.

*Littera, L, librum, D, disputationem, Q, questionem,
S, paragrafum designat.*

Abstractio.

Ratio formalis *sub qua* Philo-
sophia per actualitatem ma-
teriam sensibilem concernentem,
& à materia singulari abstractam
explicatur q̄ vnica proœm. §. 1.
num. 1.

Non omnia quæ à materia sin-
gulari abstrahunt, attinguntur per
se à Philosophia esto materiã sen-
sibilem concernant, ibidem, nu. 2.

Accidens,

Accidentia diuinitus esse pos-
sunt principia operationũ, *ut quod*
in quãtum supposito tribuunt in-
fluxum, *ut quod* 2. 1. p. lib. 2. disp. 4.
q. 2. §. 1. n. 1.

Forma accidentalison est cau-
sa principalis substantialis opera-
tionis vt Pereira docet ibi l. §. 2.

Formæ accidentales ex se, & ra-
tione propriæ entitatis sunt virtu-
tes ministeriales ad effectum sub-
stantialium productionem ibid. q.
3. §. 2. & 3.

Accidens v.g. calor vt octo qui
se habet vt proprietates ignis est
causa ministerialis alterius caloris

vt octo, principalis vero caloris
minoris intentionis, ibid. q. 4. per
totam.

Vt entitates accidentales dicer-
sa constituunt prædicamenta, suf-
ficite distinctio rationis adæquata,
in distinctione reali virtuali fun-
data, lib. 3. disp. 1. q. 2. §. 5. nu. 23.

Actio, Passio, & Motus.

Actio in eductiuam, & creati-
nam secatur, lib. 1. disp. 4. q. 1. §. 1.
nu. 1.

Actio nequit consistere in res-
pectu prædicamentali agentis ad
patients, nec passio in alio res-
pectu prædicamentali patientis ad agēs
vt Scotius fatetur, lib. 3. disp. 1. q.
2. §. 2.

Modus afferendi actionem, &
passionem solum ratione à motu
distingui, esto inter se realiter mo-
daliter distinguantur, impugna-
tur, ibid. n. 9. & 10.

Actio, passio, & motus inter se
realiter non discriminantur, sed
ratione dumtaxat, ibid. §. 3.

Motus non se habet vt genus
com-

Elenchus rerum

comparatione aetionis, & passio-
nis, *ibid.* §. 4. nu. 15. nec vt subiec-
tum, n. 17. & 18.

Motus intrat formaliter in obli-
quo ad conceptus essentielles aetio-
nis & passionis, licet magis remo-
tè ad conceptum spectet passionis
ibid. §. 4. n. 19. 20. & 21.

Actio, passio, & motus distin-
guuntur realiter à principio aetio-
no, passivo, seu mobili, & à termi-
no, *ibid.* §. 6. n. 24. & 25.

Actio in opinione Thomistarū
formaliter in recto cōnotat agēs,
& in obliquo passum; è cōtra pas-
sio, *ibid.* q. 3. §. 1. n. 4.

Actio, & passio, per se non ter-
minant motū, li. 5. disp. vnica, §. 1.
num. 9.

Actio transiens.

Actio trāsiens secundum esse in,
quod importat in obliquo est in
passo velut in subiecto inhaesionis,
lib. 3. disp. 1. q. 3. §. 3.

Passum seu subiectum aetionis
transeuntis non est agens, nec ter-
minus, sed primum subiectum, ex
quo forma substantialis educitur,
ibid. §. 4.

Actio secundum expressionem
ab, & *ad*, non exprimit subiectum
inhaesionis, sed denominationis
tantum, *ibid.* §. 5.

Agens.

Agens semper sibi simile inten-
dit producere, in his quae non casu
operantur, lib. 2. dispu. 5. q. vnica,
§. 1. nu. 2. Vide verbum causa effi-
ciens.

Angelus.

Angeli sub sphaera obiecti for-
malis Philosophia, haud conti-
nentur, q. vnica proxi. n. 1.

Ab Angelo caulari requirit va-
cuum, lib. 4. disp. 1. q. 6. §. 2. nu. 4.
& 5.

Anima rationalis.

Anima rationalis, nō est de po-
tentia materiae educita, sed à Deo
creata, lib. 1. disp. 4. quæstiuncula
appendix, §. 11. & 12.

Anima rationalis nequit, nec
instrumentaliter produci ab acci-
dentibus materialibus, licet ei vt
spiritali subordinetur, *ibid.* §. 12.
n. 50.

Anima rationalis re duplicatiue
sumpta est proprie natura, lib. 2.
disp. 1. q. 2. §. 6.

Appetitus.

Appetitus ethymologia, lib. 1.
disp. 2. q. 3. §. 1. nu. 2. eius diuisio,
ibid. n. 2. & 3.

Carentia Dei, & proprii esse
simpliciter nequit appeti, li. 2. dis-
6. q. 1. §. 2. n. 10. & 11.

Cur in aqua, & non in cæteris
elementis detur virtus recupera-
tiua frigiditatis, lib. 2. disp. 4. q. 2.
§. 18. n. 70.

Hæc virtus est in aqua ad mo-
dum quo semen in vase tæmineo,
ibid. nu. 71.

Substantia aque non habet res-
pectu frigiditatis recuperatæ pro-
prium, & radicalem influxū, *ibid.*
n. 72.

Discrimen inter frigiditatem
pro-

productam in aqua in primo instā-
ti suæ productionis, & inter recuperatam frigiditatem, *ibid.* nu. 73.

Bonitas, & bonum.

Obiectum seu finis proprius voluntatis est bonum sub formalitate conuenientis, *lib. 2. disp. 6. q. 1. §. 2.*

Carentia.

Damnati haud appetunt carē-
tiam Dei, & proprii esse simpliciter, & secundum se, *lib. 2. disp. 6. q. 1. §. 2. n. 9. 10. & 11.*

Causa ut sic.

Causa tripliciter accipitur, *lib. 2. disp. 2. q. 1. §. 1. n. 1.*

Causa ut sic definitio explanatio, *ibid. §. 2. & 3.*

Aliorum placita referuntur, & refelluntur, *ibid. §. 1.*

Dupliciter valet causa connecti cum sub effectu, *ibid. q. 2. §. 1. n. 3.*

Causa actus causans prioriori a quo seu naturæ, est prior suo effectu, *ibid. §. 2.*

Omnis causa quantum ad modum est suo effectu perfectior, *ibid. q. 3. §. 1.*

Causæ sunt sibi inuicem causæ, *ibid. q. 4. §. 1. & 2.*

Dari potest mutua causalitas in eodem genere causæ, *ibid. q. 4. §. 3. n. 3. & 4.*

Causa efficiens.

Causæ efficiens recta definitio, & explicatio, *lib. 2. disp. 4. q. 1. §. 1. eius diuissio. ibid. §. 2.*

Causa per accidens variè accipitur, *ibid. §. 2.*

Causalitas causæ efficientis est actio per quam effectus produci-
tur, *ibid. §. 3.*

De conditionibus causæ efficiētis, *ibid. disp. 4. q. 4. §. 4. per totum.*

In distantia passu capacis est requisita in agente ad effectus productionem, *ibid. §. 5.*

Haud improbabile est agēs diuinitus producere posse effectum in passum distans, non producendo illum in passu indistanti, *ibid. §. 5. in fine.*

Causa efficiens in esse entis aliquando est perfectior, aliquando imperfectior, aliquando vero equalis perfectionis suo effectu, *lib. 2. disp. 2. q. 3. §. 2.*

In causis efficientibus dari potest mutua causalitas in eodem genere proximo, dummodo non sit quoad idē *ibid. q. 4. §. 1. n. 3. & 4.*

Causa efficiens prima.

Deus nec secundum rationem communem entis exercet causalitates causæ materialis & formalis, *1. 8. disp. vnica. q. 2. §. 1.*

Causa prima non solum cōcurrit cum causis secundis mediate, conferendo illis virtutem ad agē-
dum, sed immediate attingendo proxime actiones & effectus earū, *ibid. §. 2.*

Fic satis argumentis aduersariorum, *ibid. §. 3.*

Diuerstas reperta inter modū quo Deus concurrit ad actiones

Elenchus rerum

vitales, & obliquas, ibi. §. 3. n. 15.

Causa efficiens secunda.

Substantialis influxus immediate non dimanat à duplici partiali causa, nempe à forma substantiali, & accidentali, vt Suarez fatetur, lib. 2. disp. 4. q. 2. §. 4.

Substantia creata, nec diuinitus valet esse immediatum principium quo operationis nedum substantialis, sed nec accidentalis, ibid. §. 5. per totam questionem.

Immediatum operationis substantialis principium est accidens, cum ipsa substantia naturaliter connexum, ibidem, §. 10. & 11. nu. 29.

Influxus radicalis, & immediatus substantiæ ad alterius substantiæ productionem consistit in eo quod substantia actualiter influat media virtute operativa, cum radicali actiuitate substantiæ naturaliter connexa, ibid. §. 11. num. 30.

Causa materialis, & formalis.

In materia, sicut in forma seruata proportione reperitur causa in actu primo, & in actu secundo, nec non effectus causatus, lib. 2. disp. 3. q. 7. §. 1. n. 1.

Materiæ causalitas in ordine ad diuersos effectus diuersas fortitur denominationes; idem de forma, ibid. n. 2.

Causalitas materiæ & formæ in fieri, & in facto esse, sunt ab ip-

sis realiter in distincta, ibidem, §. 3.

Materia prima formam, & compositum causat, non per duplicem causalitatem realiter distinctam, sed per vnam per ordinem ad diuersos effectus diuersimodè denominatam, idem dic de forma respectu materiæ, & compositi, ibid. §. 4.

Forma substantialis, & compositum sunt materiæ effectus reales; materia vero, & compositum sunt effectus reales formæ, ibid. §. 5.

Causa materialis est simpliciter suo effectu inferior; formalis vero est imperfeior effectu adæquato, in perfectior tamen inadæquato, lib. 2. disp. 2. quest. 3. §. 3.

Discrepancia inter causam efficiētem ex vna parte, & inter causam materialē, & formalem, ex alia, lib. 2. disp. 3. quest. 3. §. 5. num. 23.

Causa finalis, & finis.

Finis inter veras ac reales causas numerari debet, lib. 2. disp. 6. q. 1. §. 3. & 4.

Bonitas per modum actus primi est ratio formalis finalizandi; apprehensio vero conditio indispensabilis nedum per modum existentiæ, sed etiam per modum approximationis, ibid. q. 2. §. 2. nu. 3.

Aliorum placita circa finis causalitatem referuntur, & reijciuntur, ibid. q. 3. §. 1. & 2.

Mens Auditoris, *ibid.* §. 3.
Aduersariorum telis fit satis,
ibid. §. 4. 5. & 6.

Agentia naturalia carentia cognitione, propter finem ex directione propria nō operantur, *ibi.* q. 4. §. 1. n. 1. & 2.

Homo ex directione propria operatur propter finem formaliter, *ibid.* n. 3.

Irrationalia non agunt propter finem formaliter, *ibid.* §. 3.

Fit satis aduersariorum argumentis, *ibid.* §. 4.

Causa finalis ex fine operis est perfectior finalizato; ex fine vero operantis aliquādo est perfectior, aliquando æque perfecta, aliquando finalizato imperfectior, *lib.* 2. disp. 2. q. 4. §. 1. & 2.

Quid & quotuplex finis, *lib.* 2. disp. 6. q. 1. §. 1. per totum.

Causa exemplaris, & exemplar.

Exemplar quid, *lib.* 2. disp. 5. q. vnica, §. 1. n. 1.

Similitudo vt imitabilis, & vt independens essentiam causę exemplaris constituit, *ibid.* §. 3.

Aliorum placita referuntur, & impugnantur, *ibid.* §. 2.

Species expressa requisita ad cognitionem similitudinis imitabilis, non intrat per se, & de formali ad causę exemplaris constitutionem, *ibid.* §. 3. n. 10.

Discrimen inter causam exemplarem, & finalem, *ibid.* §. 4. n. 21.

Christus.

Christi satisfactio est infinita

moraliter, *lib.* 3. disp. 2. q. vnica, §. 3. n. 15.

Cælum.

Cælum est ens naturale ex natura essentialiter constans, *lib.* 2. disp. 1. q. 2. §. 7. n. 26.

Cœlestes orbes haud habent ex se principium ætiuuam motus circularis, *ibid.* n. 27.

Cœlestes orbes habent peculiariores influentias in corporibus inferioribus, *ibid.* n. 27.

Cælum, per ordinem ad motum circularem obtinet perfectionem naturæ, nedum secundum inclinationem vniuersalem, sed etiam secundum particularem, *ibid.* num. 28. & §. 8.

Compositum.

Compositum ex forma totali, & subsistētia coalescens rationem naturæ non obtinet, *lib.* 2. disp. 1. q. 2. §. 1. n. 2. Vide verbum totum.

Concurfus, Vide, Actio.

Continuum.

In continuo dantur partes aliquotę, & proportionales. 1. 6. disp. 1. q. vnica, §. 1.

In quouis continuo sunt ætū in diuisibilia continuatiua quib' partes continui ætū sunt vnitæ, *ibid.* §. 2.

Item in eo dantur indiuisibilia terminatiua, *ibid.* §. 3.

Hęc indiuisibilia a partibus continui distinguuntur sicut res a re, §. 3. n. 8.

Elenchus rerum

Reijcitur modus opinandi extensionem quantitatis sine discreta, siue continua fieri per simplicem resultantiam, per quam extensio simplex actu indiuisibilis, licet potentia diuisibilis resultat, *ibid.*

§. 4.

Extensio continui resultat ex partibus medio nexu indiuisibili copulatis, *ibid.* §. 6.

Argumenta Zenonis diluuntur, *ibid.* §. 7.

Creatio vide. Deus.

Creatura.

Creatura nec ex nostro modo intelligēdi potest esse ratio à priori actionis liberae Dei, *lib. 2. disp. 2. q. 4. §. 5. n. 37. & 38.*

Damnati.

Damnati haud appetunt carētiā Dei, & propriū esse simpliciter, & secundum se, *lib. 2. dispu. 6. q. 1. §. 2. n. 9. 10. & 11.*

Desitio, vide Inceptio.

Deus.

Deus sub obiecto formali naturalis Philosophiæ non comprehenditur, q. vnica proem. n. 1.

Esse, & existere Dei haud realiter distinguuntur, *lib. 1. disp. 3. q. 2. §. 1. n. 1.*

Actio Dei creatiua respicit ad essentiam, & existentiam, eo ordine quo essentiam, & proprietates respicit, *lib. 1. disp. 3. quas. 2. §. 8. n. 16.*

Creatio non est actio realiter distincta ab educatione in Deo, *lib. 2. disp. 4. q. vnica, §. 9. n. 37.*

Actio Dei in prima rerum productione per se primo respicit educationem totius materialis, & per se secundo partes illius, *ibid.* §. 9. n. 38.

Actio Dei est multiplex, *ibid.* §. 9. n. 36.

Actiones Dei ad intra siue notionales, siue essentiales non sunt propter finem formaliter, *disp. 6. q. 4. §. 5. n. 27.*

Actiones liberae Dei, si sunt formaliter transeuntes, sunt cum omni rigore propter finē, si vero sunt formaliter immanentes, sunt propter finem rei productæ, *ibid.* à nu. 28. vsque ad 37.

Deus est actu infinitus in omni genere, *lib. 3. disp. 2. q. vnica, §. 1. n. 6. & 7.*

Duratio.

Duratio est permanentia rei in esse, *lib. 4. disp. 2. q. 1. §. 1. n. 1.*

Duplex est rerum sublanarum duratio extrinseca vna, intrinseca alia, *ibid.* n. 3.

Duratio in communi est à ratione formali prædicamenti quando constitutiva, distincta, *ibid.* nu. 4.

Nec tempus ab existentia motus, nec quæuis alia duratio est ab existentia rei durantis realiter modaliter distincta, *ibid.* q. 1. §. 3.

Soluuntur aduersariorum obiectiones, §. 5. 6. & 7.

Vide. Tempus.

Essen-

Actu Dei, lib. 2. disp. 5. q. vnica, §. 5. & 6.

Essentia, & existentia.

Quid essentia, & existentia nomine intelligatur, lib. 1. disp. 3. q. 1. §. 1. n. 1.

Ens nominaliter, & participaliter accipi valet, discrimenque inter utrumque, ibid. n. 2.

Essentia creaturæ in triplici statu consideratur, ibid. n. 3.

Essentiæ creaturarum in statu possibilitatis antequam à Deo producantur actu nullam entitatem actualem nominalem positivum, actu distinctam à virtute Dei productiva fortitur, sed sunt purum nihil, ibid. §. 3.

Habent tamen in potentia esse positivum in potentia distinctum à virtute Dei productiva, ibi. §. 4.

Quid expresse, & implicite dicat natura secundum se, §. 5. n. 21.

Discrimen inter actus possibilitatis, existentia, & secundum se, ibid. §. 5. n. 22.

Essentia ante productionem nullum esse nominale actuale positivum fortitur, ibid. q. 2. §. 8. nu. 27. 28. & 29.

Essentia producta est ratio formalis recipiendi, ibid. §. 9. nu. 40. & 41.

Existentiæ secundum se ante productionem entitatem positivam actualem actualitate participiali sibi vendicat, ibid. §. 12. num. 52. 53. & 54.

Essentia Divina.

Essentia Divina, ut imitabilis, exercet munus exemplaris respec-

Exemplar, vide verbum, causa exemplaris.

Finis, vide causa finalis.

Forma materialis substantialis.

Reijcitur modus opinandi formas materiales educi ex materiæ potentia in quantum ipsæ præexistebant in illa secundum quosdam gradus per educationem ab agente naturali perficiendos, per reliquorum graduum adventum, lib. 1. disp. 4. q. vnica, §. 2. a nu. 3. vsque ad 8.

Item reijcitur alius modus opinandi formam materiale realiter non distingui à materia prima, ut educationem formæ ab illa componeret, ibid. n. 9.

Auctoris explicatio circa educationem formæ materialis, §. 3.

Formæ materiales in secundarum productione sunt de potentia materiæ educæ, ibid. §. 5.

Omnes formæ materiales fuerunt in prima rerum productione de potentia materiæ educæ, ibid. §. 6. 8. & 9.

Forma materialis substantialis potest diuinitus creari, seu verototum, ibid. §. 10.

Forma substantialis, & compositum sunt materiæ effectus reales, ibid.

Vide. Causa materialis & formalis.

Elenebus rerum

Forma accidentalis.

Omnes formæ accidentales, siue naturales, siue supernaturales, siue violentæ sunt defecto ex potentia subiecti eductæ, tam in prima, quam in secunda rerum productione, lib. 1. disp. 4. quæ vnica §. 7.

Formæ accidentales ex se, & ratione propriæ entitatis sunt virtutes ministeriales ad effectû substantialium productionem, lib. 2. disp. 4. quæ 3. §. 2. & 3.

Fortuna, casus, & fatum.

Fortunæ descriptio, lib. 2. disp. 9. q. 4. §. 6. n. 39.

Casus definitio, ibid. §. 7.

Fatum quid, ibid. §. 8.

Gratia.

Gratia esto spiritualis sit valet produci physicæ ab instrumento materiali, lib. 1. disp. 4. q. appendix, §. 12. n. 51.

Habitus.

Habitus per se motum haud terminat, lib. 5. disp. vnica, q. 1. §. 1. n. 10.

Inceptio, & desitio.

Duplex est rerum inceptio, & desitio, lib. 6. disp. 2. quæ 1. vnica, §. 1.

Sententia asserens res successiuas incipere, & desinere extrinsecè, permanentes vero conuenire in desitione cum successiuis, non autem in inceptioe veritatis scopum non attingit, ibid. §. 2. & 3.

Res successiuæ incipiunt per primum sui esse, & desinunt per primum sui non esse, hoc est in instanti, ibid. §. 4.

Res permanentes incipiunt, & desinunt quoad totum suum esse in instanti, ibid. §. 5.

Discrimen quod versatur inter inceptioem, & desitionem rerum permanentium, & successiuarum, ibid. §. 5. n. 14.

Infinium.

Quid & quotuplex, 1. 3. disp. 2. q. vnica, §. 1. n. 1.

Infinium in potentia in rerum natura existit, ibid. n. 2. 3. & 4.

Nullum datur, nec dari potest in rerum natura, præter Deum, in finium actu in omni genere, ibid. n. 6. & 7.

Infinium in actu secundum magnitudinem, intensioem & multitudinem adhuc diuinitus repugnat, ibid. §. 3.

Argumenta dissoluuntur, §. 4. & 5.

Instrumenta.

In quibus instrumenta à virtute naturali, & supernaturali distinguantur, lib. 2. disput. 4. q. 3. §. 1. n. 1. & 2.

Virtus ministerialis aliquo modo à causa principali mouetur per actionem ab ipsa ministeriali virtute immediate elicitam, *ibid.* n. 3. 4. 5. & 6.

Intellectus.

Quatuor necessaria sunt in intellectu ad cognitionem, scilicet species impressa, verbum mentis, ipsum intelligere & denique obiectum in tali intellectu conceptum. l. 2. disp. 5. q. vnica. §. 1. n. 4.

Locus.

Definitio ac loci diuisio l. 4. disp. 1. q. 1. §. 1.

Locus nequit esse spatium imaginarium existens inter latera superficiæ continentis per modum triæ dimensionis corpora recipientis, *ibid.* §. 2.

Definitio loci ab Aristotele tradita, rectè illius explicat quidditatem, *ibid.* §. 3.

Sola vbicatio prædicamèti *vbi* constitutina à motu locali producta in corpore locato, constituit corpus formaliter in loco, *ibid.* q. 2. §. 3. & 5.

Vbicatio per se primo respicit spatium imaginarium vt terminum primarium, & locum positum vt secundarium, *ibid.* §. 4. n. 1. & 12. 13. & 14.

Corpus in vacuo existens nõ est formaliter in loco, licet sit formaliter alicubi, *ibid.* n. 15

Vbi distinguitur ante fictionem

intellectu à re quæ est in loco, *ibid.* n. 16.

Res locata bifarie valet existere in loco circumscriptione, & definitive, *ibid.* q. 3. §. 1. n. 2.

Præsentia circumscriptiva ratione quantitatis conuenit per se substantiæ corporeæ, & per accidens accidentibus eiusdem substantiæ. Definitiva vero ex se nec substantiæ, nec accidentibus eiusdem substantiæ conuenit, *ibid.* §. 3. & 4.

Idem numero corpus naturaliter nequit esse in duobus locis circumscriptionis adæquatis, *ibid.* q. 4. §. 1.

Præsentia circumscriptiva necessario non fundat negationem existendi in alio loco, *ibid.* n. 4.

Implex est ratio formalis existendi in loco circumscriptione, *ibid.* n. 7.

Modus aliquorum Thomistarum tuentium existentiam corporis in duplici loco rejicitur, *ibid.* §. 3.

Diuinitus idem numero corpus valet esse in duplici loco adæquato, *ibid.* §. 4.

Argumenta soluntur à §. 5. vsque ad finem questionis.

Corpori existenti in duplici loco quædam accidentia illi comitantur, quædam non. §. 12.

De potentia naturali accidentia à loco non dependentia quæ adueniunt corpori existenti in vno loco, ei adueniunt in alio naturaliter. §. 13.

Diuinitus fieri potest, quod corpus in duobus locis habeat formas

Elenchus rerum

contrarias, dummodo eidem subiecto non repugnent, §. 14.

Naturaliter nequeunt duo corpora esse simul in eodem loco circumscriptiue, ibid. q. 5. §. 1.

Bene autem diuinitus, ibi. §. 2.

Argumenta durandi soluuntur. §. 3.

Materia prima.

Rebus inest materia prima, l. 1. d. 2. q. 1. §. 1.

Materia diuisio, §. 2.

Materiae definitio, & explanatio, §. 3.

Potentia proxima materiae, realiter differt à remota ipsius materiae ex parte connotati, non recti, §. 4. n. 7. 8. & 9.

Essentia materiae primae in ratione potentiae remotae sita est, §. 4. nu. 10.

Fit satis argumentis contra definitionem materiae ab Auctore assignatam, §. 5.

Potentia in actiuam, & passiuam scinditur, & quae utraque sit, q. 2. §. 1. n. 1.

Materia ex se actu entitatio pollet, §. 2.

Ratio formalis actus entitati est entitas actionem terminans creatiuam, §. 2.

Materia essentialiter includit actum metaphysicum positiuum, per quem ab alijs rebus in rerum natura existentibus discriminatur, §. 4.

Actus metaphysicus materiae entitatio non nuncupatur, §. 5. n. 14.

Materia ex se unitatem positi-

nam incompletam fortitur, ex receptione autem formarum substantialium, diuersas obtinet unitates specificas extrinsecas, §. 5. a. n. 15. ad finem.

Existentiam à forma emendicat, disp. 3. q. 3. §. 3. vsque ad finem quaestionis.

Ned diuinitus existere valet sine substantialis formae consortio, q. 4. §. 1. vsque ad finem quaestionis.

Dupliciter materia habere dicitur aptitudinem ad formam, disp. 5. q. vnica, n. 1.

In potentia remota materiae multiplicantis priuationes iuxta numerum formarum, quae non sunt in illa, possunt tamen ab illa recipi, ibid. §. 3.

Materia 1. vt reduplicat dispositiones conseruatiuas formae possessae nullam dicit priuationem, vt vero reduplicat dispositiones praeparatas dicit priuationem, §. 4. & 5.

Materiae ratio naturae conuenit, l. 2. d. 1. q. 2. §. 3. & 4.

Materia appetitus.

In materia non est appetitus elicitus, lib. 1. disp. 2. q. 3. §. 1. n. 3.

Materia quantum est ex se appetitu naturali desiderij appetit omnes formas quas non habuit, fruitionis vero praesentem quam actu habet, §. 3. n. 6. item, §. 6.

Non est de conceptu essentiali materiae appetitus ad omnes formas, §. 3. n. 7.

Appetitus naturalis materiae est ab ea in distinctus, §. 3. n. 8.

In materia non datur appetit^{us}
ad formam amissa n. §. 4. & 5.

Motus & mutatio.

Motus quid. l. 3. disp. 1. q. 1. §.
1. n. 1.

Co^mmunis definitionis motus
explicatio refutatur. n. 2. 3. & 4.

Vera motus explanatio. §. 2.

Motus definitio ab Aristotele
tradita est causalitas cuiuscumque
causae. ibid. §. 3.

Aristotelis definitio verè instan-
taneas mutationes comprehen-
dit. §. 4.

Instantaneae sensationes non
sunt à Philosopho in motus defini-
tione comprehensae. §. 5.

Dum aliquid mouetur plura re-
periuntur quasi cōiuncta. q. 2. §. 1.

Motus est qui habet partes se-
cūdam prius & posterius. l. 5. disp.
vnica q. 1. §. 1. n. 1.

Vt per se datur motus ad aliquē
terminum, per se requiritur ali-
qua distantia media inter terminū
à quo, & terminū ad quē, ibid. n. 2.

Ultra distantiam requiritur quod
mobile ex natura sua fit prius in
huiusmodi distantia quam, quod
perueniat ad terminum vltimum.
§. 1. n. 4.

Contrarietas & oppositio reper-
ta inter terminos motus non sem-
per est rigorosa. n. 5.

Motus non sumit vnitatem spe-
cificam nec genericam à mobili,
nec à motore. l. 5. disp. vnica q. 2.
§. 1. n. 2.

Terminus *ad quem* est qui tri-
bitur motui successiuo vnitates for-
males, qui multoties formaliter

differenciatur ex diuersitate for-
mali termini à quo & spatij, ibid.
§. 2.

Diuersitas materialis vel in es-
se rei, non est sufficiens vt resū-
dat diuersitatem in terminum *ad*
quem. §. 2. n. 7.

Motus facit vnitatem nume-
ricam ex vnitatem numericam subie-
cti, termini *ad quem*, & temporis,
ibid. §. 2. n. 15.

Mundus & aeternitas.

Creaturae non ab aeterno & necē-
sario, sed in tempore & libere
fuerunt à Deo conditae. l. 8. disp.
vnica. q. 1. §. 1.

Diuinitus potuerunt creaturae
permanentes ab aeterno condi. §. 2.

Secus res successivae, ibid. §. 3.

Natura.

Natura nomen equiuocum est.
l. 2. disp. 1. q. 1. §. 2. n. 2.

Aristotelica natura definitio,
ibid. in principio.

Rectè est à Philosopho defini-
ta. §. 2.

Specialis definitionis naturae
expositio. §. 2. n. 5.

Naturae definitio est essentialis
& descriptiva. §. 2. n. 17.

Forma totalis haud obtinet ra-
tionem naturae, ibid. q. 2. §. 2.

Materiae primae proprie ratio
naturae conuenit, ibid. §. 1. & 4.

Forma rationem naturae forma-
liter induit. §. 5.

Item anima rationalis redupli-
catur sumpta. §. 6.

Naturale.

Naturale varie accipi potest,
lib. 2. disp. 1. q. 1. §. 1. n. 2.

Elenchus rerum

Negatio, vide principio.

Obiectum.

Ens mobile, seu compositum ex materia, & forma substantiali, quod à composito substantiali, & accidentaliter mobili abstrahit, est obiectum à Philosophia per se primo attractum, q. vnica proœm. §. 3.

Compositum substantiale sub ratione corporis substantialis, seu mobilis est materialiter Phyticæ obiectum, sub ratione vero entis mobilis, est obiectum formale, ibi. nu. 13. & 14.

Ens mobile quod à principio radicali, & formali abstrahit, est obiectum formale Phyticæ, ibid. §. 4. per totum.

Passiones, & proprietates.

Passiones proprie, & rigorosè à generante emanant per veram, & rigorosam actionem, ab essentia vero improprie, per generantis actionem, lib. 2. d. 4. q. 2. §. 17. & 18.

Phantasia.

Species phantasia esto sint materiales, vt subordinatæ tamè intellectui producant defecto species intelligibiles spirituales, lib. 1. disp. 4. quæstion. appendix, §. 12. nu. 50.

Phytica, & Philosophia.

Philosophia scientia speculatiua censenda est, quæst. vnica proœm. §. 4. n. 27. & 28.

Obiectum adæquatum Philosophiæ quodnam sit, §. 2. & 4.

Potentia.

Potentia passiva naturalis vna

obediencialis alia, & quæ vtraque sit, lib. 1. d. 4. q. vnica, §. 7. n. 28.

Potentia ad causandam, vide, causa Principia Phytica.

Discrimè inter principium, causam, ac elemētum, lib. 1. d. 1. q. 1. §. 1. n. 7. Entis naturalis principia, vera definitio, ex explicatio, ibi. §. 2. & 3.

Priuatione metaphysice dicitur in ens naturale influit, §. 2. n. 3.

Materia, & forma sunt vera entis naturalis principia, §. 2. & 3.

Principia alia in fieri, alia in factu esse, q. 2. §. 1. n. 1.

Explicatio principiorum in fieri à Thomistis per actiuam entis naturalis productionem, seu generationem refellitur, q. 2. §. 1. n. 2.

Vera entis naturalis in fieri explicatio, ibid. n. 2.

Actio productiua entis naturalis in ordine ad diuersos terminos, diuersas formalitates, ac expressiones sortitur, §. 1. n. 4.

Principia extrinseca entis naturalis non fuere à Philosopho hic numerata, §. 1. n. 5.

Principia entis naturalis per generationem sub expressione mutationis facti, absolutè duo tantum sunt, tam in fieri, quam in factu esse, materia scilicet, & forma, §. 2. & 3.

Metaphorice loquendo priuatio etiam inter principia entis naturalis, tam in fieri, quam in factu esse dinumeranda est, §. 2. a num. 8. cum reliquis.

Hoc tamè metaphoricum principium, immerito principium per accidens nuncupatur, §. 2. n. 6. in fine.

For-

Forma præexistens in materia, haud est principium entis naturalis in fieri, §. 3. n. 15. & 16.

Item, nec dispositiones receptæ in materia, §. 3. n. 16. in fin. & n. 17

Privatio, & negatio.

Privatio, & negatio, non in omnibus formis positivis equiparatur lib. 1. disp. 5. q. unica, §. 1. n. 2.

Privatio aliquando per aduentum formæ positivæ, & aliquando ob defectum aptitudinis destruitur, ibid. n. 3.

Privatio a se desinitio, §. 2. n. 7.

Privatio more accidentis relativi simpliciter nostro modo concipiendi, duplicem includit respectum, unum ad subiectum in quo est, aliud ad formam quæ caret, §. 3. n. 10.

Privatio unitatem accipit specificam, & numericam à forma, & non à subiecto, §. 3. n. 10.

Propositiones seu vitæ veritatis.

Obiectum propositionum eterne veritatis, nequit in eadem diversitatis consistere, lib. 1. d. 3. q. 1. §. 7. n. 33. & 34.

Obiectum harum propositionum non consistit in esse nominali ætuali, & positivo à Deo distincto, ibid. n. 35. & 36.

Nec dici valet has propositiones non habere veritatem in actu, sed in potentia dumtaxat. n. 37. & 38.

Reijcitur modus opinandi Suarez. n. 39. & 40.

Obiectum harum propositionum sunt essentialia in omnipotentia Dei contenta, prout ordinata ad definitionem essentialiam. §. 3. & 9.

Qualitas.

Qualitas potest per se motum terminare. l. 5. disp. unica q. 1. §. 3.

Quando.

Prædicamentum. Quando, haud quidem per se motum terminat. l. 5. disp. unica. q. 1. §. 1. n. 11.

Quantitas.

Quantitatis prædicamentum per se motum terminat. l. 5. d. unica. q. 1. §. 3.

Quantitas continua vide Continuum.

Relatio.

Prædicamentum relationis, haud certe est terminus motus. l. 5. d. unica. q. 1. §. 1. n. 8.

Sitas.

Sitas nequit motum terminare. l. 5. disp. unica. q. 1. §. 1. n. 10.

Spatium imaginarium.

Eius explicatio, lib. 4. disp. 1. q. 1. §. 2. n. 4.

Est quid medium inter privationem, & negationem. n. 4. & 5.

Spatium imaginatum non est forma à qua corpus naturale habet esse in loco formaliter, vel esse accipi, §. 1. n. 4.

Subiectum, vide Causa materialis.

Substantia.

Substantia per se motum non terminat. l. 5. disp. unica. q. 1. §. 1. n. 7.

An sit immediatum principium operationis. Vide.

Causa efficiens secunda.

Elenchus rerum

Supernaturale.

Quid sit esse supernaturale quoad substantiam, & modum simul, & quoad modum tantum. l. 1. d. 2. q. 3. §. 5. n. 18.

Tempus.

Temporis definitio. l. 4. d. 2. q. 2. §. 1. n. 1.

Est quid reale, tã quoad actum primum, quam quoad actum secundum mensurã, ibid. n. 2. 3. & 4.

Vnum dumtaxat numero tempus datur in rerum natura qui est motus primi mobilis. §. 1.

Motus horologij non est tempus sed temporis signum, ibid. n. 7.

Tempus existit nõ ratione partium copulatarum, sed instantis copulationi, ratione cuius pars præterita inadæquatè & successiue cum futura existit. §. 4.

Argumenta cõtrarij screti. §. 5.

Vide Duratio.

Totum.

Totum seu compositum diuiditur. l. 2. d. 3. q. 3. §. 1. n. 1.

Tripliciter valet cum suis partibus conuiri, ibid. n. 2.

A qualibet parte seorsim sumpta realiter inadæquatè distinguitur. n. 3.

Nullum totum est à suis partibus simul sumptis & vnitis realiter distinctum, nec entitatiue, nec formaliter per formalitatis ex natura rei distinctum superadditionem, §. 3. per totum.

Totum non distinguitur realiter entitatiue ab omnibus suis par-

tibus unius sumptis, & non vnitis, §. 4. per totum.

Totum distinguitur à partibus simul sumptis, & vnitis distinctione expressiua, à non vnitis distinctione inadæquatã, §. 5. n. 26.

Vacuum.

Vacuum duplex, est, negatiuum & priuariuum, l. 4. d. 1. q. 6. §. 1.

Possibile est diuinitus, §. 1. in fine.

Defectio non datur dari nec potest naturaliter in re nõ natura, §. 2.

Nequit ab Angelo cauari, §. 2. n. 4. & 5.

Corpus moueri valet per vacuum, §. 3. n. 6. & 7.

Ubi.

Prædicamentum ubi, recte valet motum terminare, lib. 5. disp. vnica, q. 1. §. 3.

Vide verbum locus.

Vnio.

Vnio bifarie accipitur, lib. 2. disp. 3. q. 2. §. 1. n. 1.


Materiam, & formam inter se connecti absque aliqua vnione, seu modo substantiali realiter superaddito ostenditur auctoritate Dni Thomæ, nec nõ rationibus, §. 2. per totum.


Probabilius defenditur formam accidentalem, haud vniri subiecto vinculo ab ipsa distincto, §. 2.


Voluntas.


Voluntas nequit terminari ad malum, vt malum, lib. 2. disp. 2. 6. quæst. 1. §. 1.

LAVS DEO.









2.012